



A propos de ce livre

Ceci est une copie numérique d'un ouvrage conservé depuis des générations dans les rayonnages d'une bibliothèque avant d'être numérisé avec précaution par Google dans le cadre d'un projet visant à permettre aux internautes de découvrir l'ensemble du patrimoine littéraire mondial en ligne.

Ce livre étant relativement ancien, il n'est plus protégé par la loi sur les droits d'auteur et appartient à présent au domaine public. L'expression "appartenir au domaine public" signifie que le livre en question n'a jamais été soumis aux droits d'auteur ou que ses droits légaux sont arrivés à expiration. Les conditions requises pour qu'un livre tombe dans le domaine public peuvent varier d'un pays à l'autre. Les livres libres de droit sont autant de liens avec le passé. Ils sont les témoins de la richesse de notre histoire, de notre patrimoine culturel et de la connaissance humaine et sont trop souvent difficilement accessibles au public.

Les notes de bas de page et autres annotations en marge du texte présentes dans le volume original sont reprises dans ce fichier, comme un souvenir du long chemin parcouru par l'ouvrage depuis la maison d'édition en passant par la bibliothèque pour finalement se retrouver entre vos mains.

Consignes d'utilisation

Google est fier de travailler en partenariat avec des bibliothèques à la numérisation des ouvrages appartenant au domaine public et de les rendre ainsi accessibles à tous. Ces livres sont en effet la propriété de tous et de toutes et nous sommes tout simplement les gardiens de ce patrimoine. Il s'agit toutefois d'un projet coûteux. Par conséquent et en vue de poursuivre la diffusion de ces ressources inépuisables, nous avons pris les dispositions nécessaires afin de prévenir les éventuels abus auxquels pourraient se livrer des sites marchands tiers, notamment en instaurant des contraintes techniques relatives aux requêtes automatisées.

Nous vous demandons également de:

- + *Ne pas utiliser les fichiers à des fins commerciales* Nous avons conçu le programme Google Recherche de Livres à l'usage des particuliers. Nous vous demandons donc d'utiliser uniquement ces fichiers à des fins personnelles. Ils ne sauraient en effet être employés dans un quelconque but commercial.
- + *Ne pas procéder à des requêtes automatisées* N'envoyez aucune requête automatisée quelle qu'elle soit au système Google. Si vous effectuez des recherches concernant les logiciels de traduction, la reconnaissance optique de caractères ou tout autre domaine nécessitant de disposer d'importantes quantités de texte, n'hésitez pas à nous contacter. Nous encourageons pour la réalisation de ce type de travaux l'utilisation des ouvrages et documents appartenant au domaine public et serions heureux de vous être utile.
- + *Ne pas supprimer l'attribution* Le filigrane Google contenu dans chaque fichier est indispensable pour informer les internautes de notre projet et leur permettre d'accéder à davantage de documents par l'intermédiaire du Programme Google Recherche de Livres. Ne le supprimez en aucun cas.
- + *Rester dans la légalité* Quelle que soit l'utilisation que vous comptez faire des fichiers, n'oubliez pas qu'il est de votre responsabilité de veiller à respecter la loi. Si un ouvrage appartient au domaine public américain, n'en déduisez pas pour autant qu'il en va de même dans les autres pays. La durée légale des droits d'auteur d'un livre varie d'un pays à l'autre. Nous ne sommes donc pas en mesure de répertorier les ouvrages dont l'utilisation est autorisée et ceux dont elle ne l'est pas. Ne croyez pas que le simple fait d'afficher un livre sur Google Recherche de Livres signifie que celui-ci peut être utilisé de quelque façon que ce soit dans le monde entier. La condamnation à laquelle vous vous exposeriez en cas de violation des droits d'auteur peut être sévère.

À propos du service Google Recherche de Livres

En favorisant la recherche et l'accès à un nombre croissant de livres disponibles dans de nombreuses langues, dont le français, Google souhaite contribuer à promouvoir la diversité culturelle grâce à Google Recherche de Livres. En effet, le Programme Google Recherche de Livres permet aux internautes de découvrir le patrimoine littéraire mondial, tout en aidant les auteurs et les éditeurs à élargir leur public. Vous pouvez effectuer des recherches en ligne dans le texte intégral de cet ouvrage à l'adresse <http://books.google.com>

This is a reproduction of a library book that was digitized by Google as part of an ongoing effort to preserve the information in books and make it universally accessible.

Google™ books

<http://books.google.com>





EX ELECTORALI BIBLIOTHECA SERENISS. VTRIVSQ; BAVARIAE DVCVM.

84 10

Phil. 127

PERIPETASMA
ARGVMENTORVM INSIGNIVM,
OPVS NON MINVS FRV
giferum, quam mira facudiae elegans,
Authore F. Adriano Hecquetio
Atrebatino Carmelita, Sa.
cræ Theologiae Pro.
fessore.

Ecclesiastes cap. 1.

Cunctæ res difficiles, nec eas potest hominem
plicare sermone.



LOVANI

Ex officina Ioánis Bogardi Typog[r]at. Sub Biblijs Aureis. Anno 1564.



Bayerische
Staatsbibliothek
München

CLARISSIMO

PRINCIPI D. LAMORA-

LO AB EGMVNDA, PRINCIPI
Gaurio, Comi i Egmondano, aurei velleris
equiti, nobilissimoru Comitatuui Flandriæ
& Arthesiæ gubernatori strennuo, etc. atque
etiam pietate & eruditione præstantissimo vi-
ro, Domino Saluathio Cátello ecclesiæ Par-
mensis Decano, collegij diuo Petro apud
Campliacenos sacri, præposito atque illustris-

simæ Duci Parmensi Belgarum guber-

natrici ab eleemosynis, F. Adrianus

Hecquetius Atrebatinus Car-

melta, sacræ Theolo-

giæ Professor,

S. P. D.

V I præstantissimas,
optimásq; disciplinas
sibi assiduis sudoribus
comparant, ac tempus
ipsum, quo preciosius
nihil est, ijs studijs ex-
ercitijsq; impigri dedicat, transiguntq;
quæ quippiā huiusmodi habent quod
ad necessarias crebrásque huius vitæ

A ij actiones

EPISTOLA

actiones recte instituēdas formādásq;
conducere videtur, honore citra con-
trouersiam multo atq; immortalitate
quadā longe dignissimos, merito cen-
suerim, hac in re minus olim peccatum
est, minúsq; ingratitudinis, quām hæc
stupidior ætas habuere prisci illi Ro-
mani, quibus imprimis curæ fuit (si id
initio libeat præmittere) ut primū suos
consules, deinde reges ipsos, postremo
Cæsares, miris, lummisq; honoribus,
videlicet pompis, trophiis, theatris tri-
umphis, cantionibus, spectaculis, cho-
reis, sertis, applausibus, coronis, lauris,
(ac ut semel absoluā) mirificis ac pro-
digiosis quibusdam cæremonijs ac ri-
tibus, si quando victores cruentis ē cę-
dibus ac prelijs, aut aliunde aulas suas
repeterent, aut ob quippiam commo-
di reipublice per eos forte partum, co-
honestarent, colerent & venerarētur.
Hæc gratulatoria etiā ipse Pericles re-
cepit, quē iam deuictis Samijs Athe-
nas forte reuersum, plurimæ matronæ
coronis

coronis & vittis decorarūt. Quid? quod non dicendis sumptibus, magnaç; diligentia Romæ statuas in foro , in Capitolio, ijs omnibus gratitudinis ergo posuere , qui singulari aliqua numinis dote, præ cæteris floruerent. utpote qui scriptis docuere ciues, qui ingenij dexteritate ac perspicacitate quædā prius, nec visa nec nota orbi tanquam inventores, authorésque primi in commune ac publicum dederunt , aut qui denique artium necessariarum cognitione alijs vixere celebriores, cuiusmodi multorum nomina huc adducersim , nisi ea Romæ alijsque aliquot locis , passim in foro , biuijs ac triuijs omnium hominum oculis patarent, insculpta marmoribus, impressa tabellis , depicta in muris , hærentia columnis, & ubi non? Id vnum tamen occurrit, quod me in admirationem non minimam coniicit , fuisse (de eruditis loquor quorum alioqui conditio minime vilis auoscu-

A iii ra sub

EPISTOLA

ra sub sole esse debet) haud paucos,
si qua fides forsitan plus satis garru-
lo hominum rumori , qui turpius in-
solentiusq; vixerunt atque sceleratissi-
mis operibus toties tamque graui-
ter ipsum vulgus rudemq; popellum
offenderunt, quem tamen scriptis tam
suavi lenocinio , tanto splendore , or-
natu, ac rhetoricas flosculis colotibusq;
mire faleratis pictisq; nitebantur ad ea
ipsa prouocare, quæ virtutem spectat,
de Salustio, de Ouidio, de Flacco , de
Martiale: deq; alijs huiusmodi multis,
multa quidem, haud scio an vera om-
nia, certè vix credibilia narrant scrip-
tores, neque animus est, hic etiam næ-
uum cuiusquam prodere, quum expe-
riar, quam turpibus quamq; splendidis
mendacijs nos aliquando fallant hi-
storici, imponentes plerunq; suo dulci
lenocinio ijs qui faciles leuēsq; quibus-
libet credūt. Iam deueniendū ad æuum
hoc nostrum . Quibus obsecro hodie
plus debetur , quam ijs qui conantur
consilio

DEDICATORIA:

consilio & libris etiam editis suæ ri-
publicæ ac toti etiam orbi, iam vbiq[ue]
calamitosissimas ruinas minitanti pr-
delle, atque ea cuditant quæ vtilia sunt
non loculis, sed animis mortalium? quæ
in re agnoscimus varia interim vnius
cœlestis spiritus munera, sed vt maxi-
mè habeat Proverbium, quævis terra
alit artem. Quis eruditionem artiumq[ue]
cognitionem laudat ac totus suspicit
vt decet? quis vlo honore doctos, ob
id quod docti sunt veneratur, colitq[ue];
vides hodie præpostorum quorundam
iudicium, si famulitiū ducat forte è ci-
bus quispiā crassus & incivilis, si hūc
nam vſquam euntem aut prodeun-
tes aut quatuor, in quos
amplissimas opes
venerabimur, colliratque
deferret
rum

EPISTOLA

bitur ut Semideum: at si Homerus mu-
sis solum comitatus venerit, videlicet
iunus, sordidus ac rerum inopia vilis,
nullus erit, nihil erit, ridiculus erit, alga-
vilius erit, Quid multis? homo non erit:
luxta illud. Diues locutus est & omnes
audiunt, pauper dum loquitur, dicunt,
quis est hic? Socrates prediuitem quen-
dam, sed illiteratum respiciens, dixit. Ecce
tureum mancipium, quid enim aliud
est diues indoctus quam eorum quae
possidet seruus? Demetrius Phalereus
confiderans adolescetem intemperan-
tiae deditiorem & indoctum, ait. Ecce
quadratus Mercurius habens
ventrem, pudenda & barba
eum non hominem.
At cur hodie ô
philosophi
inquit.

stantur è veteribus multi. Clama igitur
ac profer Prōuerbiū illud è suggesto.
Oleum & operā perdidi. Ergo quoq;
frustra Democrite tibi tuę herbę à pe-
core carpuntur , dum peregrè est ani-
mus, nec vtilitatis quicquam tibi refe-
runt tuę lucubrationes. studiaq;, dum
hōrum occasione forte pecus tuos edit
agellos. Præterea quid frugis reporta-
uit diogenis tenuitas aut inædia , qui
propterea regibus vti noluit, come-
ditq; oluscula, vt liberius studijs poli-
ret excoleretq; pectus. Et Hiero , tan-
gazin. Cur tot tamq; sobrios trans-
ibis dam illecebris,

E P I S T O L A

dixit ius causasq; forense egit, tractauitq; , summa omniū admiratione, quid quoq; multis philosophis profuit tot adiisse, tot percurrisse regionum angulos, tot lustrasse climata , toties ab ijs quæ hominibus solent esse charissima prorsus abstinuisse, ab uxorculis, à venere & baccho, à voluptatibus, à delicijs, quæ humanos animos titillat alliciuntq; , Alij quippe formæ iactura & corporis valetudinis , alijs tot expositi periculis, tot sudoribus mersi , tot erūnis misere discruciat, parauerūt scientiam, & ingratus orbis nihil rependeremij , nec venerabitur.

me
cro
tra
nor
cop
ple
pot
pot
cui

tiani versus, Ad summam sapiens vno
minor est loue diues, liber Honoratus,
etc. Item, Et genus & formam regina
pecunia donat, Quis ferat, si quis in mu-
seolo silicis aut marmoris partes con-
dat, & preçiosos lapillos in plateas &
cænum disijciat? quis non insanum di-
cat eum qui spinas, tribulos, vrticas,
miricas colligit digitis ac sīnu cōpor-
tat, si interea flores odoriferos violásq;
maribus gratissimā miscentes fragran-
tiam, in stercorariū effundat? quis pan-
num sericum aut bissynum religiosius
non adseruet, quām laneum aut cana-
beum? cur igitur contemptis ijs, quo-
rum sacra philolosphia eruditioq;
om-
nibus profunt, colimus, veneramur,
suspicimúsque stipites, hoc est ignauos
& ociosos ciues, ob id quod æraria ha-
beant nummata, & opibus graues, cras-
fos, pinguésq; alant vētres? arcam æra-
riumq; diuini spiritus non miramur,
& thesauros midæ Cræsiq; exoscula-
mur? ergo iudicio præpostero serimur,
atq;

EPISTOLA

atq; ita nobis pluris est pecunia, quam
scientia, quum dicat apertè Hebræus
ille rex, diuitias, arenam quandam exi-
guam esse. Imo nihil esse, si conferan-
tur ad opes animi, hoc est ad sapien-
tiam. Gallus apud Æsopū gémam cal-
cabat pede, stercorarij paleas aut gra-
nula diligenter rostro colligēs. Nos ali-
quoties non tantum conculcamus lite-
ras & literatos, sed odimns & diuexa-
mus, idq; miris modis, interim eos ve-
nerantes plusquam regijs titulis & ses-
quipedalibus salutationibus colentes,
qui à tergo fortè longam latamq; tra-
hunt umbram & seruientium veluti
exercitu quodam obarmantur, quum
famulitum frequentius potissimum
principes, virōsq; magnos habere de-
ceat. Discat vel Iuliani Imperatoris ex-
emplo superfluam famulorum turbam
eijcere, is enim vxore mortua vix etiā
necessarios seruos domi sibi retinuit.
Nam hic sanè ago. solum de quibus-
dam, qui nec generis splēdore, nec in-
genij

genij dotibus, sed tantum ob nummo-
rum cumulos orbi sunt celebres. Sed ut
hæc ita se habeat. Eruditus fidus comes
& opes certæ sunt literæ, nimirū quæ
nec extingui premiā; à turbine, nec ra-
pi ab hoste possunt, Animiā; solatum
est sua scientia. Quum olim megaram
fortè occnpasset Demetrius, philoso-
phum quem Stilbontem vocabat, mox
accersitum rogauit, num quid à milite
raptum ablatumq; esset? nullus, inquit,
mearum rerum quicquam à me extor-
sit aut abstulit, neminem enim vidi qui
scientiam raperet. Præterea Aristip-
pus ille Socratis discipulus, ingenio mi-
re dextro ac festiuo dicere solebat, Sa-
tius esse mendicum fieri quam indo-
ctum, quod ille tātum pecunijs egeat,
hic humanitate, nihilominus homo est
cui deest pecunia, at homo nō est iuxta
eius sentētiā, cui deest eruditio. Idem
cuidam fortè percontanti quo docti
ab indoctis differrēt. Quo, inquit, equi
domiti ab indomitis. Nam quēadmo-
dum

E P I S T O L A

dum equus indomitus ad omnem fere
vsum incommodus est & inutilis ob
barbariem & ferociam, sic veluti affe-
ctuum tempestatibus & æstu quodam
cæco rapitur voluiturq; is, cui ea præsi-
dia desunt quæ philosophia solet trade-
re. Quod aperte in Tusculanis declarat
Cicero. Itaq; dici non potest, quantum
gloriæ honorisq; mercatur is quæ in-
genij fœlicitas assiduusq; labor erudi-
tum reddiderunt, etiam si vel vnam ex
ijs artibus quas inter minimas habe-
mus, rectè calleat. Exemplo sit illud ab
antiquis petitū , quū Rhodum obside-
ret Demetrius atq; tabulam quandam
Protogenis pictoris clarissimi opus, in
qua pinxerat Ialysem, id est , bacchum
in suburbio cœpisset, dum rescituit ob-
securare Rhodios ipsos per caduceato-
res, ut saltem tabulæ illi parceret , mox
respondit, se citius patris imagines quā
cam picturam aboliturum, tantum ho-
noris arti habuit rex potētissimus. Ha-
beant alij sua eraria, suos loculos , suos
equos,

equos, sua vehicula, suas quadrigas, sua
familitia, habent literati opes animi,
quæ tanto Arabum gazis præstantio-
res sunt, quanto nobilior præciosiorq;
est corpore mēs ipsa. En ne & hoc non
dicam, Hierosolymam venit à remo-
tissimis extremisque orbis profecta fi-
nibus, regina illa Sabea, vt Salomoni
regi Hebraeo, ob incredibilem sapien-
tiā deferret tum magnos honores,
tum præciosissima donaria? Quid quod
Samueli illi miris modis applausit cō-
gratulatūsq; est populus, vt certis in-
dicijs deprehendit eum verè fidem,
sapientissimumq; esse Dei prophetam?
Vergilio suus Augustus tanto fuit af-
fectu, vt ille sic auderet liberalissimi
mœcenatis encomion celebrare. Nāq;
erit ille mihi semper Deus, illius aram
sæpe tener nostris ab ouilibus imbuet
agnus. Horatium aluit ac semper ve-
neratus est, etiam suus ille fautor at-
uis editus regibus. Quid plura? Haud
dubie summa quædam meretur cru-
ditio,

EPISTOLA

ditio, famā, coronas, ferta, lauros, principum plebiorumq; fauorem, & quid nō? Neq; hæc hactenus eam ob causam à me quisquam liberius dicta esse putet, quasi ambitiosius disquiram vel tantillum fluxæ gloriolæ honorisque, aut vt hac occasione sollicitus vener captemq; hominum applausum, ac fauorem summaq; elogia. Certe quoties in publicum prodeo mihi comitis aut famuli loco est umbra ipsa, quæ nunq; non adest corpori, si sol luceat. Ego sānè quū vel Codro sim pauperior perpetuo meo pede metior, humilis quippe mihi tenuiusculaq; cōditio est, contentus tamen viuo etiam paruo, satis arbitratus, si ex hac inopia vilitateq; aliquando fœlici sydere ereptus, tuto fruar earum rerum thesauris, quæ inter illas æthereas mentes, fœlicem me ac vere diuitē olim sunt, vt spero redituræ. Itaq; in gratiam aliorum ne arti eruditioniq; suus desit honor, hæc ipsa protuli, sæpe miratus, quod complures præpo-

præpostero vtentes iudicio , diuitum
ventres pluris faciant, orbiq; vtiliores
putent, quām sapientiam, quām philo-
sophiam, quām artes, quām literas, tu
autē princeps clarissime etiā statim ab
incūte ætate & sincerus virtutū cultor,
& omnis eruditio[n]is, & artium libe-
ralium scientiarumq; omniū, ac deniq;
virorum eruditorum ingeniorumque
amator fuisti. Ecquid dulcissima illa ca-
demq; serenissima coniuge tua exco-
gitari hodie queat vel sanctius vel di-
uinius ea siquidem nobis delborā pru-
dentia, Judith sanctimonia, Esther mo-
destia resert & exprimit. Plato vult ut
vel philosophi vel philosophis similes
reipublicę pr̄esint. Canit & Psal. & Tūc
reges intelligite, erudimini qui iudica-
tis terram , apprehendite disciplinam.
Perinde ac si ita clamet : heus reges,
principes, tri[um]phi, regionum guberna-
tores, ciuitatum, omnisque reipublicæ
administratores, familiarum præfetti,
populi, patriaq; patres ac duces, operā
B, date,

EPISTOLA

date, ut quæ Dei sunt, quæ iuris, ac legum intelligatis, eruditio, sceptris velitis nequam desit, non prudentia, non iudicium, non zelus, non amor recti & æqui, & Solomontanquā hoc ipso patris sui Dauidis Psalmo factus, & instruētior & oculatior in hunc modū ad Deū opt. max. exclamabat, dum videret sibi regnum populo fissimum subiacere. Da mihi sediū mearum alsistricem sapientiā, solam sapientiam sibi optat, nimirum vt eius spiritu atq; adminiculo & sanè regat & verè iudicet & incorruptè magnaç; prudētia frequentissimè reipublicæ negotia administret. Hinc illud de eo 2. Paral. 9. pronunciatum, quia diligit Deus Israël, idcirco posuit te supra eum, vt facias iudicium & iustitiam, neq; enim hac in re vel tot argi oculis vel lani bifrontis perspicacitate opus erit, sed sapiētia, quid? quod & immortalitatis insignia atq; perenne nominis monumen-
tum sibi conciliauit Ezechias ille pius rex.

rex. Porro quod æneū serpētem confrigerit, deinde quod missis huc & illic per veredarios epistolis, populum haud scio quo vertiginis spiritu tunc laborantem, ad verum, germanum, hoc est pristinum vnius numinis cultum, vel his paucissimis verbis reuocare vi-sus sit, Reuertimini ad dominū, cætera habet locus qui est 2. Paral. 30. Porro hodie serpentem æneū confringit qui hæresim, quam Ambrosius in opuscu-lo quod de fide conscripsit, hidrā mul-torum capitum vocat, conterit, & ca-tholicum Deum colendi mōdum, re-ligionis ergo, magna prudentia instau-rat, cauetq; ne zizania tritico iniuria in altum excrescant viribus aucta suis, sed potentissimorum atqne religiosorum Cæfarum exēplo, inuictissimum atle-tam ac principē veluti murū quendam se se hodie magna cōstantia, pro domo Dei p̄ebet, quod S. Siluestri ætate fe-cisse legimus ipsum Constantinū ma-gnum, postea Gratianū, Theodosium,

B ij Phocam,

EPISTOLA

Phocam, Carolū magnū. Age & idem
 beneficij hisce duabus vt nobilissimis
 ita & longè florentissimis atq; religio-
 sissimis Belgarum Prouincijs Arthe-
 siæ, videlicet comitatui & Flandriæ,
 tanquam nimirum & legum, æqui re-
 ctiq; tenax, & euangelicæ fidei stren-
 nuus propugnator, præstare nō desine,
 vt instar cuiusdam Scipionis, aut bruti
 aut Catonis, aut Ciceronis, te ipsum to-
 tius reipublicæ commodis multo uti-
 lissimum præbeas, etiam si quanto in-
 corruptius diligentiusq; se se gerit is,
 qui multis præst, cogatur nō nunq; ab
 ingratibus inimicitię aut maledicētię nō-
 nihil referre, quū (vt aiunt) regium sit
 malè audire cū benefeceris, & non mi-
 nori periculo vacet, malis improbisq;
 bene facere, quam bonis male: iuxta il-
 lud Senecæ. Satius est quosdam offen-
 disse quam demeruisse. Porrò quum
 scriptum sit. Absq; me nihil quicquam
 potestis, assiduis, feruentissimisq; pre-
 cibus is per nos sollicitandus est per
 quem

quem reges regnant, & à quo ceu sapientissimo totius Monarchiæ Imperatore, omnis potestas est, qui inquam gladium dedit ad vindictā malorum, laudem verò bonorum, ut principes ac populos sana in mente & catholica in religione seruare dignetur, & ô diui immortales, quā iuuabit ad hoc? quām proderit, si vitijs longum valere iussis, & episcopi omnes & sacrifici & monachi simul cū populo ad pietatē fesse verè cōuertant & vni Christo sincerè seruiāt. Quantū ad hoc opus nostrum, quod iam in communem lucem, ob omniū vtilitatem damus porrigiturq; attinet, huiusmodi est arbitror, ne quid addam dum varijs de rebus in eo ratiocinamur, vt illud suo precio, audacter dicam, suo etiam quodam honore fauoreque dignum, vt pote tanquam prorsus infrugiferum dici nō possit ab eo, cui & aliqua saltem pietas & ciuilis humanitas cordi sunt. Hic enim præter ea quæ mortalium vitam cohonestant

B iiij expo-

EPISTOLA

expoliūtq; nihil adducimus, quid enim
vel utilius christianorum reipublicæ,
vel sanctius præberi possit ijs qui li-
benter quippiam legunt, quam ea re-
rum argumenta, quæ ex animis cupi-
ditates eximunt, & ad immortalitatem
quodāmodo præstruunt iter? Homerī
poësim miræ cuiusdam exemplar vir-
tutis cōthēre, multi viri docti asserūt,
In Iliade aptissimè videtur prosequi,
quantum mali gignant animorū per-
turbationes, in Odissea autē quidnam
virtus ipsa ad benē beatęq; viuendum
valeat, liquido ostēdit. Flaccus aliquot
locis hunc videtur imitatus, id nec in-
feliciter, at potissimum in ijs episto-
lis quas senex edidit, siquidem is in-
ter alia sic ad Lolium scribit. Troiae
ni belli scriptorem, maxime lolli, dum
tu declamas Romæ, prenestē relegi.
Qui, quid sit pulchrnm, quid turpe,
quid utile, quid non, plenius ac melius,
Chrysippo & Crantore dicit, Quis iam
Boetij? Senecæ? Prudentij? Isidori? Ter-
tulliani?

tulliani? Cypriani? Theophili Alexandrini? Gregorij Nisseni? Hieronymi? Augustini? Chrysostomi? Bernardi Geronis, aliorumque huiusmodi scriptorum opuscula, quæ utilissima, tum moribus, tum toti vita dogmata continent, non lubens ambabus amplectatur manibus, quum nihil melius sit aut conducedius quam ea discere & audiissimo animo suscipere, quæ optima sunt? Interim quidnam hic nouus orbis hospes, quid inquam hic ingenioli nostris fœtus iamiam natus & in lucē hanc prodiens secum ferat, doceatq; suis rationationibus, iij facile deprehendenterint, qui dignabuntur vel tres paginulas patienti stomacho excutere. Porro eam huius vocabuli etimologiam, significationemq; describūt, dictionarium Latini. Peripetastra, est genus cortinæ qua parietes & aule teguntur, seu tapetia Babilonici floris varietate cōspicua, quæ à Lucretio Babilonica dicuntur ab alijs aulea & attalica, à Capito-

B. iiii lino

EPISTOLA

lino stromata & peristromata, à Var-
 rone beluata, hoc est, à beluis variega-
 ta, à Plauto, Peristromata ornamenta
 sunt, quibus sedilia & dorsa parietum
 ad mensam discumbentium exornan-
 tur, vt aulea altius pendentia. Iam
 nulli mirum videri debet, si totum
 hoc opus varijs confectum mem-
 bris hoc titulo Peripetaasma, insigni-
 tum esse velim, id quippe ob id fa-
 ctum est, quod varijs argumentis,
 hoc est materijs diuersis, tāquam mul-
 tis, varijsque & non vnius tantum ge-
 neris coloribus ac flosculis, librum to-
 tum depinxerim, velut auleas diuer-
 sis filis, picturisque contexens. Ege-
 sippus historiographus dum de exci-
 dio Hierosolymitano agit, ita illius
 Peripetasmati, quōd Salomonis tem-
 ple inerat, meminit. Peripetaasma pre-
 ciosum & maximum, cocco & hia-
 cintho bissoque intextum ex purpu-
 ra non otiosa, materia tantæ diuerita-
 tis, sed cuius species rerum latentium
myste-

mysteria signaret, eo quod eius es-
set templum, qui cœlo & aeri, terræ
& mari quasi creator clementorum
dominaretur, sequitur, coco enim ig-
neum cœlum figuratur, hiacintho, acr
& cætera. Conuenientiori igitur in-
scriptione nō potuit hic liber emptu-
ris se declarare, quum multa variaque
rerum genera, ad purum quoddam ra-
tionis iudicium nitatur adducere. Itaq;
id quidquid est, vestræ cœlitudini, tuæ
tamen in primis princeps virtutū gem-
mis lapillisq; ornatisime, atque vnic
musarum fautor, lubet dicamus. Nec
vt arbitror, indignabere, aut egre feres,
si & aliquam huius operis partem, tibi
cum insigni egregioq; viro commu-
nem esse velim, quum soleant & prin-
cipes (tantus est aliquoties inter mor-
tales ipsos candor) vel tenuissimæ for-
tis fortunæq; homines ad mensas epu-
lásque suas benigne admittere: atque
adeo & ad ipsos confessus & familia-
ria colloquia. Porrò per argumenta
insignia

EPISTOLA

in signia intelligi volo materias insig-
nes, lectu cognituq; dignas, nam argu-
mentum materia m quoq; significat ut
ibi apud Cicer. Nullum scribendi ar-
gumentum mihi relatum est. Sumitur
aliquando & pro conjectura. Res lat
igitur ut quæ vestra est pietas, hunc
exilem musæi mei suetum tanquam ami-
cum quanvis exigui precij munus, vo-
bis à me oratore vestro nuncupatum
humiliq; porrectum manu humano,
hilari, candidoq; animo suscipiatis, in-
terim ipse supplex æternū summumq;
numen precor, ut vos diu incoluætes
sua pietate seruare dignetur, Hui,

Anno à Christo nato 1564.

nonis Aprilis.



QVAM VERE INSIGNIA
ET ORBI CHRISTIANO
VTILIA ARGUMENTA LIBER
hic habeat, ex hisce breuiusculis prologis
facile collegeris, ac deprehend-
eris, amice ac candide
Lector.

Temporis huius exulceratio.

Hoc loco, quā misero in statu, quam
difficilis, quam dira, quam morosa,
exulcerata, calamitosa ac deplorata
sit ætas hæc, mira facilitate cuius morta-
lium ob oculos pond̄, consutatis aliquot
hæreticorum neuiolis.

Immortalitatis fælicitas ac deliciæ.

Aperte edocet id argumenti, quam fœ-
lix immortalitas homini verè Christiano,
post tam turbulentas huius ævi procellas
ab ipso Deo opt. max. tribuenda sit.

Apodixis fidei & euangelij.

Græcum vocabulum est apodixis, per-
inde ac si Latini dicant, ihsfundibulū: Itaq;
materia ipsa tota quantæ difficultatis ac
molestiæ quondam fuerit, euangelij ip-
sus semina in sterili atque inculto huius
orbis

**orbis agro plantare & velati in stupida
hominum pectora regni fidem infunde-
re, dilucidè complectitur.**

Funera illustria potissimum eruditorum.

**Viros eruditione illustres, quod orbi
inuito mœstoq; idq; nec raro ante diem,
per fata præripiantur, interiectis admix-
tisq; epicedijs aliquot flemus, simul & ge-
nus hoc nostrum mortalitati obnoxium
esse indicantes.**

Gentilitia & Philosophica.

**Populi gentilitij, idola, monstra, fig-
menta, nugamēta ac fumos, per veritatis
euangelicā lucem aperio, atque discutio,
ridens simul & quosdam qui de rebus in-
eptius stilo tractarūt, captata quoque oc-
casione nonnihil è philosophicis adduco.**

Orbis calamitas simul & vētris mancipia.

**Agitur oportere christianū pectus, ve-
luti strenuo quodā marte aduersus omnia
infortuiorū calamitatūq; tela depugnare,
ad hæc quot malorū somitē secum vehat
trapula, solidis rationibus adductis clarè
probo.**

Lascivia sordidius imprudentiusq; amātiū.

**Indecens esse & adolescētibus minimè
conducens in ipsius himenā i thalamos le-
uiore**

uiore quem par est, irrumperē pede, atq; per solius veneris imperum, sibi coniugij capistrum iniijcere euidentissime cōmonstro, sed simul scortatores taxans.

Otium turpe.

Varios animorum morbos è turpioris ocij radice pululascere & enasci affuerō, atque proinde otio ac torpore nihil reipublicæ nocentius.

Mundi huius senium, et asq; extrema.

Haud ita procul abesse diem illum extremū, paucis edissero, pie cohortans ut se se quisque iudicio per euangelicæ religionis opera vigil præparet, memor nimirum illius, qui Apocalyp. cap. vlt. ita inquit, venio cito.

Habitatio commoda.

Latius describo quanta sit cœlestis illius numinis erga Christianam gentem pietas, quod nimirum, quum mortalibus ipsis, tot tamq; varias ac modis omnibus florentissimas prouincias regionesque rerum vita huic utilissimarum feracissimas concesserit, ciuitatem tamen olimpicam pro longa fœlicissima eademq; multo tutissima habitatione eis struxerit.

Laco-

Laconismus historia.

Quædā memorabilia at succinctè paucisque attingo, idque sic interim, ut veluti in publicum theatrum producta ætate ipsa, quæ rerum quædam parés est, ea voce vidi, vidi, & cætera crebrius repetita, lectori ostendam quām admirabilia prodigia, quamq; variōs euentus pariant tempora, hinc laconistum historiæ appello, quod paucissimis plurima compræhendantur.

Faceta & iocosa.

Quidquid facetiariū hoc loco conscripsi eam potissimum ob causam factum est, ut arte quadam tot curiosos et impiarum rerum audios oculos, ab eorum libris auocarem, qui refocillationis (& vt aiunt) recreationis pretextu, etiā aliquoties sacra & sacrificios & ipsos orbis primates & religionis catholicę ritus, etiā pueris & mulierculis & subulcis irridendos obtrudūt. Velim itaq; vt huiusmodi argumētū scribendi, nulla sese mihi præbuisset occasio. Nam serijs magis delector, sed id feci, ne forte hi qui talibus illecebris capiūtur, ad eorum paginas confugiant, qui ansam ea quæ pietatis sunt exhibandi, vanisque buccis


buccis ridédi, stultius administrant, & vñ
occasione accepta detegeré, quā stulta &
absurda dicant, doceant, ac patrent ex hę-
zeticis plurimi. Nam maxima facētiarum
pars in quorundam scismaticorum capita
recidit, etiam si & de alijs nonnullis quā-
dam admisceam.

*Catonis supercilium sive immodicari-
diculè superbientium grauitas.*

Quis nō merito eos rideat, quibus pre-
ter pallium, barbā, narium spiritum, fron-
temq; tetricam nihil est, quum velint soli
sapere & videri, haberiq; à reliquis mor-
talibus ingenijs ac literatura Hieronymis
& Augustinis celebriores?

*Miscellanea epigrammatum ac distico-
rum familiarium.*

Hæc mea poemata varijs de rebus tra-
ctant, & inter hæc plurima sanè sunt quæ
vñsus ipsi hominum vitæ necessarios spe-
ctant, atque ad animorum salutem mirè
cōducunt. Hæc sequuntur aliquot episto-
læ, sed oratione soluta scriptæ. Ita habes
circūspecte lector, singula huius mei ope-
ris membra partésque.





P E R I P E T A S M A A R G V-
M E N T O R V M I N S I G N I V M , O P V S
non minus frugiferum quam mira facundia
elegas, Authore F. Adriano Hecquetio,
Carmelita, Sacræ Theologiæ
doctore eximio.

Temporis huius exulceratio.



S Q V E A D E O
apertis argumé-
tis , O mortales,
colligimus ac de-
prehēdimus, sum
mū illud et im-
mortale numen,
vehementi ira, in
omnem hanc nō-

stram Christianā Rempublicam esse com-
motum, ut nullo prolsus iudicio, cum iu-
re optimo dixerimus præditū, qui id vel
non videat, aut sentiat, vel si videat, ne-
gare pertinax velit. Proh dolor, quam in-
suaue est, quam molestum, huius nostri

C longè

P E R I P E T A S M A

longè infœlicissimi æui, tumultuum calamitatumque meminisse? Quam durum ac repugnans ingenio genioque meo, hu-
ius temporis contexere historiā, orbemq;
nostrum, suis (vt aiunt vulgo) depingere
coloribus? Mibi tremunt digitorum
neruuli articuliq;, elanguescunt vires, ac
velut emortui pallēt vngues, dū arrepto
fortè calamo, argumētum breuiuscum
quidē istud, sed quod tam triste sit, paro.
Ferunt Xenocratem illum valde exili ac
penè muliebri voce, orationes suas, si
quas fortè aliquoties publicas habuisset,
auspicatum fuisse, quanquam temporis
progressu, inter dicēdūm, paulatim visus
sit vires animi colligere & non nihil ef-
feruescere. Tullius quoq; ille incōparabi-
lis Latinorum orator, nolebat in medium
dicturus prodire, etiam si eloquétissimus
ac multo facundissimus, nisi prius, idque
nec infrequenter toto biduo, secum ve-
luti domi, orationis suppellectilem, vigili
diligetiique meditatione apparaſſet. Mihi
sanè quanquā nō placeat prolixo exordio
cuiusquā grauare animum, visum tamen
est sic initio quædā præmittere, è quibus
id totū argumentū, de quo dicturi sumus,
pendet.

pēdet. Rerum summa eo hodie peruenit,
 vt quid mortalibus ip̄s breui sit futurū,
 quanquam certò nesciamus, rerum nimi-
 rum, vt alij ante nos natī, futurarum pla-
 nē ignari, tamen initia ipsa ac proemia
 quādam minacia & mirè sinistra, satis vi-
 dentur veluti eloqui, apertè promittere
 & clarè nobis ob oculos ponere. Certè di-
 uina scriptura nos crebris locis monet, &
 leui suo spiritu, ad meliora inuitat stimu-
 matq;. Videmus fabulę Catastrophen esse
 in proximo, reiq; Colophonē velut iā ap-
 parere. Quis porrò & qualis futurus tādē
 sit, tot bellorum, tot dissidiorum, tot ha-
 resum, tot schismatum, tot calamitatū, tot
 tumultuum, procellarumq; exitus, nouit
 ille vñus qui sapiētia modoq; admirabili
 vniuersa quæ cōdidit, administrat. Cuius
 sanè iudicium, qui multā abyssum vocat,
 rectissimē dicit. Siquidem ea est huius qui
 infœlicitas, totque furijs christianorū re-
 publica perturbata gemit, vt minime pu-
 tē ipsum æquor inclementius fuisse, atro-
 cioriq; turbine ac fremitu, Christi exter-
 ruisse discipulos, dū sublati vocibus dor-
 mientem, ita sollicitarent: Domine salua
 nos perimus, aut per diros Arrianorum

C ij fauores

PERIPETASMA.

furores minásque plus obortum fuisse tumultuum , aut per Vuandalos , Gotthos ac Hunos, duce Attila, perniciosiores excitatas turbas, aut immaniorem s̄uijſſe truculentiam . An quęſo armis crudelioribus orbem preſſerunt Romani olim monarchiæ ēupidi? an duriores molestias iſlis Persis mouit Iustinianus ? quę zetas vñquam ſenſit feruētiorem infaniam aut iras turbulentiores? aut horridiores furorum impetus ? aut violētiores animorum zetus ? aut vehementiores caſuum inundationes ? aut iniquiora inhumanitatis signa, aut exitialiora ciuium diſſidia ? aut magis ferales congreſſus ? aut imminenteriora pericula? aut præſentiores terrores? aut rerum iacturas , damnaq; magis noxia? aut deniq; malorum præſagia infauſtiora , ſuſq; terriculamentis minaciora? Nauicula Petri quoſ fluctibus exagitata es? Christianorum respublīa quoſ pestibus laboras? ciuitas quam diuifa es, quam diſſecta es , quā cōmota es ? Impietas certè horum temporum, horū malorū vnicaparens eſt. Virtutis iugum ferre non viſ? en nunc te vides vrgentissima lædit premitq; anguſtia , inq; tuum caput en mille accur-

accurrere dolores. Ut verum dictu sit illud: Super quo percutiam vos ultra ad- dentes præuaricationes? omne caput mœ- tens & omne membrum languidum, ne interim simul & in medium adducam, id nimis quod est Esaïæ cap. primo, Vul- nus & liuor & plaga tumēs nō est circū- ligata nec curata medicamine, neque fota oleo, quisnam orbi ægro oportune tem- porique remedium efficax atque antido- tum adferat, ne fortè sero medicina pare- tur, cum mala pér longas conualuerint moras? quis vnguen, quis pharmaca, po- titionem, flores, radicēsq; parat? Haud du- bie bonas habemus leges, sed pessimos mōres, benè habet aura, sed male mortali- um animi. Proh Deum immortalem, quam manifesta hodie sunt ea carnis ope- ra, quæ sic Galathis narrat Paulus, forni- catio, immunditia, impudicitia, idolorum seruitus, veneficia, inimicitia, contentio- nes, æmulationes, iræ, rixæ, dissensiones, sectæ, injuidiæ, homicidia, ebrietates, & his similia! Qui fieri potest obsecro, vt om- nino bene habeat Christianorum respub- lica, quæ tot alit monstra? Qui fieri, vt fœ- liciter viuat corpus, in cuius neruis ac ve-

C iij nis

PERIPETASMA

nis tatum lateat venenij, ubi incolumitas,
si tam vrgens, pernicioſaque toxicorū &
pestium vis ferat, ac premat? O seculum
perditum, o mores hominū. Siccine tanq
contempto Christo, Christi spiritu, euangeli-
cāque eius lege, ad Sathanam defici-
mus virtutum hostem, palamq; ostendi-
mus nos degeneres ac rerum omniū pro-
digos, nimirū perfidia insolentiāque non
dicenda, ijs beneficijs abutentes, quæ assi-
due in nos effundit inexhausta summi illi-
ius numinis bonitas? O nimium ingratos
mortales, qui conditoris sui immemores,
voluptatū spurcijs sese immergit, & di-
cunt ex iis nonnulli aliquoties, ut ebrij,
Nō est Deus. Alij quoq; his similes ita cla-
mant, Haud vlla est in excelso sciētia, nec
harum rerum quę sub sole sunt curā gerit
De°. Quę proh pudor qualēsq; voces sunt
ille? qui latratus? quod blasphemie genus?
corrupti sunt, & abominabiles suis studijs
facti sunt. Periere inuētores malorum, &
in operibus adiumentibúsq; manuum
suarum comprehensus est peccator. Au-
dite quæſo, idq; non auribus modo, vt in-
circuncisi cordibus, sed potius veluti re-
ſerato animi ſcriñiolo intelligite, & con-
ſiderate,

fideate, audite, inquam insipientes è populo, cæci intuemini ad videndum, surdi audite, quæsò qui aurem finxit nō audiet? & qui oculum formauit, non considerat? qui docuit hominem scientiam, est ipse vnius rerum inscius? Oculi domini superfacientes mala, vt perdat de terra memoriam illorum. Nunquid viæ meæ prauæ sunt, dicit Dominus, & viæ vestræ rectæ, aut non potius meæ rectæ sunt, & vestræ obliquæ, distortæ, prauæ, corruptæ & perditæ? Certe si nos ipsos iudicaremus non utiq; iudicaremur. Si inquā e nobis supplicium sumeremus, nimirū totis animis conuersi ad misericordiæ fontē Deū, forte eius ira leuius in nos sanguinaret. Deus quippe seipsum negare, nec vult nec potest. Deus fidelis, & absque vlla iniuritate, iustus & rectus. Peccauerunt ei & non filii eius in sordibus, generatio praua, atque peruersa. Heccine reddis Domino, popule stulte & insipientes? Nunquid non ipse est pater tuus, qui possedit, & fecit & creauit te? Memor esto dierum antiquorum, cogita generationes singulas, interroga patrem tuum, & annunciat tibi, maiores

C^o iiiij tuos,

PERIPETASMA

tuos, & dicent tibi. Ille prosector si nescis,
ille inquam fecit nos, & non ipsi nos. Ille
vnus est omnium dominus, & iniuriam
tanto principi ac tam benigno patri in-
ferimus? Quidnam, amabo, olim retulere
frugis illi, qui dixerunt. Viam scientiarum
nolumus domine, recede à nobis. Ah de-
mentes, nunquid virescere potest scirpus
sine aqua, & carectum sine humore? Quid
enim aliud est homo quā pecus quoddam
arcadicum, mutū & inutile, seclusa vnius
Dei misericordia pietateque? Vanitas est
omnis homo viuēs, qui quum esset in ho-
nore, non intellectus. Proinde is iumentis
postea factus similis est. Itaque nō est san-
ctus ut est dominus, nec enim vſquā alius
est Deus, nec maior, nec minor Deus esse
vllus potest. Dij quidem, vt Paulus,
inquit, multi sunt, ac varij domini, nobis
tamen non est, nisi vnuus Deus, quis solus
habet immortalitatem, & lucem inhabi-
tat inaccesibilem, quam certè nullus ho-
minū vidit, aut videre potest. Deus scien-
tiarum dominus est, & ipsi præparantur
cogitationes. Dominus mortificat, & vi-
uificat, Dominus pauperem facit, & ditat,
Suscitat è puluere atq; ad eò etiam è fimo
ac ster-

ac stercore egenum, vt tādem sedeat cum principum caterua, & solium gloriæ teneat. Domini enim sunt cardines terræ, dominum talem ac tātum, meritè formidabūt hostes, & aduersarij eius, is quippe super eos è cœlis tonabit. Cōmota est, inquit Hebræus ille Psalmographus, & contrémuit terra, fundamenta mótiūl concuturbata sunt, & commota sunt, quoniam iratus est eis. Ascēdit fumus in ira eius, & ignis à facie eius exarsit, carbones succensi sunt ab eo. Inclinauit cœlos & descendit, & caligo sub pedibus eius, præ fulgore in conspectu eius nubes transiere, grando & carbones ignis, & intonuit è cœlo dominus, & misit sagittas suas, & dissipauit eos. Fulgura multiplicauit & cōturbauit eos. Repetam & hic illud superius adductum. Super quo percutiam vos vltra addentes prævaricationes, ait dominus? O igitur planè miseris mortales! O nos, inquam, verè miseris! O infelix genus hominum, quorum assidua impietas tantam Dei iram contra se se prouocat! O tempestatem rerū, vbi tum corporum, tum animorum vlla pax propter scelera! vbi inquam pax illa vera in orbe christianorum, quam

PERIPETASMA

quam toties commendauit nobis Christi
pietas? Principio, vt reliqua interim pru-
dens omittam, quæ hic prima fronte dici,
si vellem, possent. Nam quis monstrorum
omnium larvas referat? quas hæreses pe-
perit orbis? quo seculis secantur diuidun-
turq; populi ac prouinciarum? Vbi consensus
ille vnicus in ijs, quæ sunt fidei catholicæ?
Alij aliud atque aliud adferunt & som-
niant. Exempli causa, hij clamat, nos ipsi
ita huc scripturæ locum intelligimus, hac
de re sic sentimus. Illi è cōtra, at nos aliter
aiunt, eum locum interpretamur. Rursus
oboriuntur & surgunt qui vociferantur,
nec hoc sensu, nec illo spiritu exponendum
locum esse. Etiam si dijs placet, futores,
sartores, laniones, calcearij, scriniarij, au-
rigæ iudicijs varijs, hic inter se pugnant
audacissimè. Sed audiant illud: Ne sutor
ultra crepidam. Meminerint hi temerarij
quid Ozia illi qui inuitis sacerdotibus ma-
nu tenuit turibulū acciderit, vt lib. Paral.
continet, Ozijtiæ turiferarij dici meritò
debent. Deum immortalem quam cōfusa
sunt omnia! quā illotis manibus ea sacro-
sancta mysteria contrectant quidā, etiam
nati in caula, & in plebe infimi, (tanta est
mortalium

mortalium impudentia) quæ non nisi summo timore ac reuerentia quadam, tractari ac cōtingi deberent? Sed ut maximè non contingat nobis forsitan tam tempestiuè quam optamus, huius hæreseos videre finem. Quæso per Deum immortalem, quis tā obesę naris est, qui non videat ac etiam penitus sentiat, quam procul ab euangelicis, apostolicisque fundamētis distet hoc nouum Lutheri dogma? Quām impiū sit, quām à veritate alienū, quām beluinum, quām cæcum & insanum? Quāquam non desint & hodiè stulti ac mirè stupidi quidā, quos archimoriones iure dixeris, etiā si horum nonnulli velint magni nominis haberi, qui putant quidem, si dijs placet, recens huius doctrinæ mustum (sic enim loquuntur) præsentem hanc ætatem ferre adhuc non posse, sed futurum aliquando, vt & facilius recipiatur, & iniectis fascinijs latius serpat regnetque. Denique ut liberè vires suas altius & potentius olim exerat. Neq; hæc solum, sed & absurdiora quædam sibi audent promittere ecclesiæ catholicæ hostes pernicioſissimi. In qua sententia eos maximè esse mihi persuasum est, quorū naribus Lutheranæ factio-
nis odor

P E R I P E T A S M A

nis odor gratus est , aut qui iam amentia
capti in Lutheri magistri mendacis verba
toti iurarunt , aut deniq; qui nulla adhuc
sede stabiles, expectant huius fabulæ Co-
lophonem , Gamalielem quendam stultè
simulantes , ac rectam interim hæresim
intus alétes . Valeat omen sinistrum , quasi
verò futurum sit olim , vt mendacium
supprimere veritatem queat , quum dicit
Christus , Confidite , ego vici mundum , &
Sapiens acclamet : Sapientia vincit mali-
ciam . Et vt id semel finiam , quum meri-
diana luce clarus pateat illud euangelij:
Super hanc Petram ædificabo Ecclesiam
meam , & inferi portæ aduersus eam præ-
ualere minimè poterunt . Deum immor-
talem quam apertis rationibus , quam
facili negotio etiam quiuis vel mediocri-
ter eruditus colligere potest , sapientiam
hanc non è sursum (vt loquitur Iacobus)
huc ad nos dimanasse , sed prorsus diabo-
licam esse , id est , nec verā , nec synceram ,
nec sanam sed adulterinam , & multò fal-
sissimam . Porrò nulla est tam barbara se-
cta quæ discipulos non habuerit . Prædicet
Atheus quispiam qui dicat vt impius in
corde suo , non est Deus , inueniet applau-
dentes

dentes insaniæ . Nam & Ophitæ fuerunt qui vel Ophiam serpētem coluere , & Iudaitæ , qui proditorem Iudam magni fecere . An quidquā à ratione magis alienū ? Primo Lutherus ipse hæresiarcha scripturam canonicam vir priuatus , contra omnium orthodoxorum patrum sententias ac iudicij temerè interpretatur . Quam quoque inconstanti , inquieto ac variocalamo multis locis torquet , inuitā , distrahit , vitiat & adulterat . Adde quod is incredibili impudentia Conciliorum œcumenicorum , generaliumq; auhoritatem subuertit . Iura omnia atque leges fortiter temnit , ac denique veluti pede proteruus sacra omnia calcat , ecclesiaz carholicæ non audit . Deinde peius agens ne peccasse putetur , inter fauces nihil voluit præter ster cora , mēdas , latrinas , diabulos , orcos , plutones , furias , cuius rei testes sunt tot eius libri , tot scripta . Quicquid inquā is docet , terrenā ac carnalē illam libertatem mirè spirat , quam libēter amplectuntur crucis Christi hostes . Adde quod hæreses səpius damnatas in medium , in forum , in apicum rursus profert , et veluti ab inferis reuocat . Interea tamen clamat sine fronte Chymera ,

P E R I P E T A S M A

Chymera, Verbū domini manet in æternum, templum domini, templum domini est, & pax, pax, & non est pax, me misit dominus, quum dominus eum non miserit, sed Antichristus. Quid? quod apostolū se & Euangelistam proficeret ac nitorum orbi ipsi credulo libertatis, rerumque novarum cupido persuadere, tot superiores ætates penitus cæcas fuisse, errasse tot sacerdotes, errasse patres, & nihil Christo dignum habuisse. O insaniam, qua nihil execrabilius, periculosisq; O stupidi cerebri phrenesim & dementiam. Quis enim nisi is qui sese totum stygijs umbris deuouerit, velit huic priuato homuncioni, apostata olim cucullato adhibere fidem, reliquit interea tot patrum concilijs? tot doctorum sententijs? tot celebrium academiarum iudicijs? tot Pontificum decretis? quid plura? abhorrent pij omnes ab huiusmodi pestilenti doctore. Tamē dici non potest, quātis machinis, quam varjis modis, quot vijs & artibus hodie passim tentare conentur animos mortalium scismatici. Non enim defuerunt qui manus ætrae graues vellent porrigere, ut ad suū dogmā allicerent incautos. Idque nō aliter quam

Sathanas

Sathanas ille qui Christo mundi diuitias, gloriāmq; ostendens, dixit: Hęc omnia tibi dabo, si cadés adoraueris me. Sed diuus ille Moses synceram erga Deum religionem, Aegyptiorum thesauris prétulit, negans sese interim filię Pharaonis velle etiam dici filium. Neq; canis (vt Aësopicæ narrant fabulæ) herum suum reliquit ob bolūm panis ab extero hospite forte obiectum. Quid? num lepra ipse Giezi mox inficitur, quod dona Naaman Syri auarus suscepérít? Itaque his aucupibus respondendum, Pecunia vestra vobiscum sit in perditionem. Deinde clamat Sapiens: Fili mi si te lactauerint peccatores, nō acquiescas eis, pedes enim eorum ad malum currunt. Quantum ad me attinet, malui semper sobriè sentire, quam sic insanire, pluris quippe sunt mihi priscæ patrum leges, Preciosior, inquam est, ac gratiор animo meo ecclesię catholicę ac populi Dei consuetudo, in qua totus conquiesco, quam somnia impiè interpretantium, dilanian- tium, depravantium, confundentium, ac miserè corruptentium scripturas. Valeant hæreses, valeant impiorum munera & fauor, malo cum Vlyffe illo sapere, cuius

P E R I P E T A S M A

cuius elogium & encomium apud Horatium extat.

Syrenum cantus, & circes pocula nouit

Quæ si cum socijs stultus cupidusq; bibisset

Vixisset canis immundus, vel amica luto sus.

Omnium rerum detrimentum feci , & omnia cum Paulo, vt stercore abijcio , vt vnicus Christus mihi sit lucrū, qui solus animo meo satis est, nīt irum diues in eos omnes, qui iuuocant illū.Quid enim prodierit, si quis vēl vniuersum lucretur mūdum, & animæ interim suę, qua nihil preciosius vsquam habet , detrimentum patiatur? aut quām dabit homo commutationē pro animā sua? filius quippe hominis venturus est , & iuxta sua cuiq; opera reddet.Fundamentum enim aliud nemo potest ponere præter id quod positū est, quod est Christus Iesus. Si quis autem superedificauerit super fundamentum hoc. aurum, lapides preciosos, ligna, fœnum, stipulam, vniuscuiusq; opus manifestum erit.Dies enim domini declarabit, quia igne reuelabitur, & vniuscuiusque opus, quale sit, ignis probabit . Proinde laudo conatum ac zelum eorum , qui hactenus libris æditis , contra hæresum contagia, constan-

constantes inuictiq; pugnarūt . Qua de re etiā cū Luteriz essemus , opusculū emis-
mus, cuius titulus est, Encomiū eorū, qui cōtra hēreses pugnarūt, & alios nōnullos codices. Quis enī strēnuos, insignēsq; dñi Athletas, Iosue, Iudā, Dauidē, Gedeonē, Sāpsonē & alios huiusmodi, qui olim, vel eos quoq; qui eūo nostro vixere, nō vene-
retur, quod tā acri brachio, ac velut ænea
fronte irruerit in hosce Philistæos, animis
& cordib⁹ incircūcisos? Cupimus sanè ar-
dētissimis animis, cupim⁹ inq falsarias hē-
reticorū doctrinas sic vietas, sic prorsus se-
pultas iacere, ne tamē sit, qui velut excita-
to igne, incēdiū generet. Quidā enim zelū
habent, at non secundū scientiā. Curemus
igitur ne qs ita vel dicat vel scribat vt ip-
sis posteris subministret venena, eis nimi-
rū libris quibusdā proponēs ea, quę scisma-
tici orbi attulere dogmata. Hæc profectō
si quādo res postulet, paucis ac parcī atti-
gisse sat sit, adiectis interea grauissimis ac
solidissimis scripturæ testimonijs. qd plu-
ra extīcti fileāt hostiū codices, sic eaq; ar-
te refellamus opiniones, ne infirmioribus
vlla detur sinistrē de fide catholica sentiē-
di occasio. Facilē qppe lzdūtur teneriora

D corpus-

PERIPETASMA

corpuscula, & rudiorum mentes etiā exiguo iniecto veneno inficiūtur. Schitis & thracibus plus profuit ignorasse vitia, quā græcis profuerit rerum omnium scientia. Neq; quisquam illud Terentianum adserat, hæc omnia nosse, salus est adolescētulis. Mi Herclè non omnibus adolescētibus conuenit nosse omnia. Melius quippe est aliquoties nescire alea ludere, quām eius artis cognitione, ipsos ganeones et scurras vincere, satiūsq; fuerit ignorare, qua itur ad lupanaria & prostibula, quām certò nosse viam. Quā ob causam sat esse visum erat æterno illi numini, si Adamus futurus tot populorum pater, initio, quod bonum erat, sciret. Sed quia ad utriusque voluit penetrare cognitionem, hoc est, quia non contentus, ipsum bonum scire, temerè voluit quoq; mali adiūgere scientiam. Quæso in quæ pericula, in quas calamitates, sese nōsq; cōiecit sua curiositate? Quid malorū non peperit esus illius fructus, qui è ligno scientiæ boni & mali collectus est? Quis ferat concionatorem si inter taxandum scortationem, vel scurrilia verba, quibus lenones vtūtur, vel palam pronunciet, etiam imprudens, quod sic pijs

pijs auribus scandalō. Nec confessarij munere dignus habebitur, qui tam imprudenter examinat, excutitq; scelerū in cōsciētijs sentinā, tamq; indiscretē è simplicioribus expiscari conatur singulas vitiorum species, vt eos potius videatur edocere, quæ antea prorsus ignorabant, quām perpetratis noxis mederi. Neque cuilibet id officij cōuenit. Itaque his in rebus exacto mea quidem sententia, iudicio opus fuerit, sic planè contra hoc genus hominum, inter concionandum vel scribēdum, consilio iudicioq; vtendum. Iudicio, inquam, sano ac maturo, prudentia summa, arte, ac circumspectione, ne quid vel dicendo vel scribēdo, vel quippiam aliud agendo, offendamus, & ne imprudentius aconiti succum subministremus, aut transfundamus in simpliciorum animos, quod eis ruinæ adferat occasionem. Iam libet hoc lōco fusius de quibusdam agere, qui cum debuissent, acrem in scismaticos stringere calamū, alio conuersi, aliquoties quædam minutiora, nonnunquam quoquè (quod fateor) quædam vt fortè occurrunt, graviora Christiani populi scelera, haud scio quo modo, nihil quam rident, vel ualentes,

D ij dentes,

P E R I P E T A S M A

dentes. Quale obsecro viris pijs at circun-
spectis hactenus eorum iudicium visum
est, qui putarunt sese huius orbis infelice
statum in melius immutare, & inuertere
posse, mortaliumq; mores iam passim, vt
videmus corruptos, veluti refingere, re-
cudere, innouare, refundere, atq; restau-
rare, suo quodā peculiari genere scribedi,
nihil aliud interim tamen, quam ridētes?
quam de hac aut illa re subditantes, & vt
semel dicam, quam omnia stulte contem-
nentes? Id in eos competit, qui tanquam
sub hypocriseos tectorio latent hæretici,
catholicorumq; mores, nihil aliud quam
conuellunt ac irrident, dum volūt videri
orbis correctores. Siquidem hæ sunt quo-
tidianæ eorū voces, ha ha he, quæ est hæc
vana consuetudo? quid istud est? quot
mensibus duravit hic mos? Quis Deus
huius rei author est. Quis tandem neptu-
nus? quis triton, hoc aut illud institu-
tum aduexit in auras? Tum hæc s̄pē re-
petunt, mihi videtur, mihi quidem per-
suasum est, mihi placet, homo fuit Cy-
prianus, homo Hieronymus, labi potue-
re, falli potuere, errare potuere, etiam ver-
tustissimi scriptores, aut cur ego æquenō
habeo

habeo spiritum Dei vt Augustinus, Ambrosius, Gregorius, Bernardus, Thomas? Hoc nō habet scriptura, is vel ille sic scribens, sic exponens, haud dubiè errauit, sic sentio, hæc mea sententia est, quæ stabit etiam si insaniat orbis. Quasi verò mundus præter talpas & nocticas, & bubones, & caballos, nihil hactenus genuerit? Nō-ne & ante nos, tempora pepererunt homines & ingeniosos & perspicaces, & litteratos & pios? quis iste corruptū orbem corrigendi modus? quis his modis, hac insania, Christo ouiculas suas reuocabit, & plebē imperfectiorem ad melius aliquid pertrahet? Vtinam hac in re rarius peccasset Erasmus atq; huius simiq. Quin potius abiectis hæresib^o & laruis, voces & animos cōiungimus? quin serio accēsi zelo domus Dei atq; fraterna charitate, summiq; numinis opē, religiosis castisq; vocibus implorātes, disquirimus meliore & aptiore Christianorū mores corrigendi modū, artemq;? Quis vnq; diuini flaminis instinctu motus, vel stulte risit, vel leui animo tēp- sit proximum fortè errantem, & non potius dedit operam, vt vel collapsum, vel iam collabentem, Christianæ dilectionis

D iij brachio

P E R I P E T A S M A

brachio fulciret & tanquam verticis pilo
arreptum, è scelerum lacu retraheret? &
interea, dum nihil aliud quam steriles ri-
sus edimus, videmur nobis egregij, scili-
cer Oratores, Rethores, Poëtæ, Vates,
Prophetæ, Philosophi, atque adeò etiam
Apostoli quidā, dum inquam nihil aliud
quam ad indignationem, desperationem,
iram, cōfusionē, perturbationē, & anxiam
ambiguitatem, tam imprudenti & infes-
tici dicendi vel scriptitandi genere, pro-
ximos fratres prouocamus. Mali corui,
malum ouum: impia progenies, ait Chri-
stus. Qui fieri queat, vt benè loquamini,
cum sitis mali? Bonus quippe homo è bo-
no thesauro plerumq; quod bonum est,
promit. An quæso mala arbor bonos fru-
ctus ferre potest? nunquid colligunt e spini-
nis vuas, aut è tribulis ficus? agite, an sta-
tim verè correctus est orbis totus, prop-
terea quod videret Philosophum illum
omnia oris diducti rictu irridentem? vel
quod sciret alium videlicet Heraclitum
perpetuo madétem fletu, & lachymis af-
persum quotidianis vniuersa genera rerū
plangentem & flentem? Quid, quod alias
quidam etiam perpetuus tacebat, rāquam
natura

natura mutus? Alius ciulatu testabatur animi dolores nō minimos. Quid accidit tandem? nihil hinc remedij aut certè perparum partum allatumq; testantur veterum monumēta. Plus olim promouit ille apud suos, qui cunctādo restituit rem. Est modus quidam in rebus. Iam propterea quorundam neotericorum scripta curiosius fortè voluimus, quia abundē præbēt paginæ quod rideamus, nimirum sales, festiuæ quædam lepidè dicta, quæ Græci apohthegmata appellant, quorsum obsebro Christianis tanta licentia, insolentia, libertasq;? Num potius probandus est author, si ab eo dogma salutare, & pietatis seminaria haurire possimus, ciuisq; calamo nostros excolere mores? Neq; hic eorum tamen mētionem facimus, qui in argumentis sacrarum literarum nō versantes, etiam aliquoties fabulis, næuiolis, & nugis ad refocillationem animorū, mira arte confictis, implet libros, modo nihil sit, nisi quod ad honestā pertineat iucunditatē hilaritatēq;. Quanq; tamē illud certò sciendū, de omni verbo ocioso rationē olim reddēdā esse. Agimus siquidē potissimum de ijs arrogātioribus qui in omni

D iiij pietatis

PERIPETASMA

pietatis negotio, causaque, qui inquam in
rebus sacris prophani audacter, temereq;
versantes, omnia miscet importunis irri-
sionibus, obliquis strophis, figuratis mor-
fibus, insultibus, iambis quibusdam, sub-
fannationibus, scomatibus & phaleratis
vocum præstigijs monstrisq; plus æquo
nasuti, lectorem hoc lenocinio aliquoties
eò adducentes, ut vel rideat ea quæ sunt
fidei, vel saltem de ijs ambiguus addubi-
tet, quæ tamen tot æstatum, totq; patrum
consensu, iam diu recepta sunt atque ap-
probata, ne frigidæ illi excusationi siue
opalliationi interim detur locus. Non est
author, inquiunt, qui hic loquitur, est mi-
les, est hystrio, est scurra, est scortum, est
moria, est infans. At qui sub hoc pallio la-
tet toxicum, quod animos mira arte cor-
rumpit ac deprauat. Nōne idem malis sen-
tientiæ si te cruci affigat scurra aut ciuis pro-
batus? aut si serico aut canabeo strangule-
ris fune? Deum immortalem in quanto
periculo cōsistūt illi, qui posteritati man-
dant ac relinquunt scripta sua, nec sancta,
nec utilia, sed talia, per quæ orbis discat
quod malum est, colloquia, epistolas, ora-
tiones? Materias igitur argumētāque eius
generis

generis orbi demus, in quibus nihil sit contra Christi, ecclesiæque spiritum pugnans. Consulit Paulus, quæ pacis sunt sanctemur, & quæ edificationis sunt in uicem custodiamus, &, ab omni specie mala abstinetе vos, & denique: Corrumpt bonos mores colloquia praua. Christus palam clamat. Vè mundo à scandalis. His locis ago potissimum de pseudoeuangelicis atque de quibusdam alijs, qui orbem ad melius, sed infeliciter reducere varijs æditis libris sunt visi. Seneca non probat remedia morbo grauiora, nam hi quum sanare se velle nugētur, potius lœdūt. Quis mortaliū (amabo) ex impuro fonticulo aquam limpida hauriat? Proinde haud satis euidem mirari possum, vnde hoc exemplum primo emanarit proflieritq;. Certè Origenes, Lactatius, Hieronymus, Augustinus, Gregorius, Chrysostomus, Basilius, Bernardus, aliquique huiusmodi, quos admirabilis eruditio, cum pari sanctimonia cōiuncta orbi reddidit celebres, quoties forte meminere suis in scriptis, tot malorū scelerūmq;, quibus hic mundus qui teste Ioāne, totus in maligno positus est, sordet secum considerantes tot canes

P E R I P E T A S M A

canes ad vomitum reuersos , tot sues ad
luti volutabrum , tantum deniq; eorum
numérum, qui primam fidem irritam fe-
cerunt, quid agunt ? Certè non nasi insol-
lentia, nō conuicijs, sed animo, sed iudicio
vtuntur. Flen t errantes, gemunt, condo-
lent, compatiuntur, non subsannant, non
ylli ridendi ansam præbent. Quippe Mo-
rionum est absq; causa ridere , aut eorum
quos Helleboro videmus egere , vt verū
sit illud Sapientis : Cor stulti vbi lætitia,
non certè virorum prudétium & sapien-
tum grauiúm q; , quorum multitudinem
cuiuis reipublicæ vsque adeò necessariam
iudicar existimátque . Idem Sapiens ille
Hebræus, vt eam etiam orbis terrarum sa-
nitatē vocet. Quid? quod Christus è Lon-
ginquo videns Hierosolymā, à lachrymis
se se continere non potuit, quod ea nimí-
rum visitationis suę tempus non agnouis-
set? Iam quoties diui illi vates ac Prophè-
tæ, flentes clamabant , periisse sanctuarij
lapides? mutatum aurū optimum ? miser-
rimas esse filias Syon? Olim euersas qua-
dām & alias ob scelera non ferenda , mox
euertendas Iudæ ciuitates ? Paulus flens
eorum facit mentionem ; Quorum Deus
venter

venter est. Quis locus in euágelio domi-
nico,in Pauli epistolis , in scriptis Petri,
Ioannis,Iudæ,Iacobi,aut aliorum, nos ad
immodestè ridendum inuitat? & non po-
tius ad gemendum atque deflendum non
modo sceleræ in quæ ipsi labimur ad ma-
lum proclives, sed & fratum & proximo
rum ignoratiā, malitiam, imprudētiā,
ruinam, & interitum ? At hodie ludibrio
& ostentui habent schismatici , idq; mag-
no cum risu contemptuque Episcopos,
Sacrificos,mitras,Ecclesias,monachorum
cucullas & ipsos monachos,Christianorū
ritus ac cæmonias, plebem ipsam atque
mulierculas aliquoties , vt exemplū pro-
feram, Christi aut diuorum aris cereolos
affigentes, & eos qui religionis ergo, per-
egré profecti, salutant tres illos reges,ma-
gos Coloniz , aut diuum Hadrianum in
oppido Grandimontano, aut Petrum, aut
Paulum Romæ, aut Iacobum apud Com-
postellam, aut virginem matrem Laure-
tanam, aut apud Hallenses. Hæc omnia hi
vitiligatores absq; fronte rident, sed aliud
piorum iudicium est, qui profectò hæc nō
vt illi amantes explodunt aut exibilant,
imò toti probant, tanquam nimirum nec

à pie-

PERIPETASMA

á pietatis specie, nec ab ipsa pietate aliena.
Atqui si quid aliud aliquoties taxadū erat
aut culpādū, id serio agamus apertoq; cō-
tra vitia pugnemus marte, nō tanq; riden-
tes, aut cachinnis iocātes, aut ludū luden-
tes, ne cuius lēdamus infirmitatem. Inge-
nijs quippe mortaliū tanta teneritudo in-
fīta est, vt facile vulnus accipiat popularis
simplicitas, quā q; cōtēnit, aut seducit, in-
dignus est qui Christianæ charitatis, reli-
gionisq; habeatur professor, dignus tamē
qui graui saxo ad collū alligato pīciatur
in Oceanū: neq; leuiter ea cōuelli oportet
quib⁹ in Christi Spiritu, plebecula ipsa fa-
miliariter & piè ædificatur. Habet (vt ar-
bitror) etiā simplicissimus quisq; è Chri-
stianis vnicū Christū, pro scopo, pro Deo
vnico, pro seruatore optimo ac mediato-
re. Quanq; fortè aliquoties videatur, dum
res postulat, imperfectorum more, lacte
quodā, elemētis quibusdā, varijsq; admini-
culis vti, quæ nec abiicienda censeo, etiā si
insaniant hostes, & i; per quos nititur Sa-
thanas dñi sabaoth vineā funditus euer-
tere. Aiūt vulgo, Nullus nascitur artifex,
Homines sum⁹. Neq; illico senes maturi⁹;
nascimur, vt vulgatissimi illius versiculi
memi-

meminisse iuuet. tātē molis erat Romanā cōdere gētē. Per gradus ducēda plebs est, quales tandem illi & quā seueri iudices, qui statim ab infantia volunt nos nasci senes? Res ipse habēt suos quosdā pgressus. Pau- latī quippe purgamur, illuminamur, cō- summamur ac perficimur. Hinc toties velut repētes adhuc acclamamus ad Christum: Dñe auge nobis fidē: Et, Credo dñe, adju- ua infirmitatē meā. Ioannes Euāgelistā sic distiguit, scribo vobis filij: &, scribo vobis iuuenes: &, scribo vobis patres, etc. Alij enim alijs perfectiores sunt, nec omnes statim omnia possumus. Nam Paulus in- ter perfectos sapientiam in mysterio lo- quebatur. Quid multis? Serpimus, prore- pimus ac progredimur veluti per gradus, crescimus quoad occurramus omnes in virū perfectū, in mensurā ætatis plenitu- dinis Christi. Quid, quod & ipse Christus aliquoties ordeaceo pane, nō triticeo fa- mētē populū aluit? Seruit quippe parē- tes infantulorū infirmitati, sed qd addere libet? Nō modo ea cōuellūt huius generis ac farinę sacrilegi subsannationeq; explo- diūt, q̄ forsū plebi rudiori ac crassē quorū dā elemētorū loco sunt, sed eo iā puenēre effrontes

P E R I P E T A S M A

effrontes, vt & aras & sacramenta & di-
uini spiritus mysteria omnia rideant, ne
dicam impuris impiisque conculcent pe-
dibus. Qua hominum colluie, haud scio
an quicquam sit execrabilius & cōmuni
Christianorum commercio exitiabilius,
perniciosiusque contra horum canū ra-
biem. Doctissimis scriptis velut antidotis
qui busdam nos iam olim armauerūt Ire-
næus, Augustinus, Dionysius, Hierony-
mus, Cyprianus, & si quos huiusmodi ha-
buit illa veterū ecclesia. Ecclesiā christia-
nam quippe ipse Deus optimus maximus
columnis suis, ne quādo corruat, nunquā
non fulsit, quū teste Paulo, ipsa nimirum
sit columna & firmamentū veritatis, atq;
adē quædam castrorum acies mirè ordi-
naea. Proinde hoc zno, veluti & ante hos
annos, vt interim silentio prætermittam
tot florentissimas academias, tot Senatus,
tot præpositorum conuentus, gladio spi-
ritus, hoc est verbo Dei vtraque arrepto
manu, contra hasce noxias pestes, monu-
mentis quoque suis communiere, orbem
Roffensis, Caietanus, Eckius, Cochleus,
Adrianus sextus Pontifex summus, Lens,
Beda, Thomas, Alphōsus à Castro, Comes
Carpenfis,

Carpensis, Stunica, Clitoueus, Christophorus Longolius, Nausea, Gropperus, Ioannes Driedo, Antonius Florebello, Titelmannus, Stanislaus Hobus, & ne in longum protraham catalogum, alij haud ita numero pauci, quorum pedes speciosi, ut sunt euangelizantium, in arenā, cōtra tot tāmq; furiosorum mōstrorum greges sodalitiāque descenderunt. Quod etiam & ipsi aliquoties libris editis licet tenuiter præstitimus. Et adeò concertationum satur sum, ut illam diui Pauli sententiam amplecti lubeat, & iuxta illam quiescere. Hæreticum hominem, post vnam & alteram correptionem deuita, sciēs quoniam subuersus est, cū sit proprio iudicio condemnatus. Non enim video, qui fiat, ut huic malo præsidijs humanis mederi queāmus. Occurrit & illud : Peruersi diffīclē corriguntur. Quales ecclesiastas habent Lutheranorum ciuitates ? hic calcearius habens adhuc in manu corij partē, surgit, ut quā somniavit ē suggestu, populo dicat : illic histrio quidam seētis tibialibus & pileo elegāti ornato pluma teētus, prēdicat. Nautæ ac scurræ quo impudentius in diuos blasphemant, hoc pluris fiunt.

Itaque

PERIPETASMA

Itaque non dissimiles fuere olim Priapi
sacerdotes . Verum quoniam ijs & qui ijs
videntur applaudere , nihil quam impu-
denti naso vbiue vtuntur, & in uectiuis
planè importunis, cōtumeliosissime etiam
in eos cultus, quos iam tam lōga etas pro-
bauit, & in eum viuendi modum , quem
sancta Christi ecclesia, tanto tot grauium
pastorum, principumq; cōsensu , populo
utilem , hactenus iudicauit debacchan-
tur, & sunt ex ijs cautores vt astute vene-
num dispergant, qui quoties scribunt , sic-
rem tractant , vt videantur malle sentiri
quam intelligi, sic tecte & tacitus alludūt,
visum est tam pestilenti hæresi ob oculos
ponere fieri nequaquam posse , per eos
aut per villos flantes Euros, aut irruentia
vndique flumina vt sacra Christi respub-
lica in rotum pereat. Quamuis assiduè ri-
deant, explodant, exsibent, & insaniant
huius generis angues, non propterea sta-
tim excidit verbum Dei, nec perijt Chri-
sti quæ fuit ante fides. Filij Ephraim Ge-
deonem maledicentia infestarunt, & vi-
rulentissimi animi sui pus in Dauidem
euomuit Semei. Dicant, ludant , nihil est
nō decenti ordine in ecclesia cōstitutum,
vt arbi-

vt arbitrer vel ipsum Paulum , si viseret probaturum hunc Ecclesias catholicae statum, fortassis in aliqua vitiis adhibitis inuectiuis, clamaret . O ter miserum hominem qui tibi persuades , in tam serio negotio, dum orbem vt dicis scriptis & concessionibus pergis ad meliora reducere , licere immodesto risu, apertis cachinnis insolentia & impudenti naso vti , qui tractare te dicis salutis Christianorum mysteria, subsannando interim & explodendo quicquid usquam vides, sentis & audis. Itane frontem impudens perflicuisti, & illotis manibus ausus es sacra contingere, atque in templum domini, non thus, non aurum, non myrrham, non drachmam, non spicas, non flores, non turtures quidem vt quondam siebat inferre , sed spumatis oris tui spurcitem, barbamq; fœda saliuia p̄ræ nimio risu madentem ac sordescensem? Insanire; fateor visus est David huc atque huc in eorum brachia , qui vicini astabant studio dataque opera collabens , & profundens sese spuriis ac saliuia , in vestes proprias ore despumans, sed Achis apud quem haec siebant non erat forte magis honorifica salutatione

E specta-

P E R I P E T A S M A

spec^taculo dignus , vt taceā quod aliquid futurū gestus ille Dauidis adumbraret. Sed qui vltro sese intrudunt , & offerunt Ecclesiaz, tanquam inuita minerua , orbis totius correctores quum sibi negotiū tractare videantur quodammodo cœlestē , & adeō vt sibi persuaserūt illi philaphtia dementes, serium , vt præter hoc nullum aliud sub sole sit verè serium , qua fronte audent igitur dum vel scribunt vel publicus dicunt perorantq; in eiusmodi argumēti genere, histrionum ac morionum personas assumere , & velut in eminenti theatro, egregij scilicet actores, coram tot spectantium oculis saltitare, ludere, gesticulari, ridere, exsibilare , plaudere & explodere omnia? sentit nimirum hac arte, hoc naso orbis iam circunspectior occulatiorq; se non corrigi, sed rideri. Euge, si in cubiculum ægroti se medicus recta conferat, atque pretinus ore aperto , vel ægrotum ipsum decumbentem , vel alios ridere incipiat, quis ferat amentem ? aut quis agnoscat ibi vllū solandi ac medendi genus? Non est igitur cur apud regē Christum, eiūsq; spōsam reginam, sibi quisquā ius permittat insolenter & impudēter rideendi,

dendi, furendi, & insaniendi licentiam, ni
velit multò magis insanus haberi, quam
ij quibus nulla mens est. Neq; enim furio-
sis debacchationibus, nec inuectiuis, nec
vnguibus, nec dentibus laceráda sunt sa-
cra, nec importunis vocibus aut clamori-
bus insultis obtundenda est simpliciū te-
neritudo. Hic vt superius dictum est, de
hæreticis quibusdam laruatis omnia sacra
hodie contemnentibus sermo est. Nec ē
cœlo tamen statim ignis petendus est, qui
voret oues catholicas, etiā si aliquoties
scabiosas, sed māsuetudine, sed spiritu le-
nitatis, sed clementia, sed prudētia catho-
licoq; stylo vtendum s̄pe est, quoties or-
bem mores nouos, saniores, minusq; cor-
ruptos docere quisquā nititur. Quis enim
est obsecro, qui viuit & non peccet? hac in
re modestius agunt propugnatores ca-
tholici, quoties contra ipsos schismaticos
scribunt. Breuiter (quid enim his immo-
rto?) relicta hæresi se se quisq; in omnibus
exhibeat (vt hic Pauli verbis vtar) tanq;
Dei ministrum. Scurræ, & ganeones, alea
aut chartis lusitét, gruniant sues & porci,
mutuò muli scabant, histriones theatrici
ad risus, ad plausus moueant suos specta-

E ij tores.

tores. At mortalibus ipsis miseris, qui volunt haberi sani rerum iudices, non video iustum hoc sub sole ridédi materiam à superis datam esse. Potius video, & proh dolor, magno animi mei mœrore angustiaq; video, cur hodie passim gemendum sit. Neque profecto sat lachrymarum tot gemétiū oculi fundere possent, quibus satis sit in tam deplorato calamitosoq; rerum statu, reipublicæ nostræ plangēdis ac deflendis miserijs. O mortales, madeant mensæ nostræ suo rore ac flumine, iuxta illud Psalmographi: Ego panem tāquam cinerem manducabam, & potum meum cum fletu miscebam. Irrigentur lecti suis lachrymis, sudent thori fulcra. Parietes bumore cōspersi, testentur eorum qui domos incolunt, mæsticiam. Confluant per genas fontes, riui & flumina. Neq; hic locum habeat illud vetus: Claudite iam riuos pueri. Quis enim è mortalibus orbem solabitur? & referet mæstis temporibus pristina quæ periēre, gaudia? Quæ medica manus feret ægris opem? Phœbus herbis et graminibus? Circe suis artibus ac beneficijs? Pan suis calamis cera inunctis? Orpheus suauicytharae suæ crepitū? Organa & lyræ

& lyrę suis fidibus, neruis, ac dulci modulamine? Quis inquā? Iuppiter? Pallas? Iuno? Hercules? Atlas? Venus? Ceres? Bacchus? Charon nauta stygius? Cerberus tri-
ceps? Vulcanus? E quo tandem fonte reci-
piemus animorum solatia? quis Deus red-
det orbi noua gaudia & latitiz delicias?
Sed quid optemus nobis iucundos dies?
quis enim apud quosdam populos ordo?
quam confusa sunt ac deplorata omnia?
quanto scandalum est orbi hęc hæresis? Prä-
dixit dominus, Matth. 24.. Tunc scandali-
zabuntur multi, & inuicem tradent, &
odio habebunt inuicem, & multi pseudo-
prophetæ surgent, & seducent multos, &
quoniam abundabit iniquitas, refrigerescet
charitas multorum. Profectò vt videre
est, huius tantæ hæresecos occasione fit, vt
iam passim elangescat velut eneruata fi-
des, vacillētq; multorum animi, frigescat
charitas, minus sit pietatis ac modestiz, re-
missior sit inter fratres amor, minor con-
cordia, plus maledicentiz, plus impuden-
tiz, plus sacrilegij, plus blasphemiz, plus
scandali, plus dementia, plus temeritatis,
plus seditionis, plus insolentiz, maior de-
proximo sinistrè iudicandi audacia, dum

E iij hodie

P E R I P E T A S M A

hodie vix pedem aut oculum moueant
quidam, quin haud scio quo pacto , alijs
multis sint scandalo , vel quod infirmio-
res facile offendātur, vel quod ad summū
malicia pleni , nihil prius aut pulchrius
ducant homines, quam proximi nomen,
infamię nota denigrare.Certè ne posteris
desit de hac ætate nostra dicendi ac diju-
dicandi materia occasioque , visum est sic
paucis aperire, quam exulcerata tempora
hodie miseris mortales differunt , exau-
gitentq;. Quis vnquam vidit æuum tur-
bulentius? aut plus habens scandali ac tu-
multuū? Mez ætatis testis sum, sit Liuius
suæ, sit Salustius, sit Iosephus , sunt & alij
quos iuuit chartis mandasse quædam, quæ
vel videre ipsi vel sensere suis annis . O
inquam quoties id repetā ? exulceratissi-
ma tépora nostra.Hic certè audacter cum
Solomone illud pronúciauero, nimirum
diem mortis atriq; funeris meliorēm esse
quam natuitatis.Quid?quod idē sapiens
dicit utroque beatiorem etiam esse eum
qui nec dum natus est, nec vidit mala quæ
sub sole fiunt? Hæc tanta temporum no-
strorum infelicitas,initiū,ab anno 1518.
potissimum trahit.Antea (ut aiunt aui &
seniores)

seniores) nec hominum cerebris tam morosa inerat teneritudo , nec vsque ad exulcerata corruptaq; erant omnia . Hominum mores, vitæ ipsius actiones, colloquia, commercia , contubernia minus habebant periculi . Dissimulabat ætas prudens, ferebant homines quotidiana fratru errata, minorem quoq; mali speciem habebant scandala . Quid multis? dies faciles, suaves, blandi ac florétiſſimi miram inter Christianos concordiam confouebant . Certamē sanctæ simplicitatis erat . At hodie, ò diui cœli incolæ , quā difficultas? quā tenera? quam morosa ? quam exulcerata sunt omnia? vt vix à quoquam audire liceat sese optare, etiā si detur , vt tam crudeli perdurante quo, diurniores numerare decébres posse . Proh Iuppiter, itane ad numerum malorum, quibus iam toties pressi iactatiq; sumus, & hec infelicitatis pars accessit , ne quid miseris mortalibus deesset calamitatis infortunijq;, vt hodie vix aliquoties libere liceat inter fratres atq; proximos conuiuere, ac commorari? Quibuscum enim, Deū immortalē, versabimur quo tam pestilēti, ac proinde moroso & suspicaci, ne fortè ob commercium

E iiii lazdatur

P E R I P E T A S M A

Iedatur nostri nominis fama? Olim Israëlitici illi Ægyptijs immixti, & liberius, & familiarius & tutius agebát. Núc vt sunt res nostræ, quum sentiamus contagiosos hæreticos passim sparsos, & inter hos quā plurimos vulpe & fuco & mira astutia tectos nec manifestos, domi ac foris, hoc est nusquam nō habitare, quid restat consiliij? quo hic antidoto opus fuerit? Certè ne huic instituto diutius immorer, si quos nouerimus huiusmodi farinæ, protinus vitemus pestilentiaz cathedram, & eorum contubernium, alioqui periclitaturi, ob vicinius contagium, quod natura sua etiā purissimos atque optimè instructos animos, sensim serpens, ac velut cancer obrepens, solet inficere. Neque tamen omnibus & què aperuit cœlestis ille spiritus aut hospitiorū aut hospitum quibuscum viuimus, naturā, nec patent aliorum pectora, consilia, studia, cogitationes & animi, nostris oculis. Id fortassis beneficij Deus præstítit diuino illi prophetæ suo, qui dixit aliquando. Fili hominis, in medio domus exasperantistu habitas. Rursus: Fili hominis cum scorpionibus & serpentibus tu habitas. Eo siquidem loco
apertum

apertum est dominum vati illi suo, quo-
rūdam animorum malitiam, familiariter
reuelasse. Porro sub Dio tutius fuerit ni-
dum ramis struere, aut angusto cum Dio-
gene tegi, cingiq; dolio, quām cōsidere in
sede familiaq; pestilenti. Ut maximē in-
ter sceleratissimos vixerit Iob innocens,
Loth, Iacob, alijq; diui patres, tamen non
omnibus idem accidit, facileq; corrūpunt
mores bonos, colloquia praua. O igitur
xatatem suis duram ac difficilem! Quo ob-
secro, deuenit orbis infœlicissimus? quo
inquam deuolutus est? qui negat constan-
tissimē ea quæ prisci patres, Apostolorum
successores, ac discipuli posteritati tradi-
dēre ad Ecclesiæ edificationem. Hodie
quippe suscitatis scismatibus, sub omni
lapide scorpio dormit. Sibi quisque vigil
timeat, latet anguis in herba, dies mali
sunt, abominatio desolationis ingens ap-
paret, mysteriū iniquitatis operatur per-
ditionis filius, tanta denique tentatio in
in orbem irrepuit, vt hodie in errorem
duci possint etiam electi, nisi eos ille ser-
uaret, qui seruator est omnium maximē
fidelium. Alij clamāt, hic est Christus, alijs
illuc est, rursus ecce in montibus est, ecce
in pe-

PERIPETASMA

in penetralibus est . O miseram ætatem! Nónne Christus veritas totus est in Ecclesia sua catholica , quæ veritatis firmamentū est , & eadem vnica columna quo distrahimur? quid diuerticula , quid ambages quærimus? O infelix seculū , Proh dolor , Multi gemitus mei & cor meum mœrens. Ah quis præbeat oculis meis lachrymarū fontem, vt fleam perditionem filiarum Syon? Dispersi sunt lapides sanctuarij; nec vlla est inter mortales cōcordia, Diuisus est Christus? quorsum hij tumult⁹? Quorsum scisma & discordia? O celestis Neptune, tot inclementes venti, tot turbines , tot vndæ nauiculam tuam dirè concutiunt. Quis lachrymas teneat, etiā si quo quis silice durius habeat pectus? quis suspiria ex imo cordis fonticulo non mittat pellatque in aera? An est qui possit non flere miserum rerum præsentium statum, maximè cū videamus diuinum numen in nos tanto commotum furore, idq; potissimum propter scismata hæc impia, variōsq; opinionum spiritus, quibus res publica hodie secta est ac miserè diuisa? Quis, quum tanta doloris vis animū premat, non protinus irrumpat in eas ipsas voces,

voces, quas olim tristes emisere viri & pij
 & deo amicissimi, Iobus & Hieremias? si-
 quidem ille velut sibi nimium displicens
 ac eiulás, sic clamat: Pereat dies in qua na-
 tus sum, & nox in qua dictum est, concep-
 tus est homo, & quare non in vulua mor-
 tuus sum? quare egressus ex vtero nō sta-
 tim perij? lob tertio. Et Hyeremias ipse
 mirum quibus querimonijs testatur cor-
 dis angustias, ac dolores nimium alto im-
 pressos pectori, is sic quoque exclamat.
 Maledicta dies in qua natus sum, dies in
 qua peperit me mater mea non sit bene-
 dicta, maledictus qui annunciauit patri
 meo, dicens, natus est tibi puer masculus,
 Hiere. 20. Iam quoties Diuus ille Ambro-
 sius & Acholius sese sancto osculo mutuo
 salutantes ac complectētes, fleuerunt hu-
 ius orbis mala? Verè ad nos tempus illud
 deuenit, cuius meminit ille Sapiēs: Tem-
 pus flendi. Passim enim ploratus & vula-
 tus multus, atq; vox mœroris in Rhama
 & in Roma. Quis enim id neget, vt huius
 vocis allusione liberius utramur, & in Ro-
 mana ecclesia audita est. Eheu tēpus illud
 suave, de quo Hebræorum sapientissimus
 princeps olim scripsit, illud inquā ridédi
 tempus

P E R I P E T A S M A

tempus procul abesse experimur. Atq; vt
semel omnia complectar, versa est cytha-
ra nostra in luctum, & organum nostrum
in vocem flentium. Adeste senes, accurri-
te pueri, principes, pontifices, nobiles, ci-
tues, sacerdotes, monachi, flete, flete, inquā
non modo æui miseriam & tempestatem,
sed vitia, sed scelera, sed scandala, quo-
rum occasione fit, vt iratus Deus varijs
infortunijs calamitatibusque orbem af-
ficiat, direque cedat. Ploremus coram
domino qui fecit nos, sed quibus aquis
quanto flumine opus est vt ablui possint
ac depurgari tantæ orbis huius sordes.
Sicut oculi ancillæ in manibus dominæ
suz, & sicut oculi seruorum in manibus
dominorum suorum, ita oculi nostri ad
dominum Deum nostrum, donec misere-
tur nostri. Miserere nostri domine mis-
ere nostri, quia repleti sumus despectio-
ne. Calcatur sal, cadunt stellæ, domine, heu
serua nos, perimus, conuerte nos Deus ad-
te & conuertemur, Quot oculi sursum ad
cœlos leuati sunt? quot suspiria imis ducta
pectoribus? quot clamores pulsarunt aera?
quot tristes eiulatus in auras sunt sparsi
ob deplorationem calamitatemque æui
huius

huius miserrimi? Quanquam non desint, ô dolor, qui sic in utramq; dormiant autem, quasi ne tunc quidem ad lachrymas mouédi, etiam si viderint, omni extincta pietate, cœlum terræ misceri. Precemur itaque fratres, Christi clementia, ut ouile suū vnus fidei vinculo atq; glutine quodam vnitum iunctumq; foueat, ne sit omnino scisma in corpore. Siquidem ut solliciti sumus seruare vnitatem spiritus in vinculo pacis, ita Apostolus inquit: Vnus Deus, vna fides, vnum baptisma. Qui fortis sunt redeant, redeat inquā præuaricatores ad cor, sed peruersi difficile corriguntur, haud dubiè irā sibi thesaurizat in diē reuelationis iusti iudicij dei. Aper sauuus è sylua egressus, vineā dñi exterminare nititur. Immanis lup' oues in uadit. Leo circuit quærēs quē deuoret, cācer serpit, palestini, innocentis, pijq; Isaac puteos linio accōeno opplēt. Quid cōsilij? sua cuiq; via videtur recta, suę cuiq; crepidę benè olēt, quot capita tot sententiaz. Et sunt quibus tam parum iudicij inest, ut his nihil quicquam placeat præter sua deliramenta. Multis familiare malū est φιλαφτια. Clamat audaculi. Cedat prima nouis, nil nisi nostra

nosta placent . Alleget catholicus quicquid lubet, semper habebunt isti falsarij quod è contra dicant ac reclament, quum hoc hominum genuš, ære dodoneo sit loquacius . Familiare enim est hereticis abuti scripturis, nec desinunt pristinum illud seculum rude, crassum, squalidum, infelix, horridū, incultū, stupidum & cœcum nuncupare . Execrabile profecto genus, cui sua mater cana illa & venerabilis antiquitas placere non potest . Minus efferati erant Tibareni ac Derbices illi, qui patres suos mactabant, atque è scopulis præcipitabant . O vipereum semē matris iunguina vi suffodiens ac dilacerans . Vnde hi tandem prodiere? è filiis hircanis? aut è caucaseis montibus? vnde inquam? clamant info lenter, & obstrepunt, dubitant audacter, aiunt sibi ut pauca è multis proferam non recte constare , an Dionysius Areopagita eius libri sit autor , quid de ecclesiastica hierarchia, aut de diuinis nominibus inscribitur . Iacobi Apostoli epistolam expludit Lutherus eam stramineam vocás, sicut de Machabæorum libris nugatur, Vociferantur & hi Augustinum plurima retractasse , Hieronymum multa sibi licentio-

centiosissimè permisisse, Bernardum non
vbique sui esse similem, Lyram delyfare,
Petrum Lombardum, Thomam, Bona-
uenturam, Gersonem, Anselmum, nouos
esse, heri natos, neotericos, & proinde ni-
hili. Qualis illatio? Quam philosophica?
quam commodè sumpta est è dialectico-
rum syllogismis? Neoterici sunt, ergo
nullius valoris. O enthymema, Est illa
Melancthonis philosophi argumentandi
vis? tanta illis de priscis déque alijs omni-
bus leuiter iudicandi libertas ac licentia?
Festucam in proximo vident, trabē suis
in oculis nō sentiunt. Phrenetici sunt qui
piæ illius antiquitatis cæremonias nullo
ferunt videntq; animo. Interdū quædam
solum prisca probant, reliqua ridēt & ab-
rogant prorsus. Iam Augustini sententiam
aut Gregorij, aut Ambrosij, aut Cyrilli,
aut Hieronymi, aut Bernardi aut aliorum
veterum approbant, ac tanquam oracu-
lum recipiunt, iam fortiter contemnunt;
reiciunt, & proculcant, nimirum quoties
illis visum est vel probant vel reprobant,
vel negat vel admittunt, patrum scripta.
Ad hoc natos dicas ut omnia contemnant
superbi, atque adeò audacter antiquos
errasse

PERIPETASMA

errasse afferunt, & non nisi somnia sua
vbique magni faciunt. Hæc sapientia iu-
stificata est à filijs suis, & inueniunt simi-
les labra lactucas. Quis probet aut laudet
sanctæ antiquitatis osores? Itane priscos
nullo dignantur loco suis annis contenti?
persuaserunt ergo sibi æcum præcedens
nihil aliud genuisse quā meros bubalos?
& præter infantiam, inscitiam & stuporem
nihil habuisse? Nónne est hæc Dauidis il-
lius vox? Patres nostri annunciauerunt
nobis? & interroga patrem tuum & dicet
tibi, matrem tuam & annunciat tibi.
Habes & illud scriptura: Ne transgredia-
ris terminos quos posuerunt patres tui.
Sed hæc Lutheri familia re vera est ea que
patri suo maledicit, & quæ matri suæ non
benedicit. Nam huic genti pater est, qui
patrem fortè nudatum cōtemptim irrisit,
& ostentui habuit. En legimus passim in
veteri illo priscoq; testamento hæc & si-
milia. Cum dixerint vobis filij vestri, que
est hæc religio? mox dicetis, Victimæ tran-
situs domini est. Olim quoque doceban-
tur filij audire parentes suos, paternisque
institutis subjici. Huius loci est & illud
Psal. 77. Quanta mādauit patribus nostris
nota

nota facere ea filij suis, ut cognoscat generatio altera filij qui nascentur & exurgent & narrabunt filijs suis. Num etiam equum fuerit, ut hodie Christiani ipsi partibus, antiquitati, conciliis & praepositorum legibus humiles tum aures tum animos arrigant? Sed etas haec & difficilior & superior est quam quæ facile maiori bus pareat & cedat. Porro videt hac data occasione Cacodæmō ille astutus fallaxq; dies zizanijs disseminandis conuenientissimos, videt inquam quod eum tempus iuuat, inuenit Lutherus morsalium animos hereticis dogmatibus mox suscipiens aptissimos præparatisimōsq;. Siquidē eo impudentiæ iam ipsa venerat hominum malitia, ut præter insolentem libertatem & ea quæ carius sunt, nihil usquam orbi placeret, iuxta illud Pauli: Erunt in nouissimis diebus homines scipios amantes, superbi, elaci, capidi, parentibus non obediētes, & iuxta alterius Apostoli sententiam, dominationē cōtemnentes. Hos dies nimirum vigil Sathanas obseruans, sensic oportunam etatem, quæ malam arborem, quæ bonos fructus ferre nequit, plancaret. Ah quam dulce est audire iis

F qui

P E R I P E T A S M A

qui lubrici sunt, perditi & planè carnales,
præfectis, episcopisque nō est parendum,
quorsum precū murmura? quorsum con-
fessio auricularis? ciborum delectus? ieiu-
nia? sobrietas? cœnobia? vota? bona opera?
peregrinationes? sacra? ignis purgatorius?
diuorum inuocatio? indulgentiaz? diplo-
mata? Petri claves? liberum arbitrium? ce-
remoniaz? altaria? musica? ritus externi?
campanaz? cerei & huiusmodi quampluſi-
ma? quam suauia auditu sunt hæc eorum
animis, quibus sobrietas nulla placet, sed
viuendi modus iuxta Epicuri leges. O
Sirenum catus, quam dulci modulamine
effæminatas aures demulcetis! Habet ta-
men interim scripture, & illud: Cum ti-
more & tremore vestram salutem opere-
mini, & stricta est via que dicit ad salutē.
Siccine mortales hosce magistros pruriē-
tes auribus amplectimini, & à veritate pa-
trumque legibus auditum auertentes, ad
fabulas & pseudoprophetarū delyramēta
animos scismatum cupidos deflectitis? At
etiam atque etiam videndum, vt quidam
aīt, ne poculum melle prælitum habeat
aconitum dissimulatum, & sub saccari de-
licijs lateat vñcus calib, aut hamulus in-
cautos

cautos pisces inescans. Heus tu Lutheranus quisquis es, cum quibus sentis ac consentis? certè cum vnius Lutheri cerebro. Et tu Catholice cù quibus? Profectò cum omnibus concilijs generalibus, & cù sede ipsa Apostolica. Habet igitur Lutheranus pro se Lutherum, & Catholicus concilia omnia generalia & ipsum euangeliū. Iam quid importunis vocibus aures nostras obtundit malorum inuentor hæreticus? Quid, inquam, improbus anser glocitat perpetuò clamitans, Verbum Dei, Verbū Dei, Veritas, Veritas, Ecclesia, Ecclesia? Quorsum hæc? erras insaniens hæretice, erras nesciens scripturas. Hęc vnicā Christi Ecclesia & vera est & sacrosancta, quā ipsi hodie Catholicam & Apostolicā vocamus, nimirum agnoscentes & venerantes verè summum illum patrem ac pastorem in sede Romana orbi præsidentem. Neque enim ita inuisibilis est, ita occulta, ita latens, qualē eam temerè fingis, haud scio qua adductus ratione, nisi ea, vt omnia cōfundas, aut vt omnia in vniuersum præter te & tua nugamenta contemnas, sed in propatulo conspicua est, in concilijs, in sede apostolica ac præpositis claris-

F ij simè

P E R I P E T A S M A

Si mē relucens, terribilis quoque sicut ca-
strorum acies ordinata, cur inquam tandem
mathematicam quandā Ecclesiam nobis
construis? Tibi si nihil aliud satisfaciat vel
vñjcus ille euangelij locus, Matth. 18. Si
te non audierit, dic Ecclesiæ, quod si Ec-
clesiam nō audierit, sit tibi tanquā Ethni-
eus, & Publicanus. Quæso cui Ecclesiæ
olim dicendum erat, aut ad quam Eccle-
siam recurrendum ante Caluinum malo
duo natum, aut Lutherum? Cōsule si va-
et, hic ipsius Chrysostomi expositione,
vide quoqū de hac vera & apostolica &
catholica Ecclesia, ad Ephes. 4. Apoc. 21.
1. Corinth. 2. Cant. 4. & 6. Augustinum
contra Donatistas, & denique Coelium,
sitamen dignabere, de Authoritate ecclie-
sæ, adde & Roffensem, nōne liquido con-
stat hanc ipsam ecclesiam, quam hodie ca-
tholicam & apostolicam toto orbe appelle-
munt, eam verè esse quæ ab ipsis apo-
stolis, ad hæc vñqæ tempora duce Christo,
deuenit? Vis & dēmens, iustiorē aut ve-
raciorem testem Dyonisio illo Pauli olim
discipulo? quam multa apertissimè addu-
cit filie, quæ tu hodie proculcas & abiicias?
Si negas eum ipsum esse quem Athenis
conuer-

conuerit Paulus, veluti ut superius dixi
 & Lutherus tuus Iacobi epistolā, & Ma-
 chabæorū libros iniquè cōstellat, iam pa-
 lam orbi ostendit, omnia tē antiquorum
 scripta vel pro stramine, vel pro vili alga
 ducere, quæ huic tuę hęretici aduersantur.
 Putas hęretice Deum nō nisi talpas quaſ-
 dam virōſq; cæcos misisse, qui populum
 cæcum ducerent haetenus ē juxta illud:
Cæcus si cæco ducatum preſtet, ambo in
 foueam cadunt? Est igitur in unius Lu-
 theri vel Caluini vel Oecolampadij cera-
 bro sita Ecclesia? est Christi Ecclesia ob-
 scutus quidam angulus? aut ſpecus? aut
 oppidulum unum habens ciues diſſidijs
 infanos, & non potius elegans illa ciuitas
 cuius artifex Deus est? & quæ ſupra mōre
 ſita abſcōdi nō potest? Fūdamēta ciues, iñ-
 quit rex ille Psaltes, in monib⁹ alris, di-
 ligit dominus portas Syon, Nonne à tem-
 pore illius primitiuz, in hanc uſq; heram
 perſeuerauit? aut quis quæſo interrupit
 ſeriem & ordinem illum verorum poni-
 ficum? quis fidei radium, qui tam diu lu-
 xerat, huic ecclēſie tandem preſcripsit ex-
 tinxitq;? aut quando id accidit? quis eam
 ſua uñctio ne cīquis ueritate? quis denique

F iij cœlesti

P E R I P E T A S M A

cœlesti spiritu priuauit? quādo defecimus
à Christo? à Christi merito? ab vnius Dei
cultu? à verbo Dei? à vera illa oliua? à ra-
dice , firmamento & columna veritatis?
Nōnne pro patribus nati sunt filij? nōnne
huic ecclesiæ ea per Christum pollicita-
tio data fuit? Mittam vobis spiritum
veritatis, qui manebit vobiscum in æter-
num? & Ecce ego vobiscum sum, vsq; ad
consummationem sæculi? Nōnne hæc ipsa
est ecclesia, vt olim ædificata super funda-
menta Apostolorum & Prophetarū, ipso
summo angulari lapide Christo Iesu?
Agedum, discurrito celer per ætates , per
annos, per menses, per dies, volue veterum
& neotericorum scripta historiæsq;, nōne
facilè deprehendes, hanc Ecclesiæ , quæ
hodie apostolica & catholica sub sole nū-
cupatur, optimè & per germanū verumq;
religionis cultum, cùm illa primitiua Ec-
clesia conuenire, consentire, atque decen-
tissimè cohærere? Sed libet hic hac de re
latius agere, si tamen quædam sic præmi-
sero, Certè negari haud potest , quin ag-
nus qui occisus est ab origine mundi suis
semper profuerit, nimirum vnicæ ecclesiæ
ab orbis exordio author . Nūquid eiusdē,
Ecclesiæ

Ecclesiæ membra olim fuere Abel? deinde Enoch? præterea Noë? Et ut quāplurimis alijs ob nimiam prolixitatem omis-
sis, veluti per temporum gradus ad incar-
natum Christum vsq; recta deueniamus,
Abraamus? Isaac? Iacob? Ioseph? Judith?
Moyses? Aaron? Iob? Gedeon? Dauid? Sa-
muel, Hieremias, Miceas, Esdras, Helias,
Heliæus? Naboth? Esaias? Daniel? Amos?
Ezechiel? Ezechias? Eleazar? Judas Ma-
chabæus alijque non pauci? Quæ obsecro
etas vñquam fuit quæ ecclesiæ membra
nō habuit? id tandem nos doceto indocte
hæretice, tu inquam sus beotica. Putas or-
bem totum baali idolo hactenus flexisse
genua, & te solum immobili stare poplite
iuxta illud: Qui stat videat ne cadat? Ad-
seruauit haud dubiè sibi deus multos etiā
illius primæ legis quæ vulgo naturalis di-
cta est, famulos, deinde succedente lege
scripta & familiam illam Israeliticam, Sy-
nagogam dico tot annis fuit. Quādo igi-
tur? quo anno? qua inductione deseruit ille
hac catholicam, quæ tanti illi constitit,
ecclesiam? maximè post tot pretiosas ado-
randissimi sanguinis guttas, è Christi sa-
cro corpore fusas? quando inquam huius
legis

P E R I P E T A S M A

legis gratiæ tempore , sic omnino perire
passus est hanc suam vineam , vt illius, vt
nugatur scismatici vix ullus ramulus vi-
deretur superesse aut virescere, donec or-
bi, si dijs placet nasceretur Ioánes Hussus?
aut Lutherus, aut Caluinus? Euge placet
quoq; iam ab ipso orbe redépto , hoc est à
Christo passo,in hanc ipsam horam vsq;,
per quosdā æratum successus, cursus, tra-
ctusque lentius ac circunspectius progre-
diamur, nōne eiusdem Ecclesiæ fuit mé-
brum,Cletus aut Clemens , cuius antea
erat Petrus:& vt hic raceam,quā integra
inuiolataque fide Romanorū pontificum
series haec tenus floruerit, nonne diuus Ig-
natius Ioannis discipulus? aut Dionysius
Pauli,aut Apollo aut Aristobolus,aut Ne-
reus, aut Narcisus, aut Silas, aut Timo-
theus, aut Abdias ,(deficit mihi spiritus
dum tot nominum catalogum recenso,
nam horum maxima pars è Pauli epist.
potissimū,è 16. cap.ad Rom. collecta est)
eiusdem quoque ecclesiæ membrum fuit,
cuius erat Clemens, aut Cletus, aut Pe-
trus? Rursus libet enim pergere atq; per-
currere tempora . Nōne Thelesphorus,
Hyginius,Pius,Anicetus, Sotho, Eleu-
therius,

therius, Victor, Zepherinus, Polycarpus, Iustinus martyr, Irenæus & Hilarius eiusdem etiam Ecclesiæ fuere membra, cuius Ignatius, cuius Dionysius, cuius Apollo? aut nonne Gregorius Nazianzenus aut Cyprianus quoque, aut diuus Benedictus qui anno à Christo passo, quadringentesimo et nonagesimo vixit, eiusdem ecclesiæ fuere membra, cuius Iustinus & Irenæus? Præterea nunquid Antonius, Martinus Thuronensis Episcopus, Hieronymus, Augustinus, Ambrosius, Acholius, Cirillus, Gregorius eiusdem ecclesiæ etiam vixerunt membra, cuius antea Benedictus & Cyprianus fuere? insuper venerabilis Beda, Damascenus Theophilactus, Malachias Hibernicæ episcopus & Bernardus par ratione eiusdem Ecclesiæ fuere, cuius Hieronymus, Ambrosius & alij? quid aliud spirat? horum scripta? quid aliud ostendit vita? Agedum, nonne & Anselmus, & Gerson, & Petrus Lombardus (cur enim hos non adducam quos, nisi splendidè mentiri velit scismaticus damnare taxareq; non possit?) & postea Thomas, Alexander, Bonaventura eiusdem ecclesiæ fuere membra, cuius Bernardus & Damas-

P E R I P E T A S M A

& Damascenus, & ut tandem hac via, ad
statem nostrę proximam deueniamus,
nōne Dionysius ille Carthusianus ('viros
nostro &uo sanctimonia & eruditione or-
bi celeberrimos, etiam si insaniant hostes
non vereor recensere) nunquid Adrianus
sextus, Baptista Mantuanus, Roffensis,
Eckius, Driedo, Clitoueus, Gropperus,
Stanislaus Hosius, eiusdem ecclesiaz pro-
fessi sunt fidem, cuius olim Anselmus, &
Thomas, & reliqui? Vides eadem prorsus
fide coniuncta connexaq; Christi, eccl-
esięque membra ab ipsa etate apostolorum
in hunc usque diem? Nos denique qui pa-
trum vestigia sequimur, arbitramur pla-
nè illius mystici corporis Christi & nos
esse membra, cuius fuere Adrianus, Ioan-
nes Fiscerius Episcopus Roffensis, Morus
alijq; etiam si tacuero quam acrem cala-
mum aduersus hos scurras stringat Eras-
mus Roterod. in epist. ad Vulturium &
in ea quam scripsit ad Pseudoeuāgelicos:
Dēinde ad Huttenum, in hisperaspite,
in Ciceroniano, in epist. ad Georgiū Saxo
nię ducē, & alijs locis. Quid plura? nōne
ea ipsa ecclesia est, quæ tot generalia con-
cilia celebrait? nonne ipsa nauis est &
arca

arca Noë quæ per orbem vechitur? iam sic colligo, ergo hodie eadē catholicorum fides est, eadem inquā ecclesia est, quæ Petri tempore fuit. Rursus maturo iudicio discurrito per ipsa œcumenica concilia, & rem diligentius ac lentius expendito. Nōne in ijs quę fidei sunt, per pulchrę omnia simul cōueniunt? Nónne conciliū Basiliense cum Constantiensī recte cōuenit? & Cōstantiense cū Viennēsi? & Viénense cum Lateranēsi? & Lateranense cū Constatinopolitano? & Cōstātinopolitanum cum Calcedonēsi? & Calce. cū Ephesino? & Ephes. cum Carthaginēsi? & Cartha. cū Hierosolymitano? & istud deniq; cū Niceno, & ita de reliquis? nec mirum sit, si quando pro temporis ratione aut rerum qualitate, quædam mutet ecclesiæ autho-ritas. Iam excute Cæsarum gesta, nónne in ijs hæc fides hactenus insigniter relu-xit. Nónne apud Hispanos, Italos, Gallos, Flandros, eadem fides est, quæ olim fuit? Nónne omnibus catholicis idem Deus olim fuit ut nunc est? eadem fides? idem baptisma quod ante annos quingentos? nónne Petro dixit Christus, Rogauit pro te ut non deficiat fides tua? Vx igitur ijs qui

P E R I P E T A S M A

īs qui hanc ecclesiam deforuerint, me-
lius eis erat, si nati fuissent nunquam. Iam
vbi tempore Petri, aut Cypriani, aut Au-
gustini, aut Bernardi latebat Caluini Ec-
clesia? in lacu aut latrina Genevensiū? eāt
nūc falsarij, qui iam omnes penē Europæ
partes spe deuorarant, eant, respondeāt,
sectarij ostendite, quando ad vnius aut al-
terius arbitrium, statim olim immutatus
est reipublicæ Mosaicæ aut christianæ sta-
tus, relictis omnibus patrū vijs? aut quan-
do ad nutum vnius homunculi, orbis to-
tus veterem reliquit religionē? Quis me à
tuis auellat amplexib⁹ ð mater ac nutrix
mea dulcissima? Possem ego te relinquere
ð ecclesia catholica pulcherrima? Christi
sponsa? mortalium spes ac vita vnicā? Os-
culare me osculo oris tui, quia meliora
sunt vbera tua vino. Pulchræ sunt genz-
tuę, sicut turturis, collum tuum sicut mo-
nilia. Ecce tu pulchra es amica mea, ecce
tu pulchra es, oculi tui columbarum. Si-
cut lilyum inter spinas, sic tu inter filias.
Noua è cœlo descendisti, & per desertum
ascédis, sicut virgula fumi ex aromatibus
myrræ & thuris. Dentes tui sicut greges
confarum, quæ ascenderunt de lauacro.

Sicut

Sicut vitta coccinea, labia tua, & eloquiū tuū dulce, Duo vbera tua sicut duo hinnuli capreꝝ gemelli. Tota pulchra es, & cor vulnerasti meum, vno oculorū tuorum & vno crine colli tui. Mel & lac sub lingua tua. Tu es illa quæ progrederis quasi aurora cōsurgens, pulchra vt luna, electa vt sol, terribilis vt castrorum acies ordinata. Quam pulcra & quam decora, charissima in delicijs? Statura tua assimilata est palmꝝ, guttur tuum sicut vinum optimum, dignum dilecto ad potandum. Tu vitæ arbor, tu domus illa quā sapientia edificauit, tu thronus Solomonis eburneus, tu sacrum Dei templum, tu vas gloriæ ornatū omni lapide precioso, tu porta vitæ aurea, tu fons signatus, tu hortus cōclusus, tu vinea domini Sabaoth, tu sancta ciuitas, tu Sion, tu pacis aſillum, tu cedrus Libani, Lilio receti purior es, niue candidior, amaraco spirantior, melle dulcior, vita suauior. Sponsus tuus, agnus sine macula. Longitudo dierum in dextera tua, authoritas summa, potestas incredibilis, pietas tecū est, Fides vera, virtutum floſculi odorēſq;. Tota pulchra es ac verè suavis. Quis igitur me abs te separare poterit?

PERIPETASMA

terit? gladius? vita? mors? altitudo? profundū? famēs? sitis? sectę? scismatici? cādāmones? quis tādem? Certē in te viuām, in te conquiescam, inter dulcissima vbera tua & suauissimos tuos amplexus iuuat mori, & tecum tandem cum Iesu Christo æternum in cœlis regnare.. Me enim misserum infantulum, etiam ab aluo iam recens natum, pie statim in Christo regenerasti, me docuisti, me sacramentis fouisti tuis, me seruas ac beatum facis. Qua fronte ausus essem relinquere matrē hanc altricemq; meam per quam vnicam tantum benefiorum cōsequor? Sed dic Lutheri miles, dic inquam rerum nouator ac perturbator, ante annos ducentos, vbi fuit huius Lutheri synagoga? quid istud? mutus es? elinguis es? adhæret palato lingua canis? taces tanquam fur, qui (teste diuine illo Propheta) cōfunditur ac rubore p̄funditur deprehēsus in furto? dic proles magorū Ægyptiorū, id noui nobis adfer, dic, dotege nobis, aperi ac narra, cōtumax hæretice, ante annos ducētos vbi Lutheri illius abditum erat euangelium? sub scamno? vt ipse ait, aut sub lapide? Nā sub omni lapide scorpio dormit. Sed agamus hæc de re

de re dilucidius. Quæso ante Lutherum natum, nullâne erat ecclesia? erat inquâ? an deleta erat atq; extincta? alterum admittas necesse est. Hoc nôdo stringitur ac tenerur anguilla lubrica, nec crepare potest neque erumpere. Porrò si respondeas eam velut mortuam, extinctam, & sepultam tot annis iacuisse, vbi Christi promissio qui se cum ea mansurum usque ad saeculi finem pollicitus est? Dormiuit Christus, dormiuit is qui custodit Israel? dormiuit Simon annis mille quingentis, nec ullum vixit in orbe verû ecclesiæ Christi membrum spiritu vivificatum sancto? vbi ciuitas illa supra Petram sita? Scriptura ergo toto orbe effœta, ociosa & sterilis erat? nec ullus mortalium Christi spiritu ducebatur? Vis hic ariolari ac diuinare heretice? Iam si admittas catholicorū ecclesiam semper hactenus extitisse, igitur ecclesiam recipis. Nam præter hanc alia vera, germana & apostolica nulla usquam fuit. Est enim hæc catholica ecclesia, universitas quædam hominum recta fide Christum colens, cōcordiam seruans, per terrarum orbem diffusa, successione perpetua. Sed agedum Lutherane vel tu Caluini

PERIPETASMA

Caluini sectator , palam nobis ostendito ecclesiam vestram, quæ, aut qualis tādem fuit ecclesia vestra ante annos mille , aut sexcentos, aut trecentos? vbi illa latuit? id toties est repetendum, apud quam nationem? in qua vrbe? quo rure? quo angulo? in quibus latibulis delitescebat pigra? sub piro? aut sub malo? aut in cuius corui nido fouebatur? in lumbis ac fœmoralibus Lutheri? apud Ioannem Wicleffū, aut apud Ioannem Hussum? Atqui hi duo cum suis in concilio Constantiensi ut perditissimi hæretici damnati sunt. Et ante hos quæso quonam loco fundata stabat ecclesia hæc vestra malignantium? Haud dubiè è fœdo inguine fœmoralibꝫsq; Lutheri videtur Caluinus cū suo diabolico dogmate prodijſſe , & omnis scismaticorum ecclesia. Ostendite vbi vllus hyſtoricus fecerit vlam vestræ iſtius , quam temere confingit ecclesiæ mentionem? Negandum enim non eſt, si hæc vestra familiæ aut si vlla vestra talis ecclesia vsquā fuisset olim , quin ſaltem aliquid de ea annaliū monumentis mādatum fuisset, reliquæ vsquam ſuper- eſſent, aut deprehensa ab aliquo fuisset & agnita, atque cōtra alias ecclesiæ & mulas pugnasset.

pugnasset. Quiescebat illa in sinu Arrij? aut Macedemonij? aut Sabellij? aut Heluidij? aut Iouiniani? aut Eunomij? aut forte eo fune quo se se suspendit proditor Iudas, ad tempus in aëre pependit, donec solutus esset Satanas? Eia ostédite saltem hoc, quænam natio cunctam hanc Luthe- ranam disciplinam olim probauerit, hoc est, quæ qadé prorsus Lutherò ipso nondum nato senserit, quæ postea sensit & protulit Lutherus? quo ad ritus, sacra & mysteria attinet? Anum quandam delyxram esse fingunt falsarij Catholicorū Ecclesiam, vt pote quæ præter anilia & superstitiosa nihil crepet aut instituat. Et interea somniant (si dijs placeat) vertiginosi vitiligatores, atque impiæ turris Babel restauratores incognitam, inauditam quandam commentitiam ac nugatoriam, hoc est, qualem volunt ecclesiam, & huic Catholicæ Ecclesiæ, quæ tot annis stetit, vt ea ortu & diuturnitate mundo ipsi par & æqualis videri possit, sua fundamenta detrahunt, recipiunt tamen quatuor illos Euangelistas, quos Ecclesia probauit. Sed quando scripserunt illi? quando, inquam, cōfetti sunt sacri illi libri? an queso.

G statim

PERIPETASMA

statim post Christi ascésum? arbitror ante
hos in cōmunem lucem emissos, aliquot
annos effluxisse ab assumpto ad Patris
dexterā Christo. Atqui nec Christus ipse
nobis sua manu scriptos codices reliquit,
sed Spiritum sanctum primo , atque Ec-
clesiæ authoritatem cōtulit. Nec dubium
profecto est, potuisse perpetuū ipsius Ec-
clesiæ authoritatem persistere , religio-
nemque Christianam fide integrā per-
manentē, nimirum ut plurimis placet per-
seuerante Ecclesiæ cōsensu, etiam si Euan-
gelia vllis libris & chartis mandata non
fuissent. Cur igitur iam conscriptis euan-
gelicæ disciplinæ voluminibus, minor erit
ipsius ecclesiæ authoritas pondusque? De-
inde si quis fortè morosior cōtendat hisce
sacris libris ea omnia abundè contineri,
quaæ Christianorum saluti necessaria vi-
dentur, fateri tamen eum oportet necessit
esse ut eam scripturam nobis aliquis in-
terpretetur ac enodet . Nā illis qui scrip-
serunt iam apud superos agentibus om-
nino sanè interpretibus & internuncijs
opus est, qui sanctorum scriptorum men-
tem orbi patefiant & explicit . Porro
id hæresiarcharum non fuerit, sed potius
Ecclesiæ

Ecclesiæ ipsius veluti dulcissimæ culū
dam matris sua vbera famelicis infantulit
porrigentis. Ipsius enim est diuinæ scrip-
turæ intelligentiam suis aperire ac tradic-
re, nostrum autem etit interea non aliœ
accipere, intelligere & interpretari diuinæ
volumina, quām iuxta ipsius traditionem.
Errare enim, hallucinari & falli pos-
sumus, illa nequaquam. Sit ergo ea hæc in-
re dux nostra, sit interpres, sit magistra &
ei nos discipulos verè attētos, humiles &
captiuantes intellectum in obsequium
Christi substernamus, venerantes paren-
tem hanc nostram longè sapientissimam
Ecclesiam, cui nos totos permittamus &
credamus, ut quæ de rebus diuinitis sen-
tienda, quæ quoque de humanis ipsis pre-
scribit facienda, deniq; quæ vetat ac pro-
hibet vitanda esse, & quis animis censemus.
Neq; enim oportet quilibet è plebe
iuxta Chrysostomi sententiam, præcep-
torum Dei aut præpositorū examinatō-
rem esse, sed factorem, nimirum imitato-
rem illius qui dicebat Euz, Quare vobis
præcepit dominus ne comederetis è lignis
scientiæ boni & mali? Quorsum dixerit
Christianus, quare? quare? hoc aut illud

G ij præci-

PERIPETASMA

præcipitur? audiendam censeo , illam Pe-
tri sententiam, absque murmuratione , sed
ut simplices filij Dei. Vis tibi ad tuum ar-
bitrium nutumq; imperare superiorem ,
& Ecclesiam tibi seruam aut Deum etiam
ipsum tibi seruum facere ? quid? quod in
cōtrouersiam etiam teipso teste haud in-
terim scio quo modo fiat, plurima quædā
non vocas hæretice? Siquidem docet Ec-
clesia virginē matrem perpetuō seruasse,
post cœlestem illum partum , integrum
puramq; virginitatem, nec alios orbi ge-
nuisse liberos, atq; id recipis. Docet etiam
approbatque symbolū Athanasij , Omu-
sion, ac Spiritum sanctum è patre simul ac
filio procedere, & hic astipulator es , Ea-
dem sua authoritate , sabbatum ipsum, in
diem dominicum mutauit , & omnes fa-
temur diuam illam matronam Annā vir-
ginis Mariæ matrem fuisse, vbi tamen te-
statur id diuina scriptura? Satis hinc li-
quet quantam oporteat esse ecclesiæ ip-
sius authoritatem, quæ regit, quæ guber-
nat, quæ docet totum hoc humanum ge-
nus. Porrò si hæc omnia citra controuer-
siam recipis, cur & alia non probas , am-
plete terisque, quæ ipsa quoque instituit,
docuit

docuit & præscripsit? Iam si Ecclesiæ au-
thoritatem tollis, nonne Macedonio, Ar-
rio, Sabellio, Pelagio, alijsque huiusmodi
olim damnatis monstris, iter præstruis, ia-
nuamque referas amplissimam efferatis
scurris, qua rursus in vineam domini in-
siliant? omnia perturbent? utque fiat po-
sterior status peior priore? Quid multis?
Stet ecclesiæ authoritas, & omnia tran-
quilla sunt ac certa. Ea si negas ac tollis;
pacem è medio amoues & omnia miserè
confundis. Certè ut nihil aliud, saltem rei
ipsius exitus, & horrendū, periculofumq;
mortis genus, quo plurimos ex eis haec-
nus Deus affecit, ac è medio sustulit, debe-
rent nos ab horum seditionorum tum do-
ctrina tum contubernio deterrere. Ho-
rum enim sacrilegorum periculofam ti-
mēdamq; mortem scelestissimi illius An-
tiochi interitus pulchrè olim adumbra-
uit. Siquidem orbi notum est quam fœda
mors Arrio fuerit, & Iuliano apostata.
Ioannes Hussus flammis publicis, nimi-
rum per patrum sententiam damnatus,
concrematus fuit. Idem supplicij genus
subiit & Hieronymus Pragensis, huius
collega. Zuinglius in impio exercitu

G iij sua

PERIPETASMA

suo per Catholicos grauiter casus ac mox
captus, legitimo patrum iudicio, senten-
ciaque lata exustus peregit. Quid est quod
Oecolampadius, a scoto suo cum qua lu-
bricus ea ipsa nocte lectu habuerat com-
muncem, mane repertus est exanimis &
sine pectore truncus? Deinde nec prius
expectato quodam horrenda mortis ge-
nere abruptus est Lutherus. Max Buce-
rus metu Cæsaris exul, immodico pres-
sus miserore finit vita dies. Ad hec
quanta (obsecro) horum nebulonū turba
vel paucissimorum Catholicorum strata
gladijs olim succubuit? quot millia vor-
runt ignes? quot merserunt flumina &
Oceanus? Certè mors peccatorum pessi-
ma. Et (ut summatim dicam) horum finis
interitus & gloria in confusionem. Nec
quéquam moueat si (te Deum) cantillan-
tes flammiuomas insiliant in fornaces.
Idem pro suo Machumeto facere Turca,
idem Iudeus pro sua synagoga. Viuunt
porci, & moriuntur porci, iuxta illud Psal-
mographi: Et occidit pingues illorum.
Prodiit quippe quasi ex adipe superbia
eorum atq; lubricitas, & diabolica eorum
sum libertas, tu malicia. Quæ enim Pro-
serpina

serpina hos nouos cacadæmones orbi genuit? O verè fœlices Christiadum fines, O populi Christo sacri ac dicati, probate, vt Paulus cōsulit, probate, inquā diebus hisce periculosisimis, ne sit in aliquo vestrū malum cor incredulitatis, aut vlla praua voluntas discedēdi à Deo viuo. Discessio à fide, à Christo, ab Ecclesia, ab imperio Romano, tanquam dux quædam prævia, Antichristo iter suum præstruit. Seruq; igitur Italia quod habes, ne coronam tuam accipiat alter. Serua fidem, serua Christum, cuius iam olim per diuinos interpretes, ac per apostolicos internuncios imbibisti leges. Ne reliqueris vias vestigiaque progenitorum. Serua Hispania Christum, serua receptam à Patribus fidem. Ad eum cuius est suos tueri sic exclamato: Mane nobiscum domine, quoniā aduerserascit, & inclinata est iam dies. Tu quoq; Gallia, serua tibi Christū, ac dic: Saluū me fac Deus, serua me Deus, quoniā defecit sanctus & diminutæ sunt veritates à filijs hominum. Serua Sabaudia tibi Christum. Nec hic tibi desis Brabantia, aut tu Lotoringia, tu denique nobilis Archesia, atque illud etiam ipsa dic:

G iiiij Fasci-

PERIPETASMA

Fasciculus myrrha dilectus meus inter
vbera mea cōmorabitur. O verè illustris
Europa Christi hæreditas. Exemplo tibi
sunt Asia & Aphrica, quibus iam olim iu-
stitiae Sol occidit, perijtque fides. Vx sa-
cilegis hæreticis, qui in hypocrisi loquē-
tes médacium, instar Crocodillorum par-
uulos vorant, simplicioribus Christum
substrahunt, & imprudentes filis suis ir-
retiunt, iamque spe quadam omnes orbis
nationes deuorauerunt. Vx prophetis in-
sipientibus, qui sequuntur spiritum suum
& nihil vident. Vx homini per quē scan-
dalum venit. Vx vespertilionibus istis,
qui hisce vltimis æratum mundi diebus
passim circumuolat. Quod sanè futurum
olim prædictit Iudas. In nouissimis in-
quiens, temporibus, veniet illusores etc.
Vx genti peccatrici, populo graui iniqui-
tate, lemini nequam, filijs sceleratis. Reli-
querunt dominum, blasphemauerunt san-
ctum Israel, abalienati sunt retrorsum:
Duo mala fecit populus meus, me relique-
runt fontem aquæ viuæ, & foderunt sibi
cisternas, quæ continere non valent aquas,
ait dominus, melius eis erat veritatis viā
non nosse quam post agnitam, retrogredi
ab eo

ab eo quod illis traditum est sancto mandato. Certè nemo mittēs manum ad aratrum, & respiciēs retro, aptus est regno dei. O mortales, num vobis nullius est pretij Christi pastoris optimi vox, qui alienorū vocib⁹ illecti ac prouocati tā celeriter deficitis à sancto ouili? sic stulti estis vt quā spiritu cęperitis, carne cōsumamini? Peteti cui dā olim q̄ fieret quod multi relictis alijs melioribus philosophis, tā facili negotio sese adiūgerēt Epicureorū sectæ, res pōdet vir probus, homines natura ad voluptates esse p̄clives. Nōne Aug. Hieron. Basilius cōsenserunt cū omnibus concilijs generalibus? Cur Lutheranus antiquā vi dēs fidē & ipsa generalia cōcilia cōculcās, vni Luthero adh̄eret, hoc nimirū virulēto dogmate in orbē per Luterū adducto, certè protinus factum est vt multi etiam de primis ac summis fidei nostræ mystérijs ac fundamentis vacillantes h̄esitantēsque, tanquam paruuli fluctuantes ad dubitarent, vt quoque audacior solito populus nollet amplius principum aut pontificum imperijs subiacere, vt effrons & effrenis iuuentus nec sacrificis, nec æta- te senioribus, nec yllis viris professione aut

P E R I P E T A S M A

aut eruditione aut gradu claris, vllū omnino amplius honorē deferret, vt deniq; aliquot in locis nullum prorsus antiquz illius religionis dulcisque concordiaz vestigium hodie supereret, atque adeò, vt cœlum terraz (quod dici solet) rebus omnibus miserè perturbatis, commisceretur, Quis id non videt? Porrò vt alia quam plurima quz isti obijcere, nec verentur, nec desinunt, prætermittam, mētitur hereticus qui falsò & immeritò Christianis Catholicis idololatriam obijcit & impingit, quanquam diuorum ipsorum imagines & simulachra habeant paſſim temploſa noſtra. Putas impudens heretice & pīſtillo retuſior nos propterea idololatras eſſe? & ipsa ligna & lapides ipsos, & figuræ, pro dijs aut idolis, vt olim gentilitij illi populi, tanquam iudicio & cerebro priuati eſſemus & amentes, colere? Vnus sanè omnium noſtrum scopus eſt Christus, vnuſ omnium dominus, vnuſ omnium Deus. Huic omnes agnoscimus & profitemur ſupplices, huic vni cultum proris animis & ceruicibus deferimus, hunc sanè vnicum ſeruatorem, ac totius humani generis aſſertorem & prædicamus

mus & amplectimur, venerationem autem ipsam ad prototypum tanquam ad scopum finaliter referimus, vt Basilius docet. Itaque imagines & diuorum simulachra ex auro, argento, ære, ligno, ebore, marmore, lapide aut terra cōflata aut quæ depicta sunt, siue sculpta, simpliciorē plebem quodammodo docent, atque adeo omnes nos reddūt memores tot martyrum, qui pro Christi gloria tam patiēter tamq; cōstanter olim flagra, cruces & neces perstulerunt, vel certè Christi confessorum, vel virginū, vel aliorū diuorū memoriā nobis de ipsis alioqui rarius cogitaturis, ob oculos ponūt. Mouemur quippe tāto facilius ad eos intrepidē imitādū, quantō c̄ebrius eorum sumus memores. Quid igitur conuellis? Quid insectaris piā consuetudinem? cur mentiri non pudet, propterea nos esse idololatras, quod imaginulas habemus in templis? Qua ratione id probas? vbi tua testimonia? vbi scriptura? quicquid obijcis, friuolum est, nee habens ullum solidum fundamentum. Ades heretice, ac mihi, si potes, respondeo. Age necum absque fuso mendacioq;. Nam tantum excogitas quædam, scrip-

PERIPETASMA

scripturamq; inuitam trahis, vt hæresim
semel per te conceptam fortius cōfirmes,
potius fortè ignes diros passurus, quām
velis sincerius & magis sobriè sapere, ve-
luti dum alleges Psalmum, In exitu Israel
de Ægypto, domus Iacob de populo bar-
baro etc. quum ibi nō Christianorū ima-
gines, sed gētilium taxentur idola. Euge
molire quicquid in animo est, somnia, fin-
ge, excogita, compone, institue quicquid
placet, nec tu, nec vnquā tibi similes po-
terunt meliori, conuenientiori ac decen-
tiori ordine, rerum statum in republika
christiana dirigere ac instituere, etiam si
prodigiosissima tētent, quām olim à Ca-
tholicis & sanctis patribus diuino spiri-
tu afflatis instituta sunt omnia. Consule
scripturam impudēs imaginum osor, po-
tissimum Exodi 25. vbi dominus præce-
pit fieri duos Cherubin, & Numerorum
21. & Leuit. 26. Quo ore respōdebis ad id
quod Damascenus tātus doctor lib. quar-
to adfert? nimirum nos imaginum vsum
habere, etiam ab ipsorum Apostolorum
traditione? quo stylo contradices Damas-
ceno, qui vnuſ sufficit, qui inquā vel so-
lus satis est omnibus dogmatibus vestris
confu-

confutandis & funditus querendis? Sed hoc non contentus, vide conciliū Nicenū secundum & Constantinopolitanum & concilia Lateranensia, atque illud Franciense, Ad esdū venerabilis Beda & excraviles canū latratus tua venerabili sententiā cōpescito, imagines fieri in Ecclesia Dei nulla diuina littera vetuit. Eia, rerū nouator, vis omnes tibi fidem adhibeamus, cōtempto interim tanti tamq; ve
nerabilis viri iudicio? Si in delitijs, habes Herculis, aut Mercurij, aut Fortunæ, aut Victoriz, aut Alexandri Magni simulachrum numismate expressum, vocas eos superstitiones, qui lignum crucis, qui triadis ac diuorum imagines inter res charas habent? Si tibi blāditur, si placeat veteris alicuius dæmonij simulachrum, aut si saltem alicuius simulachri fragmentum ab antiquis gētilibus nactus, diligēter apud te seruas, cur Christi diuorumq; imagines æquis oculis non aspicis? Si fortè Marcelli aut Luciæ, aut Lucretiæ, aut Romuli, aut Iulij Cæsaris, aut Hannibalis epitaphium in corroso saxe repertum tātopere exoscularis, & musæolo recondis tuo, Quid est cur Apostolorum et aliorum diuorum reliquias

PERIPETASMA

Iliquias iniurio stomacho cōtēnas , rideas,
& asperneris ? Paganitas mera tuo inest
animo, à Christo procul abes. Cur nō de-
finis falsarie, & Antichristi mébrū, linguæ
petulatia, contumelijs & conuitijs pium
Christianorū morē taxare ? Quid ieunia
& quadragesimam vilipédis vētris man-
cipium ? Vide Matth. 9. Lucx 5. Act. 25.
rursus Act. 14. 2.ad Corinth. 6. Audi, nam
ferunt porcis acutissimum inesse auditus
sensum . Aures arrige Epicuri de grege
porce, illud quod ad Philip. Ignatius A-
postolorum discipulus scripsit , Quadra-
gesimam verò nolite pro nihilo habere,
imitationem enim continet conuersatio-
nis Dei. Accedat quoque Origenes , Ha-
bemus dies quadragesimæ ieunijs con-
secratos . Sic contra Montanum dicit &
Hieronymus , Nos quadragesimā secun-
dum traditionem Apostolorum , ieuna-
mus. Quid clarius his testimonijis animi-
cida hæretice ? Ergóne æquum iudicas ut
dementiæ tuæ seminaria amplectatur co-
latque orbis , & scripturæ apertissimæ do-
ctorumque patrum testimonia pessundet
& in totū aboleat ? O sacrilege, qui sacris
detrahis, Dei tabernacula, templa & aras
ore

ore blasphemans spurco. Quorsum tāndē attinet tibi tuisq; tot clarissima veterum scripta ob oculos ponere , cū satis sit omnibus, vt Augustinus ait, populi Dei consuetudo, & generalium conciliorum authoritas? Hęresis enim nec vinci vult, nec videri victa, vt verum sit illud Bernardi, Hęretici nec rationibus flectuntur, quia eas non intelligunt , nec authoritatibus corriguntur , quia autoritatem nullam recipiunt. Audi illud heus stupide hęretarcha, qui non vörperis mentiri, castitatis votum non posse ab his qui vouerunt seruari, audi, inquam illud Pauli, Omnia possum in eo qui me confortat . Rursus illud : Qui matrimonio iungit virginem suam bene facit, qui non iungit melius facit. Quod per naturam non possum , per gratiam possum, omnia possum in eo qui me confortat , possum continens esse , si Deus dederit . Eat nūch hęreticus, & Paulum mēdacijs arguat, disquirat, sudet, voluat scripturas annis centum , somniet quicquid volet, non poterit tam apertam Apostoli sententiam subuertere . Omnia possum in eo qui me confortat. Videat August. lib. 6. confess. cap. 3. & ss. item possum

P E R I P E T A S M A

lib.20.cap. 29.quot virgines, quot coeli-
bes hoste vičio, sub Christi principijs ve-
xillo triumphātes, decātant illud? Omnia
possum in eo qui me confortat? Nam quid
absurdius aut magis impium quam quod
de Eucharistia fingit Caluinus? Quanta
audacia temerarius de tanto mysterio gar-
rit, somnia sua passim adducēs impuden-
tissimè? Quam sterilem mensam nobis
instruit & apparat canis? Quā insipidum
orbi famelico panem frangit, relicta inte-
rim patrum, conciliorum & antiqua Ec-
clesiæ totius, tot Cæsarum & Regum &
nationum fide? Manus eius contra omnes
& manus omnium contra eum. Quam le-
uiter de re tam admirabili, incomprehen-
sibili & adoranda pronunciat effrænis
scurra? Quam audacter contingit archam
testamenti sacrilegus? Atqui si bestia teti-
gerit montem, lapidabitur. Non legit, ar-
bitror, veterum testimonia, qui hac de re
fusissimè tractarūt. Quosdam proferam:
Tertul.de resur.& ad vxorē lib.2. Orige.
in Lucam homil.38.& in Matth. cap. 26.
Præterea cōtra Celsum lib.8. Cyprianus
sermone de cœna domini, Chrysostom.
homil.38. Tomo 5. Ciril.in Ioan. 7.lib.12.

Irenæus

Irenæus lib. 4. cap. 57. Hilarius de Trinit.
 lib. 8. Ambrosius in Luc. cap. 22. Rupertus prologo: in Ioānem, Theoph. in cap. Matth. 26, Certè quoties Eucharistię huius memini, captiuans intellectum in obsequium Christi, Sic clamo: Præstet fides supplemētum sensuum defectui. Et: Domine auge nobis fidem. Et: Credo domine, iuuua infirmitatem meam, adoro te in mirabilibus tuis, in miraculis tuis, in altitudine virtutis tuę, in abyssō, in potētia tua, cuius inuestigabiles vię sunt. Quis plenè comprehendat te domine? obtulit Melchisedech Abrahamo panem & viñū: Edebat Iudæus suum agnum Paschalem: Helię dedit angelus subcinericiū panem: Comederunt Israelitę suum suave manna, multo pinguior est & melior panis Christi. Sat sit Christiano, quod Christus veritas & vita dixerit: Hoc est corpus meū. Christus ait, hostię consecratę suum inesse corpus, dubitas de rei veritate, quod Christo cōtradicat Caluinus? vtrius verba sunt tibi pluris, Christi aut Caluinii? Christus afferit, hoc est corpus meum, Caluinus apertè negat esse verum Christi corpus, nū potius relicto hæresiarcha

H adhæ-

adhærebis Christo? Porro ibi realiter Christi contineri corpus & scriptura diuina & patrum fides atque doctorum scripta mille locis aperiissimè testatur Math. 26. Mar. 14. Luc. 22. 1. ad Corinth. 11. concilia ipsa generalia, Irenæus, Cyrillus, Ignatius, Ambrosius, Gregorius, Augustinus, Damascenus maximè lib. 4. cap. 16. Leo Papa sermone 7. Pasche. Quid profertur innumera veterum testimonia? quid poteris de sacro ipso siue Missa?num habes iustum testem qui mentiri non potest ipsummet Christum. Luc. 22. Hoc facite in mea commemoratione. Quid hæsis est ipsa Christi vox est, & Malach. 1. In omni loco sacrificatur & offertur nomini meo oblatione munda. Quid insanis cœcum est? audes sacrificium tantum conspergere & insectari blasphemia, tanquam immemor & planè inscius eorum quæ in nouissima, illa cœna fecit, instituitq; dominus? Si intam clara luce cœcutis talpa, quantæ tibi tenebre sunt noctu? quid immutationem ipsam negas Lutherane? siue ut vulgo dicimus transsubstantiationem? Habe illud Cypriani, panis iste quem dominus discipulis porrigebat, non effigie, sed natura mutatus,

mutatus, omnipotentia verbi factus est
 caro . Vide & Chrysostomum tomo 4.
 homelia 60. Præterea & Eusebium Emi-
 senum in homilia de sacramento, tum Au-
 gustinum , Ambrosum quoque libro 4.
 de Sacramentis capite 4. sic quippe is ait
 Panis iste, panis est ante verba sacra-
 torum, ubi accesserit consecratio, de pane
 fit caro Christi . Quid hic respondes Lu-
 therane? mutus es? profecto si quando vr-
 geantur ac prouocentur hæresiarchæ, ve
 ijs quæ proponuntur respondeant, cum
 diu arroferint vngues, lucernâq; emûxe-
 rint, tandem ne videatur officijs suis dœsse,
 velut simia illa apud Æsopum, suos catu-
 los sordidis natibus in medium adferunt,
 id est , nugas suas & fucatas frigidâsque
 sententiolas, parturiunt montes, nascitur
 ridiculus mus, vel omnino muti silescunt.
 Atque hoc illis utilius esset , iuxta illud:
 Stultus si tacuerit, sapiens reputabitur, vel
 certè nihil ad rem proferunt. Ad hæc quid
 causæ est , quod de bonis ac meritorijs
 operibus tam mendaciter nigeris hære-
 tice ? nihil crepans quam fidem , fidem,
 fidem? Nónne vel Iacobo teste, Fides sine
 operib⁹ mortua est? excute Apostoli locū,

Hij quid

P E R I P E T A S M A

quid est fides mortua , nisi fides non viua
vila charitate , & nisi adfint opera ? Habe-
simus & illud Pauli : Valeat fides quæ per
dilectionem operatur . Denique & illud
alterius Apostoli , nimirum Petri quod
cornua tua acriter retundat , satagite ut
per bona opera certā vestrā vocationem
faciatis . Quātum ad paruulorū baptismū
accinet , recurrito tu Anabaptista ad Dio-
nysum de ecclesiastica hierarchia cap . 7 .
& ad Cyprianum epistola 8 . libri tertij , &
ad cōciliū Aphylcanū , & ad Augustinum
super Genesim lib . 10 . cap . 23 . Quid pluri-
bus opus fuerit ? innumeri huius rei pa-
sum occurruunt testes . Et cur tandem pro-
teruē sacrosanctæ ecclesiæ concilijs , Sy-
nodis , Episcopis ac pastoribus non pares
& obedis , quum de ijs dicat Christus : Qui
vos audit , me audit ? Lucæ 10 . Vide 2 . ad
Corinth . 11 . Act . 15 . Et illud imprimis ad
Heb . 13 . Obedite præpositis vestris . Legito
Polycarpum ad Philippenses , & ipse Hiero-
nimus sic ad Luciniū scribit : Traditiones ecclesiasticæ obseruandæ sunt ut à
maioribus traditæ sunt , vnaquæque pro-
vincia in sensu suo abundet , & præcepta
maiorū leges apostolicas arbitretur , tam
clara

clara hac de resententia, rebelles Ecclesiæ
hostes aptissimè cōstantissimeq; cōfutat.
Negas liberi arbitrij vim hæresiarcha,
Stoicos ipsos, Empedoclem, Diodorum,
aliósque toto cœlo viaque errantes tota
imitatus? quo argumento edocebis quod
affirmas? ain tu omnia absoluta quadam
necessitate euenire? rectissimè tu quidem
profectò hac in re Iudæ illi proditori &
Pilate & Cayphæ & latronibus & scurris
& furibus patrocinaris. Quis enim etiam
sceleratissimos quosque in ius vocet aut
exahat si ineuitabili quadā, vt infers, ne-
cessitate omnia patrent ac committant?
nōnne Caymo illi dixit Dominus Genes.
4. subter te erit appetitus tuus & tu da-
minaberis illi? Vis nos eo nobili dominio
spoliare, & plusquam brutas morāsq; be-
dias facere? nōnne Dei cooperatores nos
& Paulus & Psalmographus varijs locis
vocitāt? Nōne testatur scriptura nos liber-
e velle, libere nolle, libere operari, libere
gratiā recipere, libere ea vel vti vel abu-
si? Lege illud Aug. in eū Ioānis locū epist.
ac cap. 3. Omnis qui habet hāc spem in ipso
sanctificat se, sic ait: Videte quomodo nō
abstulit liberum arbitrium. Rorsus idem

H iij August.

August. lib. 3. hyponosticon, liberum arbitrium inesse hominibus certa fide credimus & prædicamus indubitanter. Num vides tanti doctoris iudicium? quid garris inope? Cyprianus ad Cornelium lib. 1. epist. 3. Bernardus libro integro, aliisque omnes Christiani testantur cōstantissimè hanc hæresim mēnēri, & simplicioribz simponere falsarios. Ignem purgatorium reijcis ac negas, interim tamen tibi struēs non purgatorium; sed æternū quo puniari signem ac fōrum. Consule locum illum Matth. cap. 5. Iudex mittat te in carcerem & dicat tibi: Non exies hinc, donec reddas nouissimum quadrārem. Ambrosius ibi carcerem intelligit purgatorium, etiam si non desint qui & aliter id loci enucleent. Perlege illud Pauli 1. ad Cor. 3. si quis superædificauerit super fundatum hoc &c. hunc locum argumētis quā plurimis adductis. Augustinus ipse, præterea & Hieronymus & Ambrosius & Gregorius & alij de igne illo purgatorio intellexere, sed frons tibi meretricis est. Habis quæso quod obijcias pugnēsq; contra illud 2. Machab. 12? Sancta ergo & salubris est cogitatio pro defunctis exorare

rare, vt à peccatis soluantur? Hic inermis est heres, hic muta est, hic victa succumbit, vincit quippe veritas & hic obseratur ac obstruitur os loquentium iniqua. Ah quam seditione Petri primatum ac sedem Apostolicam subuertere conaris scismatice, ob id iam labores plusquam Sisiphios impiger subiisti. Vis dicā? oleū & operam perdis, frustra sudas, nihil agis, siquidem viuit summus Pontifex, stat sedes apostolica, perdurabit potestas, portæ inferi, Christi ecclasiam abolere non poterunt. Excute quæso si tantum temporis vis in re sacra collorare, excute inquam, quid in huc locum adducat Hieronymus, & Cyprianus libro 2. ad Cornelium, & Origines homilia sexta in Matthæum, & Ambrosius serm. 47. Chrysostomus quoque in Matthæum, & Cyrillus libro secundo cap. 12. in Ioannem, Hylarius etiā in Matthæum, & Bernardus de consideratione ad Eugenium. Quid multum tibi satis est, quum Christus dixerit, Pasce oves meas? Pasce agnos meos? quid hic ait? si quid aliqua facie laruaquæ apparens, heres tua proferre videatus; profecto nos catholici è contracētum haca longè aperte

H iiii tissima

tissima facilè tibi mox commōstrabimus,
sed scripturā cerebri tui iudicio vis subiacere. Augustinus ad Faustum pulcherri-
mè te tuōfque omnes confutat, vbi dicit
non oportere vniuscuisque animum, in
scripturis sibi authorem esse eorum quæ
credenda sunt vel non credenda, vt quæ
vult recipiat, credatque, & quæ non vult
nō credat, & vt videlicet hunc articulum
recipiat, alterum non recipiat, sic inquit
scripturam ipsam tibi vis subijcere, non
te scripturæ, atque id agens te ipsum scri-
pturæ iudicem cōstitutis. Audito stupidè
andabata heretice, audito inquam, de hu-
iustmodi pœnitentia quam explodis Au-
gustini sententiam, de vera pœnitentia
cap. 19. Quottidie dolendū est de peccato,
vt semper puniat in se vlciscendo quod
commisit peccando. Rursus de fide ad Pe-
trum cap. 3. prolixius & latius id tractat,
Quod Cyprianus sermone 5. de lapsis ele-
gantissimè quoque declarat, & interim
suis audent polliceri Lutherani cœlos &
glorias & coronas, dum nec de vera pœ-
nitentia semel cogitarint, Discurse per
scripturarum campos ac videto quidnam
de cōfirmatione sanctus Spiritus atteste-
tur

tur, Act. cap. 8. Rursus cap. 23. Vide simul & Dionysium Areopagitam, vide concilium Aurelianense. Insuper & illud habeto de vunctione extrema, testimonium Iac. 5. Infirmitatur quis ex vobis, inducat presbyteros ecclesiarum & orent super eum, vngentes eum oleo in nomine domini. Voluit Cypriani sermonem de vunctione chrismatis, cōsule Originem homil. 14. super Leu. recurre ad Grego. li. 19. Moral. Quid plura? Innumera sunt locorum genera, quae tam è canonicis scripturis, quā ex patrum traditionibus adduci possent. Accipe tādē & illud de aqua nostra benedicta, ut vocant, siue lustrali, testimoniorum longè clarissimū. Hac de re sic afferit Alexāder ille summus Pontifex qui à Petro quartus in Apostolica illa sede orbi præfuit, hæc sanctissimi & antiqui illius patris verba sunt, de conse. dist. 3. Aquam sale consperfam in populis benedicimus, ut ea cuncti aspersi sanctificantur ac purificantur, quod omnibus sacerdotibus faciendū esse mādat̄. Nā si cinis vitulæ aspersus populu sanctificabat atq; mundabat, multo magis aqua sale aspersa diuinisq; precibus sacrata, populu sanctificat atq; emundat.

I nunc

Inunc impie histrio mendaciorum contextor,& sententias tam apertas atq; omnibus obuias pede conculcato,delyramētaque tua gradu & honore digna existimato,recipis sententiam,si dixero,Caluinus hoc dicit,illud Lutherus afferit. At si forte dixero, Hieronymus hoc adfert, sic fentit Basilius,ita scribit Gregorius, eccl^{ia}, ipsaque cōcilia hoc modo, hac aut illa de re olim definiuere , protinus vt Iesus indignaris,stomacharis,reijcis ac spuis. O idololatra hæretice , cui Lutherus suus idolum est, et qui Christi spiritū in viris sanctimonia & fide & eruditione clarissimis loquentem audire non vis , melius tamen tibi esset leuiusque piaculum Lutheri ipsius tui nates stercore fœdas si adhuc superstes viuereret, ore exostulari, & sic interim mordere , vt bolus siue pars hæreat dentibus,quām tanti hæretarchæ recipere , probare ac pertinaciter sequi sententiam.Quid multis? Euge schismatice,deuora libros omnes,digere,concoque, tecum omnia excutito actandem si mihi credis,sapere incipe , aut iuxta Horatium illū , sapere aude . Profecto & hoc liber addere , quod , quia teste Christo omnis

omnis qui male agit, odit lucem, & ad lucem non prodit, ne arguantur opera eius. sic Caluinus ille velut alter Hieroboam populum à vero Dei cultu liberius auerteret & tutius veluti latro vmbbris & silentiis regitur, latitaret, Geneuensem illam ciuitatem, muro, septis & fossis aquisque bene manitam sibi sedem, ut nimis tam commoda latronibus animicidis, scurris, exulibus & omni impudentissimorum hominum generi spelunca esset, delegit, ubi impune ac tuto in pontifices, in principes, in plebem catholicam, in sacras ceremonias, ritus ac leges omnes debacchatur, scripturas coiumpens, & dilacerans iniuste, omnisque generis instituta iuraq; audacter subvertens. Quis non videt id totum fieri fluxa cuiusdam glorioz occasione cuius scientissimus est? Sic nimis Dionysius ille tyrannus animo conquiescere non poterat, nisi secum discipulos haberet quibus imperiose praeset. Tanta fuit dominadi voluntas, tanta cupiditas. iam dico, nunquid Caluine propterea superbus es, quia imperium ibi habes in bellis iuxta Prouerbium? Quadiu durabit regnum istud tuum? Ah quam dira tormenta

PERIPETASMA

mentatibi Dei iudicium parauit animicida? Si qui gladio corpus proximi percussit, oporteat illū iure gladio percussum perire. Quid ei fiet, qui adulterinis dogmatib^o necat animas Christi spōsas? Horrendum est incidere in manus Dei viuentis. Et: Terribilis quædam expectatio iudicij & ignis æmulatio qui cōsumpturas est aduersarios. Audenō miser, audes inquam ad extremam usque vitæ horā perseverare hæreticus? mori hæreticus? & excommunicationis indissolubili quodam nodo ac vinculo perius legēq; cōstrictus hinc emigrare, mox demergēdus in umbras illas tartareas ubi fletus est & dentis stridor? O infelix hæretici animula, quæ in illud Barathrum cadis, nūquam visura beatorum spirituum delicias. Ah durum exilium, æternū priuari fœlici ac iucundo illo angelorū cōsortio. O inquam infelix anima & infausto afflata spiritu, cui hospes erit Oretus, Cacodæmanes collegæ ac socij, quam consultius fuerit dum hic vivis, resipuisse? quum in sententia perstirisse æternam allaturū sit calamitatem. Enim uero Arriani, Nicolaitæ, Pelagiani, Donatistæ, Iouiniani, Marchionitæ, Nouaciani, Sabel-

Sabelliani, Manichæi, Gnosti, Hebioni-
tæ, Alogiani, Artotiritæ, Albigéses, V Val-
denses, Hussitæ, VViclefistæ, Zuingiani,
Lutherani, Caluinistæ, Anabaptistæ, Spi-
ritus mihi deficit, dum tot barbaros simul
profero, alijque huiusmodi, impuri nebu-
lones ac orbis pestes lupi rapaces sunt, An-
tichristi mæbra sunt, canes mali, ac subdo-
li operarij, arbores autunales, bis mortuæ,
nubes sine aqua, viperarū genimina, caco-
demonū fœtus, proserpinæ familia, & quo-
tandē stylo, vocabulo aut colore depingā
execrabile mōstrorū gen?⁹ Iij nimirū sunt
qui discipulos abducunt & sectas perditio-
nis, diuis omnib⁹ inuitis, iureq; mortaliū
reclamāte, per orbis angulos inducunt spar-
gūr^q; horū mētionē sic olim fecit dñs. Di-
cā messoribus colligite zizania & alligate
ea in fasciculos ad cōburendū. Audiāt &
illud Apoc. 22. Soluetur Satanæ de carce-
re suo & exibit, seducetq; gentes quæ sunt
super quatuor angulos terræ Gog & Ma-
gog & cōgregabit eos in præliū, quorum
numer⁹ est sicut arena maris, & ascēderunt
sup latitudinē terræ & circumierunt castra
sanctorū & ciuitatē dilectā, & descendit
ignis de cœlo & devorauit eos, & diabo-
lus qui

P E R I P E T A S M A

Ius qui seducebat eos missus est in stagnū
ignis & sulphuris, vbi & bestia & pseu-
doprophetæ cruciabantur die ac nocte,
in secula seculorum. Quid illis imprecer-
nisi sic cum Psalmographo: Confundātur
& cōuertātur retrorsum omnes qui ode-
runt Sion. Fiant sicut fœnum tectorum,
quod priusquam euellatur, exaruit. Proh
dolor proinde quis non dicat in sensum
quendam reprobum præcipitatos nostræ
ætatis hæreticos, quib⁹ nec scriptura villa,
nec ius vllū, nec villa authoritas curæ est,
aiunt fuisse hác Lutheri de summo Pon-
tifice sententiá: Pestis ero viuus, moriens
ero mors tua, Papa. Atqui mortuus est
Lutherus, nec tamē mortua est sedis apo-
stolicæ potestas, durat, statque eius sedis
fastigium supra omnes mortaleis. Quare
illud vnum Catholicis omnibus dicendum
censeo, quod est ad Romanos cap. 16. Ro-
go vos fratres, vt obseruetis eos qui dis-
fensionem & offendicula præter doctrinam
quam vos didicistis, faciunt, & decli-
nate ab illis. Huiusmodi enim Christo do-
mino non seruiunt, sed suo ventri & per
dulces sermones & benedictiones sedu-
cunt populum. Itaque cautum sit per ip-
sos

fos magistratus, ne cuius plebeio. & mulierculis sit liberū scripturas sacras euoluerē & interpretari, quum ijs s̄p̄ius abutantur. Nam si ciues diuersis interpretationibus digladiantur, quæ animorū concordia? Extollamus igitur sursum ceruices ad patrem lumen, precemurq; suplices ac proni, vt quoniam hodie tam horrenda, tam immitia & intractabilia monstra mundo oboriantur, meminisse tamen dignetur huius suæ congregacionis quā possedit ab initio, interim perdat omnes qui loquuntur mendacium, & qui oderūt Sion. Fiat hi sicut fœnū tectorum, quod priusquā euellatur, exaruit, de quo non impleuit manum suam qui metet, & sinum suum qui manipulos colliget. Ille unus ventis ac mari imperare potest, tempestatemque hanc in tranquillam auram vertere. Quis enim præsidij solū humanis orbi medebitur. hic sese viros præstet. Episcopi, pastores, ac cœlestis euangelij concionatores, tuba euangelica dormientes excitet, obstruatur os loquentiū iniqua, sint omnes veluti canes non muti. Arma enim nostra non carnalia sunt, sed spiritalia. Itaque gladium spiritus, id est, verbum

verbum Dei, quod etiam & à propheta malleus petram conterens dicitur, omnes manu arripiamus, videlicet contra hos Philistinos, & cordibus & omni incircuncisso modo, acriter pugnaturi, decertem⁹, inquam pro aris, pro focis, pro legibus patrijs, & deniq; pro gloria regis nostri Dei, ne hostium insolentia fese, vt solet, falsò victricem prædicet, cristásq; sursum tollat. Omnibus enī admotis neruis nitendū censeo, vt tandem conueniens aliquod huic fatali malo, orbisq; totius tumultui remedium tollēdo adferri queat. Sed vbi Circes miræ artes, quibus immutetur rerum præsentium facies, quamquam tamen nihil tale desideremus. Neque enim Circes pocula hic quicquā possunt, nec Vulcani fornaces aut includes, aut folles, aut clavi, aut mallei, aut Syrenum vafricies, cantusque. Arbitror initio dum nascetur Hydra, id est, hæc multorum capitum belua, diutius & altius forsitan apud quosdam populos fuisse dormitatum, quam vera illa & oculata tam Præfulum quam regum diligētia requisierit ac postulauit. Hic enim Iano quodam bifronte aut Argo centum oculis cincto opus erat, non

non cæcis pectoribus.

Principijs obſta ſerò medicina paratur

Cum mala per longas conualuere moras

Sanè eſt quod ſummis perennib[us]que encomijs christianorum reſpublica Diuſ illius Constantini memoriā celebraſt, qui dum hæreticoruſ rabies furere inciperet, Syluestro illi tūc P[er]tifici máximo, opeſ incredibilē attulit, quo nomine Gratiano & Theodoſio plurimum quoque d[ebet] omnis ætas, qui Damaso auxiliares etiam perrexerent manūs, contra Truces ſcismati- corū minas. Quod & Martianus, Leoni, Phocas Ogregorio Magno, Carolomag- nus, Adriano, Sigismundus, Martino 5. Deniq[ue] & Carolus Quintus, Adriano 6. Clementi 7. Paolo 3. alijsq[ue] ſummis eccl[esi]æ paſtoribus i[n]uictis animis olim pra- ſtitere: Petenti[bus] ligatur cur hic ager videa- tur tot zizaniōrum iniurias pati? reſpon- det Dominus: Cum dormirent homines venit inimicus, ac zizania diſseminavit, cū animus peregr[us] eſt (ait Horatius) Mi- ramur ſi Democriti pecus ædit agellos. Itaque cīrcunſpiciant huc atque huc ſpo- culatores eateantq[ue] né aper vineam Dei Sabaoth dente voret & pede conculeret,

I capite

PERIPETASMA

capite nobis vulpes paruulas quæ vineas
demoliuntur, paruulas appellat scriptura,
idque ne ipsi somnolentia nostra, desidia
& ignavia sinamus eas crescere. Si mor-
bus radices figere incœperit vel in fœmo-
re vel in dorso aut in alio corporis mem-
bro, protinus medicos accersimus, qui po-
tionibus, pharmacis, herbis, aut sectioni-
bus nos curent, cur igitur dormitamus
cum animorū pestis minitatur dira? cur
inquā quæ lœdūt oculos festinas demere,
aīc Horatius. Si quod est animi differs cu-
randi tempus in annum. Precemur ut is
cuius fides donum est, fidem in Europa
seruet, ne ea alio transmissa dispereamus.
Rursus dū hæc prolixius narro animum
meum molestia non minima inuadit, tor-
quetque, occurrit assidui belli quo furere
videtur principes immanitas, video gla-
dios, enses, hastas & torméta bellica. Proh
dolor, quid nostris bellis truculentius? an-
feræ ipse quæso immanius inter se se pug-
nat aut sequuntur quam ij qui se se Christia-
ni Euangeliij titulo iactant? En manibus
sacrilegis tépla spoliat turpis miles, pul-
uere tormentario, altaria subuertit, sacra
omnia prophanat, rusticorum tuguriola
flammis

flammis exurit, denique vi rapit quę diu-
turno sudore in vsus reipublicę necessa-
rios accumulauere ciues . Heu pietas ex-
tinguitur & vt videre est scurrarū floret
regnum. Quanquam tamē fatear princi-
pibus ipsis fas esse legibus & armis iura
sua & rempublicam quam vt legibus ita
quoque armis ornatam esse, & oportet, &
decens est defendere, ditionésq; vi ab alio
occupatas recuperare, tamē tam miserum
rerū statum absq; lachrymis videre non
possunt oculi nostri , cur pax aurea chri-
stianorum fines non ligat ? cur Mars pace
gratior est? si prouinciam vnam tuo im-
perio subegeris, & interea tamen in causa
fis nimirum hac data occasione , vt innu-
meræ animæ Christo pereant. Quid lucri
reportas? si christianus es , pluris tibi de-
bet esse vel vna anima quā latissima pro-
uincia vi armorum occupata . O vtinam
Christianos monarchas diuis , mortali-
busque amica pax amicos reddat, vt sen-
tina scelerū prorsus exhausta Respublica
& augeatur & fœliciter florescat , vtq; in
suo quisque statu prudenter agat. Atque
vtinam ij quorum est alijs exemplo esse,
gregem ducant eo sapientiæ lumine quo

I ij opus

PERIPETASMA

opus est, scandalorum; nullo plebe offendatur,
nam si sal euanuerit, quum iam omnia
laxentur, & à prima illa ac nativa vita
seueritate penè omnium instituta dege-
neret, in quo cōdierit? Prætereà absit ab
animo simulata pietas, nec fumis nec fucis
nec mendacijs, nec Hypocrisi oblectatur
Deus, qui veritas est ipsa. Absit petulātia,
absit ebrietas, absit alea absit lasciuia, absit
lupus, vt filij lucis ambulem⁹, iuxta Pauli
sentētiā: Adsit fides viua, adsit charitas,
quæ opus viuū reddat. Nulla quippe res
Deo grata est, si viuæ charitatis scintillas
extinxeris. Porrò si labijs, si dentibus, si
lingua velut dormitans & aliud ages Dei
laudes sonitas, satis non est ò mi frater
christiane quisquis es, opus nimisum est
& animo. Neq; satis fuerit si genu vtrūq;
flexeris humi repens, opus quoque est &
feruenti animo. Nec sat esse existimato, si
manus sursum moueas & attollas, opus
est & ipsa religiosa piaque mente, alioqui
fabula fuerit sine capite, vt Proverbiolū
habet, & corpus sine pectore. Concurrat
igitur volūtas & affectus. Orabo spiritu,
orabo & mente. Porrò si vngues, frōtem,
barbam & vmbreas Deo solum offeras, cui
seruas

seruas cor tuum? cui animam? cui pectus?
 da Deo optimo quod in te optimum est.
 Præfit igitur, ac veluti regina imperet
 Christianis syncera illa veritas, prudentia
 adsit, & huius comes charitas, dabit tandem
 misericordiam is qui misericordiarum
 pater est ac Deus totius cōsolationis. Tē-
 pestates, inquam tumultus & procellas in
 tranquillam vertet auram, vt tuto ac li-
 bere quietis animis, ipsius maiestate chri-
 stianorum pietas colat, veneretur ac sus-
 piciat. Est Mich. 7. Non immittam ultra
 furorem, quoniam volens misericordiam
 sum, reuertetur homo & miserebor ei,
 deponat iniquitates suas & projiciam in
 profundum maris omnia peccata ipsius.
Quid enim sub sole mali patimur, quod
 ipsi noxijs facinoribus & peccatis non su-
 mus iure meriti mortalium impietas ira-
 tum reddidit numen. Nemo nisi à seipso
 lreditur. Nostræq; insolétiæ ascribendum
 est, quod aliquando crues, quod neces,
 quod infortunia, quod pestes, quod famæ,
 quod penuriam, quod bella perpetuas.
 Supereft igitur vt ad meliora conuersi,
 veram illam ac germanam religionem,
 pietatemque futuri Christo longe gra-

I iij tissimi

PERIPETASMA

tissimi totis reuocemus amplectamurque
animis.

*Pax facit & pietas, ut nobile floreat æuum,
Mars eat, in terris definat esse scelus.*

Immortalitatis fælicitas, & delitiae.

Nfælices vos calamitosi huius
orbis incolæ, quādo ò morta-
les obsecro vos, quādo inquā,
ah quando ad portum perue-
niemus fælices? quando misé-
ri nautæ enatabunt è periculis huius sœui
ac rugiètis Neptuni? Hei mihi, mora que
hic protrahitur, valde molesta est, iá plus
satis fatigato, & nimiū (proh dolor) graui
presso corpore, ac terrena hac mole, quā-
do Christum dominum exosculabimur,
& nitidissimo, purissimoque illo cœlestis
aulæ speculo fruemur immortales? & in
omne æuum beati?totus ardeo suaves il-
las, ac dulces Olympi delicias, quia ibi
melior est dies vnu super milia. Et, heu
mihi, quoties id dicā? heu inquam, mihi.
O rex veræ pacis Christe, quia incolatus
meus prolongatus est: habitui enim cum
habitantibus Cedar, multum incola fuit
anima mea. Educ è custodia ex ergastulo
& car-

& carcere animam meam, ad cōfitendum
nomini tuo. Id nosti domine, quia omnia
nosti, sentis enim me melius, quam ipse,
me ipsum sentiā. Hic nec pax est villa nec
quies, & tamen naturæ instinctu pacem
disquirimus quietis audi, nec ea sub sole
vsquā locorum inuenienda est. Quid igit
tur supereſt, niſi ut ſuspirijs, ex imo du
ctis pectore, te inuocemus, ac toti implo
remus, diuorum omnium & mortalium
pacē. Qui ſoles eos ſumma videlicet, in
crebiliq̄ue pace refocillare, nimirum verq̄
cōſolationis Deus vnicus, qui felli reuuls
ac velis properat ad portum, & tanquam
efurientes ac fitientes iuſtitiam, regnum
Dei alacres quærunt, nimirum ē virtute
in virtutem, perpetuò progrediētes? ſatia
nos famelicos, & veluti coruos inhiantes
ad prædam, rerum tuarum dulci copia,
cuius quum etiam guttulae quædam in
mortaliū guttura, ac viscera, dilapsæ ſunt,
mox ſumma oboritur mentibus iucundi
tas, ac lætitia: ſic replebimur domus tuæ
bonis, & verè abundabunt horrea noſtra
frumento, vinoq; mirè mellifluo, torcula
ria inundata redūdabunt. Tunc haud du
biè ex adipe frumenti impingnabitur, &

I iij toti

PERIPETASMA

toti melle saturabimur. Tunc verè nobis
satisfactum erit, tunc & pleni, & planè
diuīces erimus. Denique cantabimus, ac
hymnos æternitatis tuæ aris, tunc offe-
rimus. Nulla enim verè syncera, aut omni-
bus numeris absoluta est lætitia, nisi ea ex
te vñico summi gaudij fonte, dimanet.
Redde igitur lætos, qui tot annis rigarūt
genas suas fletibus, qui tot lachrymis tam
ſæpe restati sunt se nimirū grauatos mole
hac terrena, qui te toties inuocarunt, & à
quo, quicquid est summæ fœlicitatis, tam
auidis ac fidentibus animis expectarunt.
Præbe tandem huic nostro auditui gau-
dium & lætitiam, vt exultent ossa humiliata.
Præbe faciem illam tuam nobis in
quam desiderant angeli prospicere. Soni-
cer vox tua in auribus nostris. Vox enim
tua dulcis, & facies tua decora. Tu sanas
contritos corde, & eorū contritiones cle-
mens alligās. Dixisti de quo quis tibi amico
fidoq; famulo. Quoniam in me speravit,
liberabo eum, & eripiam, & tandem glori-
ficabo. Tu vñica animorum nostrorum
spes es, libera ergo nos, eripe nos, atque
in gloriosam illam ciuitatem tuam nouos
hos ac peregrinos ciues induc; sic, inquā,
festine-

festinemus per te , qui omnium hostium
 es, qui via ipsa, veritas, ac vita es . In eam
 ingredi ciuitatem de qua quædam mirè
 gloria dicta sunt: O Sion , o Hierosolymam
 illam cœlestē , o domum nec manu
 confectam hominum , nec vlo vnaquam
 dissoluendam die, aut ævo, sed æternam,
 perpetuò iucundam verè latam ac floren-
 tissimam, cuius Deus ipse optimus Maximus,
 vnicus est , & incomparabilis artifex.
 Quid scimus cæci ac stupidi domine vir-
 tutum, Rex meus , & Deus meus , Quid,
 inquam, scimus nos , ut poterum futu-
 rarum ignari, quid mali vespera vehat, &
 quid accidet miseria huius orbis incolis,
 incerto vagantibus pede 3 sub omni lapi-
 de dormit Scorpio, Stygius Cacodæmon
 tanquam Leo rugiens circuit, disquiens
 quem deuoret, dilatauit infernus os suū,
 diminuta sunt veritates à filijs hominū,
 refrigerescit charitas , abundat iniquitas,
 medaces sunt filij hominum stateris suis.
 Vnusquisque quod suum est querit, non
 quæ Iesu Christi, nō quæ proximi: in altū
 ex crescūt zizania, cōspirant venti, ac tur-
 binae, mugitu diro eōcurrunt flumina. Vi-
 demus Sathanā solutū , & velut liberum
 quocunq;

P E R I P E T A S M A

quocunque sua retia dispergentem , heu
cui,cui mortaliū tutum erit inter tot pe-
ricula agere ? cui dulce viuere , inter tot
tamque graues huius viꝫ , ac huius vitæ
erum̄nas? quis ster rectus & immobilis,
contra tot impetentes & insulétes furias?
quis irretiri non poterit captus suaui Si-
renum modulamine? qui tecum agunt, ô
mi Deus,tuto habitat,gremio tuo indor-
miunt, nec est quicquam quod eos terri-
tet, hi sanè verè fœlices sunt . Quæ enim
fames,vbi vitæ panis est? Quæ sitis,vbi vi-
tis vera ac flumen aquæ viuæ? Quis Mars?
quæ furiz,quod bellum ibi erit , vbi per-
hennis pax est? quæ mors vbi vita, & vi-
ta fons? Quis dolor?quis mæror? quæ ca-
lamitas? vbi suauissima est, ac æterna iu-
cunditas? Quæ nox? quæ caligo? quæ te-
nebræ? vbi lux , & irradians æternitatis
splendor? Quid ibi temporarium est , vbi
dulcissima immortalitas, in uiolatum re-
tinet decus? Conſident,& verè tuto con-
ſident in campis illis Elysij, Diuæ illæ,ac
ſynceræ mentes quæ ſtolas suas abluerunt
agni,qui ab origine mudi occisus est, fan-
guine.Circunſtant ibi cœlesti luce ſplen-
dencia, eaque penè infinita Angelorum
agmina,

agmina, quanta concordia diuini illi ciues
 summo numini laudes occinunt ac de-
 cantat? Quata, quaq; incredibili suauita-
 te, cœlestē illā demulcent aulā? & interim
 nos hic gemimus inter vmbras angustijs
 pressi, huc, atque huc curis distracti, nihil
 sentientes, nihil quicquam audientes, aut
 videntes, nisi quod his animis adhuc pe-
 regrinis parit molestiam. Exterrent nos
 huius orbis laruz, lemures, monstra, &
 spectacula plus satis tristia, oculos nostros
 assiduè conturbant, ac denique huius vi-
 tz vanitas, palam sanè quam ipsa sit ste-
 rilis, ac mendax, iam nobis innotescit: atq;
 hinc sit, quāquam corpuscula hæc nostra,
 hic inter dumos, & spinas, et valles, & bru-
 ta animantia cōmorentur, vt animus ipse
 sursum raptus, ibi velit versari, vbi veri-
 tatis ac vitæ fons est, & trāquillus portus.
 Obambulant quidem miseri pedes in hu-
 ius orbis theatro, sed animi studium vo-
 luit cœlestia, nostra conuersatio in cœlis
 est: cœlo thesaurizamus, & in illud colle-
 ctas merces, opésque nostras, ne quis eas
 rapiat fur, aut voret tinea, assidua diligē-
 tia conuichimus, rati quippe nos frustra
 cerebri vires posse terere, atque oleum &
 operam

P E R I P E T A S M A

operam, vt aiūt, perdere, si nos perpetuō
huius brevis vitæ immersos curis, nulla
melioris illius vitæ, hoc est, futuræ sollici-
tudo ad virtutis inuitet pellatq; studiū.
Neque enim dō mortales vel Ethnici ipsi
judicauerint quenquam beatitudine, aut
gloria dignum, qui nihil voluit, tractatq;
animo, præter ea quæ multi sapientes ac
prudētes viri hactenus, si non planè sor-
dida, aut impia, tamen tanquam non ad-
modum conducentia, sed velut inutilia,
vanaque semper vocarunt: cuius generis
sunt, sibi anxiè conquirere opes, non sine
dolo comite mercari, impigro pede terras
Iustrare, secare æquor nauibus, parare cō-
bum, adornare vestes, quæ omnia planè
inutilia & ipse iudico nisi interea & salu-
tianimē cōsulamus. Is enim qui & Christi
& æui futuri tanquam immemor viuit,
non verè viuit, orbi & sibi inutilis est,
quum mortalibus nihil sit pietate utilius,
nō inutiliter agros colit qui mentē quoq;
virtutib⁹ excolit, sed is sibi, vt ita loquar,
noxius est latro, quem sola rerum fluxa-
rum sollicitudo premit. Non hic iam lo-
quor de his quæ prorsus sordida & perni-
ciosissima vel infantes dixerint, cuiusmo-
di sunt

di sunt lasciuia, libido, inanis gloriae fitis,
 ac studium philaphtia, bacchus, ac huius
 generis monstra, pestesque quibus passim
 totius orbis sordescit facies. Quamobrem
 quæso nobis mortalibus cœlicus ille spiri-
 tus siue sapientię radiolos clargitur & in-
 fundit, nisi ut huius adiumento tanquam
 vtili lucerna ducti, purè dignoscamus
 quid honestum? quid rationi cōsentaneū?
 quid æquum? quid sanctum? quid deniq;
 omni ex parte beatū sit? ut sic inter den-
 siores ac tristes huius æui tenebras luce
 quadam prævia gradientes, ad cœlestes il-
 las, ac verè æternas delicias alacriter pro-
 peremus ac penetremus, quas certò sci-
 mus ijs solum optimi numinis prouiden-
 tia, & paratas, & adseruatas esse, qui pij
 sunt & probi, ac totis animis sese non sor-
 dibus, sed puræ, niueæque cuidam inno-
 centiæ dediderunt? O quam iucundum
 est, quantæ voluptatis est victori, contra
 tot vitiorum monstra olim fortiter cer-
 tasse, & captasse vnicū virtutis iter? Quā
 iunabit posthac horum meminisse? facile
 enim fuerit, ac non insuaue, animis illece-
 bras illas à se depellere, quæ pectora no-
 stra auocant ab ijs quæ recta ducunt ad
 sumnum

P E R I P E T A S M A

summum bonum , modo obtéperare lu-
beat patri illi spirituum , qui omnes ho-
mines vult saluos fieri , qui nec falli po-
test,nec fallere,nec oberrare. Itaq; quum
nos fœlices is eo prouexerit quo natura
aspiramus omnes. Quam lēti gestiemus?ō
Deum immortalem, quātæ fœlicitatis fa-
turi exultabunt animi. Nam si etiam hæc
hodie militás Ecclesia,& adhuc verè pe-
regrinans suis quibusdam oblectamentis
nō careat,& aliquoties suis sacris cantio-
nibus,ritibus,cultibus,mysterijs,ac cere-
monijs,sic nos totos exhilaret,vt tanquā
gaudio ingéti abreptis, cogat ex oculorū
fonticulis pias ac iucudas quasdā prome-
re lachrymas,quo putamus torréte volu-
ptatis ebria,& respersa erūt pectora,dum
illius gloriæ,quā speramus, dulcedo, nos
totos satiarit,& beauerit? Mirū quā dulce
auditu sit illud Pauli : Si filij & hæredes,
hæredes quidem Dei, cohæredes autem
Christi. Illud quoque Ioannis:Charissimi
nūc filij Dei nominamur & sumus. O in-
gens gaudium,mox sequitur: Nec adhuc
apparet quod erimus,scimus quoniā cūm
apparuerit,similes illi erimus, & videbi-
mus eum,sicuti est. Præterea & hoc: In lu-
mine

mine tuo videbimus lumé. Deū immor-
 talem, quam suavis est illa ecclesiastica
 cantio, quæ de Eucharistia profertur, Bo-
 ne pastor, panis vere, Iesu nostri misere-
 re, tu nos pasce nos tuere, tu nos bona fac
 videre in terra viuentium. Tu qui cuncta
 scis & vales, qui nos pascis hic mortales,
 tuos ibi commensales, cohæredes & so-
 dales, fac sanctorum ciuium. Quoties al-
 ta suspiria sursum efflauimus? quoties
 fleuimus hęc, & id genus sacra matris Ec-
 clesiæ cantica audientes? Hic mecum tac-
 tus exclamabo: Quā dilecta tabernacula
 tua, domine virtutum? concupiscit & de-
 ficit anima mea in atria domini. Cor meū
 & caro mea exultauerunt in Deum vi-
 uum, etenim passer inuenit sibi domum,
 & turtur nidum ubi reponat pullos
 suos. Altaria tua domine virtutum, rex
 meus, & Deus meus: Verè beati, qui ha-
 bitant in domo tua domine, in secula se-
 culorum laudabunt te. Certè beati sunt
 serui illi tui, ô vere Solomon qui per-
 petuò tibi adsunt præsentes. Quis quoq;
 non Ixthus audiat hoc canticum: Au-
 tora lucis rutilat, cœlum laudibus in-
 tonat, mundus exultans iubilat, ge-
 mens

PERIPETASMA

gemēs infernus v lulat. Cum rex ille fortissimus, mortis confractis viribus, pede cōculcans tartara, soluit à pœna miseris. Et illud: Æterne rex altissime, redéptor & fidelium, quo mors soluta deperit, Datur triumphus gratiæ . Insuper & hoc. Crux fidelis, inter omnes arbor vna nobilis, nulla sylua talem profert, fronde, fronde, germine. Dulce lignū, dulces clavos, dulce pondus sustinens. Adeò me totum delectant hi & huiusmodi suaves hymni, & angelici versus, & adeo dulci modulamine, audiētum animos mouet, alliciunt, & titillant, ut arbitrer velut dīctante divino spiritu eos accepisse catholicorum ecclesiā , huius generis innumeri sunt, ne alios alijs commisceam . Quis enim vel iusto volumine complectatur omnia hymnorū & canticorum genera, quibus infantilos suos hic adhuc viatores & aduenas quodammodo alit, souetq; ac refocillat, deliciarum radix, & vnicarum Christianorum nutrix Ecclesia? quę si tatis oblectamentis nos in hac tristi valle consolatur, quāta putamus suauitas inest sedibus illis cœlicis, vbi quiescunt diuorni mentes, gaudijs satiatę perennibus? Liber & hic

& hic aliquid accinere, ne cithara nostra dum æterni illius solatij memores sumus, modus aliquis cantioque deesse videantur, quanquam super flumina Babilonis sedeamus adhuc flentes dum recordamur cui Syon. Neque tamen ita salicibus organa nostra suspensa sunt, quin exhilarescentes illius fœlicitatis spe cantemus canticum domini in terra aliena & iustificationes eius in loco peregrinationis nostræ. Neque interim mihi aut furores poeticos aut vitreas limpidasque fontis illius Cabalini vndas optarim aut Vergili neruos, aut pieridum spiramina, quæ calamo meo peculiare ferant iuuamen. euge Apollo noster dic ac recine, ut potes quanti sint beatitudinis triumphi.

*O sacris clarum radijs olympum,
O poli regnum varijs redundans
Gaudijs, quantum tegis ac reserwas
Delitiarum?*

*O gehus fælix, generosa turba
Lucidi ciues, quibus est parata
Nocte depulsa, tenebrisq; mæstis
Summa voluptas.*

*Nec lues, nec mors dominantur illic,
Luctus aut moror, fitis aut egestas,*

K Gloris

PERIPETASMA

Gloria summosaturantur omnes

Æthere diui.

Prob dolor tristes fluimus per horas

Et tremiscenti celeri q; gressu

Mortis ad fantes rapimur seueræ,

Ordine nullo.

Flemus, heu quis nam lachrymas reuelliit

E genis? heu quis reprimit cadentes

Fronse tot fluctus, dolor asper omnem.

Occupat orbem.

At dies quidam remouebit umbras,

Corpus obscuro retrahet sepulchro,

Et prius mæstos animos replebit

Luce serena.

Tunc suis rursus renouata membris

Pelle, quam vermis tenuit, resumpta

Mens in æterna residebit aula

Libera, fælix.

Et hæc est nimirum illa summa cœlestisq; spes, quæ hic in hoc inquam misero orbe diu afflitos seruat. Sanè Dei optimi maximi filiolis hæc læta nutrix, vehiculi cuiusdam loco est, qua videlicet duce eo tandem quo ardenter aspiramus, fœliciter perueniamus: nimirū in aulas illius dulcissimi, lucidissimi q; olympi, ybi mansio-
nes teste Christo, multæ sunt.

Scimus

*Scimus hic vera decus esse vite,
Et potum summis opibus scatentem,
Cur timent mentes hominum subire
Aspera fata?*

*Quando te lumen poterit videre
Noster hic cæcis oculus tenebris
Pressus, ô mundi genitor creati*

Optime Christe

*Quando suppresso veniamus hoste
Ad maris portum? quis ab orbe tristi
Ducet ad lucem peregrina nostra*

Corda perennem.

Tu recta duces Christe, tu inquā duces
qui præcessisti ouicularū tuarum pastor:
nam & ad te conuersi aspiramus, & prop-
ter te vnicum factis sumus, atq; in te solo
quiescemos tandem. Irquietum est igit
tur languescens hoc corculum nostrum,
donec in te, tanquam in suo fonte princi-
pe, ac principio totum conquiescat, moti-
bus studiisq; suis mirum in modum ar-
dens ad te nititur, anhelat, aspirat, & spe-
rans suspirat, ad te inquam solum, nam
præter te vnum nihil per se est. Tu ergo
solus verè es, & per te ipsum es, & ad te
qui verè solus es, & per te cōsistis, nitun-
tur animi mortaliū.

K ij Eſt

P E R I P E T A S M A

*Est animis nostris ea sancta innata velantes,
Vt cupiant summo semper inesse bono.
Non sic cæcaturabit pecudes natura vagantes,
Sursum, sed vita fertur amator, homo.
Pectori amat queritur Deum, cœlestia dona,
Et sicut, & dulces numinis optat opes.*

Huius desiderij scintillulis, tot insigniū
martyrū animi olī arsere, quos totos certè
non Vulcani fornax, aut folles, aut faces,
aut Cupido lasciuies. sed verus ille diuini
amoris Deus, quē Paulus dilectionis Deū
appellat, imò & dilectionē ipsam suis flā-
mīs succendit. Omnia quippe vicerunt in
eius gratiā qui nos dilexit, & suo colluit
sanguine: perpetuò ad ppositū, videlicet
sursum erectis ac sublatis mētibus, brauiū
aspirantes, sanè ex imo pectori mihi suspi-
ria crumpūt, quoties datur ciuitatis illius
cœlestis meminisse cuius elegantē structu-
rā, nobis velut ob oculos sic descripsit Io-
annes in Apocalypsi. Erat, inquit ille, stru-
ctura muri eius è lapide iaspide, ipsa verò
ciuitas aurum mundū, simile vitro mun-
du, & fundamēta muri ciuitatis omni la-
spide precioso ornata: fundamentum pri-
mum Iaspis, secūdum Sapphirus, tertium
Calcedonius, quartum Smaragdus, quin-
tu

tum Sardonix, sextū Sardius, septimum
 Chrysolytus, octauum Berillus, nonum
 Topazius, decimū Chyzopasus, vndeци-
 um Hyachintus, duodecimū Ameristus
 & duodecim portæ, duodecim Margaritæ
 sunt, per singulas, & singulæ portæ erant
 è singulis Margaritis, & platea ciuitatis
 aurum mundum tanquam vitrum pellu-
 cidū. Paulò post addit, & ciuitas nō egeret
 sole & luna, ut luceant in ea, nam claritas
 Dei illuminabit eam, & lucerna eius est
 agnus, portæ eius nō claudentur per diē,
 non enim non erit illiç. O Ioānis visione,
 relatu dignam, vbi cit̄harē? vbi Lyra? vbi
 derui? & fidess? & Musæ? quibus dēcātari
 celebrarique possit latum & admirabile
 huius visionis mysterium? Porro adiicit
 adhuc, & angelus, ostendit mihi fluuium
 aquæ viue splendidū, tanquā Cristallum,
 procedētem è sede Dei & agni, in medio
 plateæ eius, & ex ytraq; parte fluminis
 lignum vitæ afferēs fructus duodecim, &
 omne maledictum non erit amplius, sed
 sedes Dei & agni in illa erunt, & serui
 eius seruient illi, & videbunt faciem
 eius, & nomen eius in frontibus eorum,
 & nox ultra non erit, & cetera certe
 K iij diu

diu pingetet calamis; diu moueretur te-
 nelli ipsius manus articuli ac nervi;
 priusquam tanti mysterij enarratio; nau-
 seam fastidiumque animo meo adferret.
 O dulce flumen, Oceanus ori insuatis est;
 at tu suauissimum es. Verè ceciñt Psa-
 mographus ille Hebreus: Fluminis impe-
 ter laetificat ciuitatem Dei: Et, torrente
 voluptatis tuae potabis eos. Præterea &
 Elias: Ecce ego declino in eos ut flumen
 pacis; & ut torrens inundans gloriæ gen-
 tium: Sicut ergo ceruus desiderat ad fon-
 tes aquarum, ita te desiderat, & ad te aspi-
 rat anima nostra, o Deus: Quis det labris
 nostris huius dulcis aquæ vel vnicam gut-
 tulam? quam procul distant ab hac suavi-
 tate, ab hoc prædulci melle, Babyloniorū
 fluuij? Ægyptiorum Nilus? atq; ad eò etià
 flumina illa, quæ paradisum terrestrem
 irrigabant? Quid enim est paradisus ter-
 restris? Quid terra illa Palestina, lacte &
 melle fluens? Quid Hierosolyma? Quid
 Roma? quid Constantinopolis? quid Par-
 thenope? quid Lutetia? quid Antuerpia?
 quid campi illi Elysi, si ad hanc cœlestem
 ciuitatem conferantur? Quam frigent, ne
 dicam sordent, omnia quoties in mentem
 venit

venit huius multò splendidissimè ciuitatis, cuius artifex Deus est, viles sunt quippe ei terrena hac omnia, ait magnus ille doctor, qui cœlestia contemplatur rapte sursum animo, & huius summæ felicitatis causa, Paulus ipse omnia ut sacerdota abiecibat. O verè felices mentes quibus in cœlesti illo palatio data est sedes. Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cœlorum. Beati mites, quoniam ipsi possidebunt terram. Beati qui lugere, quoniam ipsi consolabuntur. Beati qui esuriunt ac sitiunt iustitiam, quoniam ipsi saturabuntur. Beati misericordes, quoniam ipsi misericordia consequentur. Beati in mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt. Beati pacifici, beati qui persecutionem perpetiuntur propter iustitiam. Denique beati qui hostium maledictionem, iniuriam, & mendacia pro unico Christo equis animis & patienter ferant. Oter quaterque Beatos, quos Christus, qui veritas est, beatos predicat. Non enim qui seipsum commendat, ille probatus est, sed quem Deus commendat. Huic verè gloria est, cui Deus gloriam ascribit. O felicissimos illas cœdiem pycnè iacolas, hūc tam copiosam esse.

K iiiij ces pa-

ces parata est , nec dici , nec credi potest
quāto gaudio perfundatur animus meus,
quātūsque ignis in mea meditatione ex-
citetur,& exardescat, quoties apud me sic
cogito.Quid est inquam illa copiosa mer-
ces? quanta est? quam suavis est? quæ ipse-
met Deus est,nam sic promittit, ego ipse
ero merces tua magnâ nimis . Magnus es
domine,& tu verè merces es valde mag-
na.Ad hæc quoties sic meditor ac mente
voluo, quæ est illa dulcis vita quæ voca-
tur æterna? Hæc præsens leui, breuiq; spa-
cio transcurrit & absoluitur , æterna, ni-
mirum illa est quæ dies non numerat ne-
anenses,nec annos,nec motus sentit , nec
finem nec metam expectat . O quam adhuc
mirabilis vita , quid est illud bonū quoq;
quod summum dicimus, nisi id quod sur-
perat in immensum quicquid est, aut esse
potest, eo inferiora sunt omnia, illud uni-
cum est, è quo cætera pendent . Quid est
cœlum illud empireum, nisi suauissima &
decora ciuitas, quæ vna omniū bonorum
aggregationem cōtinet & complectitur,
mirum æterna, diuina, dulcissima, pul-
chra, ampla, lucida, spléndida, celeberrima,
& denique selectissima Dei ac diuoxim
Lqcc 21 21 Tedes.

sedes. Quā delectat animum meum fre-
 quens illa meditatio? Fulgebunt iusti ve-
 sel in regno patrie eorum. Et: Erunt om-
 nes sicut angeli Dei. Et: Ego dixi quoniā
 dij estis. Nam æterna gloriæ stola, non se-
 rico, non bisso; non purpura composita
 cōuestiuntur domestici Dei, tunc quippe
 similes Deo erimus, & videbimus eum,
 sicuti est. Vndique circundabit nos diui-
 nae naturæ amictus. O letos dies, o iucun-
 das nuptias, o gaudia verè plena, o veros
 triumphos, o tutos risus, o cœlestes cho-
 reas, o cōuiuia immortalitate dulcia. Quā
 volupe est hac sancta cogitatione hunç
 animum meum adhuc sub sole in hoc so-
 lo barbaro peregrinū, fessos pedes meos,
 & aspero itinere iam fatigatas tibias, cre-
 bro recreare. Interea hic spē beatus viuēs
 patienter ago quoad eo tandem perus-
 nero, vbi per seruatoris mei Christi gra-
 tiā, re ipsa beatus futurus sum aliquando.
 Haud dubiè retunc beati erimus, cum ea
 tutò fruemur beatitudine; quæ vna ani-
 mis nostris yrè & plenè satisfacere po-
 test. Hac tot Cæsares, tot Reges, tot Prin-
 cipes, tot nobiles, tot Episcopi, tot Pasto-
 res, tot ciues, tot agricole, tot mercatores,
 tot

tot Heremicoꝝ ieunijs macrescentes, tot
viduꝝ, tot nautꝝ ardēntibus expectant
desiderijs. Quam multi maluere hic inter
inglorios & viles haberi, quā inter mun-
di fastu inflatos videri superbientes, aut
elatis cornibꝫ, humilioribus suā tenu-
tatem opprobrantes, haud dubiè humi-
repere maluerūt humilibus cōsentīentes,
vt sic sobrij ad subsellia illa ēternitate de-
cora possent attolli. Præterea quot viri
pij ipsa specie ac forma insignes, maluere
ieunijs, studijs ac meditationibus emace-
rare atque eneruare gēnas, & hic viuētes
inter deformiores haberi, quam curiosis
modis aut fuco aut cibo aut potu seruare
formam, vt inter illos angelicos choros,
pūlchri, & mira puritate lucētes post fata
habēantur? Quot etiam ex ijs quibus suā-
fis & lasciuiens erat vxorcula velut in-
uitā carnem à voluptatibus & illecebris
retraxere, vt puri mundiq; sede inter ele-
ctos potiri possent, illius memores quod
est in Euāgelio? Nec nubent, nec vxoret
ducent, sed erunt omnes vt angeli Dei?
Deniq; quot passi summi principes, quot
opulenti ciues, quot imp̄igri mercatores,
contempserē æris & auri acesuos, vt co-
pioso

pioso illo vite melioris thesauro, locupletari tandem possent. Profectò illius Pauli consiliū amplexi, restat ut qui possident, sint tanquā nō possidentes, & qui emūt, tanquā non ementes, & qui habent uxores, tanquam non habētes, eito enim præterit figura huius mundi. Hęc omnia sperarunt prisci progenitores nostri, & hęc ipsa lāti speramus hodie. Quādam porrò desperantis habet speciem, illa vox apud Solomonē. Quis nouit, si spiritus filiorū Adā, sursum ascendat, & spiritus iumentorum descendat deorsum? Præterea & hoc Psalmi: Mei penè moti sunt pedes, penè effusi gressus mei, zelaui super ini quos pacem peccatorum videns, ecce ipsi peccatores abundātes in seculo obtinuerunt diuitias, & dixi, ergo sine causa iustificauī cor meum, & laui intet innocentes manus meas. Si dicebam, narrabo sic, ecce nationem filiorum tuorum reprobaui, hęc enim voces desperantis sunt, & conditio nem piorum quodammodo reprobantur. At charitas omnia sperat. O beatos nos igitur cum Dauidica illa clavis summa illius gloriax ianuam nobis longo itinere fessis reserauerit, tunc lāti ingrediemur in

P E R I P E T A S M A

in amoenissimum deliciarum omnium horum, iucundis vocibus concipientes laudes illius, qui cum nihil essemus pie vocavit nos e tenebris in admirabile lumen suum, sicut audiuimus, sic videbimus in cunctate Dei virtutum, spes enim non confundit, quum in charitas Dei, in corda nostra diffusa sit, idque; per Spiritum sanctum qui nobis datus est. Adhucreat lingua mea faucibus meis, si non proposuero hanc perenne Hierosolymam in principio latitudinem meam, summum gaudium quod olim animo queueret meo, erit tudore, vereque; frui ea coelesti Hierosolyma. Hoc primum, id est, praecepit ut erit gaudium, nam hic fallax & fluxum est gaudiu, illic gaudium plenum est & verum & perenne. Gaudium hoc, quum eo pertigerimus, nemo a nobis tollet, id promisit Christus, non inquam illud a nobis tollent Pseudoprophetae, non Iudei, non Turcae, non lupi, non Cacodemones, non Syrenes, non turbines, non mers, non mæror, non Mars, non luctus. O felix gaudium, quam ardenter illud desiderat, animula mea hic spe languescens, & desiderijs afflita crescentibus? fuquerunt mihi lachrymæ mox, pannes die ac nocte, dum dicitur, ubi dicitur,

dicitur, vbi est Deus tuus? petitis molesti
 vbi sit Deus meus. Deum meū scriptura,
 fide, sacris mysterijs, & spiritu, id est, æni-
 gmate quodam vobis ostendo & ostēdūt
 alij, eum autem in specie, qualē se elec̄tis
 in regno illo suo exhibet. (pro dolor) vi-
 disse nondum mihi cōtigit. Spero tamen
 visurum me olim hilari latoque oculo,
 gaudium cordis mei, Deum mihi vnicē
 dilectum, qui gloria, vita & splendor ani-
 mæ meę erit, cum me hospitio illo suo cę-
 lesti receperit, & hospitium fessis gratum,
 cum dederit dilectis suis somnum, ecce
 h̄zreditas domini, foris canes, & benefici,
 foris vos quinq; virgines fatuę, ne dixe-
 ritis, aperi nobis sponsę, nam is intus cla-
 mat: Amen dico vobis, nescio vos. Foris
 h̄zdi fœdissimum genus: Ite malecti in
 ignem illum æternū, quia diabolo eiūsq;
 angelis paratus est: Discedite à me omnes
 qui operamini iniquitatem, operarij sub-
 doli, qui vos in angelos lucis, trāsfigura-
 tis. Foris idololatræ, scortatores, siccarij,
 proditores, hypocritæ, nihil coinquina-
 tum hanc Hierosolymam ingreditur. Fo-
 ris ille, cui vestis nuptialis non est. Pe-
 reant peccatores ita vt nō sint, que enim
 pars

P E R I P E T A S M A

pars fideli, cum infideli? quæ conuentio
lucis ad tenebras? quæ communicatio
Christi ad Belial? Quam beatus qui habet
partem in glorioſa piorū resurrectione?
Neq; enim resurgunt impij & peccatores
in concilio iustorum, iter impiorum peri-
bit, horum pars erit in stagno ignis ardē-
tis. O dictu horrendam fornacem, in ea
cruiciatur cacodæmon ille, qui ieunum
Christū in deserto varijs insultibus, téta-
uit. In ea Sachan ille fraudulentus qui pa-
tientem Iobum dirè affixit. In ea Serpēs
ille siue Cacodæmon, qui nostri generis
principē illum Adamū, & Euam dulcem
coniugem, astutia & dolo, in mortis la-
queos pertraxit. In ea cruenta illa bestia,
quæ diuo Martino mox morituro appa-
ravit. In ea ſauus ille Dracho, & veneno
tumens, qui diuꝝ illi puellæ Margaretæ,
cæco detentæ ergastulo faceſſebat nego-
tium. In ea serpens ille antiquus fratribus
noſtrorū accusator, qui cōtra Michaëlem,
ciūſque collegas Angelos, depugnare au-
ſus fuit. In ea illi atroces glires ſiue mali
spiritus, quibus vexata fuit olim pia Ger-
trudis, in ea deformia, foedaꝝ illa mon-
stra, quorum roſtra laruz, terribilēſque
vultus

Vultus heremite Anthonio apparuere. In ea hostis ille , qui sacrum virginis Genuefæ, cereum folle nitebatur extinguere, & religiosissimi Alberti lampadé subuertere atq; effundere. In ea horrédi histriones proserpinę fœtus, porci Epicurei, Sarbanapali proles, Veneris pedissequæ, atq; Cupidines, Priapi semen , Saducorum colluuiæ, & id genus pestes, quibus diuina potestas perenem apparauit calamitatem. Proh dolor , quis fornacé diuina accensam structamque manu extinguere queat flatu? aut aquis? aut calce ? aut clypeo? O societatem insuaué , execrabilem, horrendam, trucem ac tristem , ibi fletus, ibi dentium stridor : Neque enim decantabunt qui descédunt in huiusmodi lacū, veritatis tuæ elogia, omnium rerum potentissimè artifex Deus meus , ligatis pedibus mamibuscque, in latebris illis cęcis ac mœstissimis tenebris, in umbra, in caligine, in mortis fauicib⁹, in calamitate , fœtre, fœditate & horrore incredibili perpetuò detinētur miseri, quorū oculis nulli⁹ charitatis radius unquam illuxit. Si enim oculus non vidit , nec in cor hominis ascenderūt, quæ Deus suis præparauit, sanè & à

PERIPETASMA

& à quoquam vix cōcipi possunt flagella illa, quæ scelestos manent post funera. Multa variaque, & acerba peccatoris flagella, inquit Psalmographus : Quāta manus domini, quæ tāgit mōtes & fumigat? quam terribilis? quam incomparabilis? quam potens Deus? quā magnus? at idem quam bonus ijs qui recto sunt corde. Immensas gloriæ diuitias thesaurosque illis aperiens, & clargiens, apud manes illos Stygios, suspiria, eiulatus canū tartareorum, inter quos summus est Cerberus triceps latratus, totū illud infelix Plutonis regnum perpetuò personant, at in cœlo empireo vna vox est lætantium, & vnu cordium ardor. Hic perēnes viuunt, illic perennes moriuntur, quia vermis eorum non moritur. Ibi

Mors flentes oculos claudere faua negat.

Quando audient aures nostræ, hic iam nugarum & mendaciorum saturæ, iucundam illam quam perpetuò angelici chori decantat̄ vocem, Halleluya. Ceciderunt, inquit Ioannes, seniores viginti quatuor, & quatuor animalia, & adorauerūr Deū sedentem super thronum, dicētes, Amen, Halleluya. Et vox è throno exiuit dicēs:

Laudem

ARGUMENT. INSIGNIVM.

Laudem dicite Deo nostro omnes sancti eius, & qui Deum timetis pusilli & magni, & audiui quasi vocem tubæ magnæ, & sicut vocem aquarum multarum, & sicut vocem tonitruorū magnorum dicētium Halleluya : quoniam regnauit dominus Deus noster omnipotens, gaudeamus, & exultemus, & demus gloriā ei. Vox exultationis, & latitiae in iustorum tabernaculis. Laudes Dei in gurgite eorum . Ibi virgines, senes cum iunioribus , iunctis mira concordia canticulis, domini collaudant nomen . Ob cuius honorem & gloriam merito omne debet flecti genu . Ibi in voce exultationis, & cōfessionis sonus epulatis. Nuptiae enim agni venerunt, & vxor eius præparauit se . O verè beatos, quoties id dicam? qui ad cœnam nuptiarum agni vocati sunt ? Ibi delitijs affluit conuiuiū, immortales sunt conuiuez. Quā mellifluus, quam dulcis , quam clarus ibi calix inebriás? Ibi sese præcingit Christus, & qui eo intrant, hos protinus iubet discumbere , atque transiens ministrat illis. Ministrat enim non Beluēse vinum, non Maluaticum , non vinum apud Græcos, aut Italos , aut Hispanos , aut Germanos

L natum,

P E R I P E T A S M A

natum, nō Lesbium, non Rhodium: Nam
qui ex hoc biberit, iterum sitiet, sed verè
mellifuum, & cœlestem illum liquorem
administrat, cuius suauitas, regū delicias,
omne nectar, & Ambrosiam superat. Vi-
num, inquam, illud cuius suis antequam
cœlos peteret, mētionē fecerat. Dispono,
inquiēs, vobis locum, ut sedeatis, & eda-
tis, ac bibatis ad mēsam patris mei in reg-
no meo: ibi verè gustant omnes quā suau-
tis sit dominus, beatus vir qui sperat in
eo. O canticum iucundum Halleluya. O
cœlestem mensam tantis instructam deli-
tijs, ð immortalitatem optatissimam qua
fruūtur electi ciues. O speculum sine ma-
culâ, numen illud cuius splendorem per-
petuò intuentur incolæ illi cœlici. O ad-
mirabilem domum, ð suaue viatoribus
peregrinis hospitium: vbi per gratuitam
numinis benignitatem, perpetuò refoci-
lati hilares conquiescunt. O gaudium im-
mortaliū spirituum, nullius tristitiae ob-
scuratum nube, aut tristicaligine. O in-
tegras delicias, ð fœlices tutasque opes, ad
quas collatæ Cresi, Midæq; gazzæ, sordes
sunt, fœces sunt ac simus. Quam iuuat hic
pauperiē ferre ut ea gloriæ scrinia rādem
possi-

ARGUMENT. INSIGNIVM.

possideamus? Quā volupe ēst in hoc pē-
lago tēpestatibus ac procellis, circumagi,
& iactari, vt ad illum tranquillū pōrtum,
fausto perueniamus sydere? Quam dulce
est, hic sitim, famem, cœli iniurias, homi-
numque contumelias, & odia pati, vt ad
thesauros illos verè fœlices possimus per-
tingere? Quā suave fuerit multis abiectis
illecebris aulicis, & regijs delicijs, pane
furfuraceo, herbis, fabis, & legumine ves-
ci, vt ad vitæ illius cibos tandem euocen-
tur? Non enim condignæ sunt pāssiones
huius temporis ad futurā gloriam illam,
quæ in nobis reuelabitur: quum creaturæ
expectatio reuelationē filiorum Dei ex-
pectat, vt Paul⁹ loqtur. Creatura quippe
ipsa liberabitur à seruitute corruptionis
in libertatem gloriæ filiorum Dei. O pa-
triam ijs amicam, qui Christo amici sunt.
O libertatem, ibi erugo non demolitur
thesauros, ibi tinea non coſtrumpit, ibi fu-
res non effodiunt nec furantur, ibi à mor-
te, ab Orco, ab Aquilone, ab Austro nihil
periculi, ibi Arthesijs, aut Hannonijs ti-
morem non incutient Gallorum tela &
insultus: nec rursus, ibi Gallis ipsis quic-
quam erit à Burgūdicis périculi. Ibi Italij

L ij à Pelagi,

PERIPETASMA

à Pelagi Tiberisque vndis spumantibus.
Periculi quoque nihil erit, nec Hispanis à
Mauris, nec Hungaris à Turcis, nec nautis
à mōstris, Syrenibus, Charybdibus, Scyl-
lis & tempestatibus, Nec Batauis, nec Ze-
landis, nec Britannis ab Oceani inundationibus, aut piratis ducisque Neptuni
prædonibus.

*Gensibi Burgenfis nec sua stagna bibet.
Lacus, lētāque vada, facile posithabebunt
omnes mellifluis illis in vitam æternam
subſilientis aquæ riuis. Ibi grando cru-
delis vineas non tundit, ibi non mergit
pluuiia, ibi perennis ætas, formosaque
omnia, ac florida, ibi omnia perpetuò
vernant, perpetuò virēt, perpetuò florēt,
perpetuò ridēt, perpetuò viuunt, ibi non
tales horti, quales Alcinoi dicuntur, sed
sanè multò vberiores sunt, & ijdem sua-
uiores: Ibi non talis agellus aut hortulus,
qualem sic Maro carmine describit.*

*Hortus salubres corpori præbet cibos,
Variosq; cultus ſæpe cultori refert
Holus ſuane multiplex herba genus,
Vnas nitentes, atque fætus arborum,
Non defit hortis & voluptas maxima,
Multisq; mixta commodis iucunditas.*

Aqua

ARGUMENT. INSIGNIVM.

*Aqua strepentis, vitreus lambit liquor,
Sulcoque ductus irrigat riuus sata,
Flores nitescunt discolore gramine,
Pinguatq; terras gemmeis honoribus
Apes susurro murmurant gratæ leui,
Cum summa florum, vel nouos rores legunt,
Fœcunda vitis coniuges vmos grauat,
Textas ve inumbrat Pampinus barundines,
Opaca præbent arbores umbracula,
Prohibentq; densis feruidum solem comis.
Aues canoros garrulæ fundunt sonos,
Et semper aures cantibus mulcent suis,
Oblectat hortus, aduocat, pascit, tenet,
Animoque mœsto demit angores graues,
Membris vigorem reddit, & visus capit,
Refert labori pleniorum gratiam,
Tribuit colenti multiforme gaudium.*

Elegas quidē & suavis hortulus hic nobis describitur, sed dei & diuorū, & angelorū illud regnū multò ameni⁹, multo dulcius est, multò pulchri⁹, multò elegātius, multò cōmodius ac florēti⁹. Ibi immortales vite flores ppetuò placēt, & mire arridēt, ibi null⁹ fratri stomachatur suo, null⁹ ei dicit Racha, null⁹ fatue: Ibi nec atra bilis, nec vllū amaritudinis somētū, null⁹ pūillorū exugit venas, aut plenas ære crū-

L iii menas,

P E R I P E T A S M A

nullus fallit, nullus litibus exagitat proximum. Hic anni crudeles, hic immitia mortis, hic aliquoties verum experimur illud, Homo homini demonium, homo homini lupus, atque adeò quidam ita Christiani esse desierunt, ut propemodū etiam homines esse desierint. Quis hic sibi promittat speretq; aliquādo fore, ut syncerū & aureum illud genus mortalium ἡγετῶν πριστῶν. Præterea ibi nec spinæ, nec sentes, nec cardui, nec herbae veneno noxii, ibi nec topica, nec rupes, nec silices, nec cornuti montes, nec leonum dentes, nec voracissima lupoī guttura. Quid multa? Gloriosa dicta sunt de te ciuitas Dei, ciuitas verè aurea, ciuitas magni precij, ciuitas pacis, ciuitas gloriæ, ciuitas vitæ, ciuitas mira amoenitate pulchra, ibi nullus Astronomus suis coniecturis exterabit pectora, nec ciuibus pestē, nec famem, nec discordias prædicet, neque hęc quoq; villa sinistra causa prædicet ab ilice cornix. Omnia ergo ibi tuta, omnia libera, omnia quieta. Languescit mens, dum hęc scribo, dilesitos illos illius vitæ dies? si modo dies dicendi sunt, quām suavis & decora aula illa cœlestium spirituum, cuius postes ac columnæ,

ARGUMENT. INSIGNIVM.

columnæ, æternitas est, & in qua nihil est
quod non verè quiescat, ac liberè viuat.
Quid enim deest ei qui liberè deo fruatur?
Hic nunc mundo utimur, illic Deo fruemur.
Sunt hic in via complusculi, quibus
quotannis redeunt mille aurei. Sunt qui-
bus ampliores cœsus: at quis etiam regios
redditus conserat, ad hoc summum æter-
numque bonum? Hic incerta omnia, &
veluti dubio, aut conjecturis suspensa,
rectaque: quum ignoret homo viator, si
amore vel odio dignus sit, illic omnia in
lumine manifestantur: Hic, nobis accini-
tur. Tene quod tuum est, ne coronâ tuam
accipiat alter. Illic: Gaudiū vestrū nemo
tollet à vobis: quanquam ne hic quidem
nisi velimus villo hostiū furore, aut tem-
pestatum iniurijs, animorum qui Christo
innituntur quies, gaudiumque amouesi-
queat, quum nemo, nisi à seipso lèdatur:
sed multo tutius est in portu tam quieto
confistere pede, quam adhuc circummagi
marinis ac feris vndis. Hic solus ex parte
cognoscimus, at quū euacuatū erit quod
ex parte est perfectus, præg; nobis iacit
cognitio, perfectus ordo, perfectus erga
Deum creatorē patremque amor, à quo

L. iij multos

PERIPETASMA

multos (proh dolor) hæc peregrina caro,
concupiscentiarum stimulis conatur au-
care, spiritui nimisrum inimica, infirma,
languescēs, pigra, frigida, difficilis, surda,
caeca. Ah quis nos liberabit ab hoc mortis
corpusculo? Gratia Dei per Iesum Chri-
stum dominum nostrum, perficiet quod
naturę deest, gratia: naturam sursum eue-
het, ditabit, ac beabit gratia: gratia dei vi-
ta æterna per Iesum Christū, gratia qui-
ppe & veritas per Iesum Christū facta est.
Territ nos scelera, consolatur gratia:
perdere pergit malorū gurges, gratia vo-
cat et expectat ad resipiscientiā, & palino-
diā & noxas oēs condonat gratia, deniq;
nos Deo proximos asciscit gratia, gratiā
& gloriā dabit dominus. O Deus, quanta
est hic sub sole gratia ista tua? quanta illa
gloria? Hic quidē gratiæ munuscula sus-
cipimus, ibi gloriæ insignia nos manent.
Quā incredibilis gloriæ splendor circum-
fulgens, excepit Christum sursum ascen-
denter, mox patri dextrū sessurū. Iuxta
illud: Ascendit Deus in iubilatione? Quot
gloriæ radijs resplēduit virginum decus,
purissima virgo mater Maria, dū in thro-
num illum coelestem, cœli terræq; regiæ
eucœcta

ARGVMENT. INSIGNIVM.

euecta est? Quōt quātāsq; gloriæ delitias
læti sentire degustareq; cœperūt Apostoli
ac martyres, alijq; pij dum è medio mor-
tis ac molestiarū erepti, aulā illā æthereā
fœliciter sunt ingressi? Andreas è cruce?
Laurētius è craticula? Sebastianus è sagit-
tariorū manu? Adrian⁹ ex incude? Antho-
nius è specu herem⁹? Bernard⁹ è cœnobio?
& alij plurimi, qui humili⁹ animis Chri-
sto seruiere? itaq; has summas æternitatis
illi⁹ delitias piè nobis elargiri velit Chri-
stus, per cuius crucem, ad has nostro huic
humano generi iter structum est et admi-
zabili paratum misericordia.

Apodixis fidei & Euangely.

Ribus mortalium nihil perni-
ciosius quā vel non sana mēte
de deo ipso opt. Max: sentire,
vel de summa eius bonitate
corruptè iudicare. Ex hoc ni-
mirū fonte orbi emanauit, execranda illa
prophanorū, infideliū, paganorū, idolola-
tarū, etnicorū, & turcarum contra cœle-
ste numen rabies, quæ simul secum om-
ne perfidiæ, maledicentiaz, blasphemiazq;
aduexit genus, vt optimo iure in talēm
tamque

PERIPETASMA

eamque infamem canum colluuiem, Psal-
mographi nostri versus illi competere
possint: Quare fremuerunt gentes & po-
puli meditati sunt inania? Altiterū reges
terræ, & principes, populi conuenerunt
in vnum aduersus dominum & aduersus
Christum eius . Qui habitat in cœlis irri-
debit eos & dominus subsannabit eos. Is
enim regnauit, irascatur populi, sed quæ-
so quæ vobis fremendi occasio gentilitij
populi ? Quorsum fremitus ille vester
tantus? Quid racha è spurcissimo euomit
ore? Cur inanis est vobis animus? cur pe-
ctus inane? cur os? cur colloquiū? cur con-
silium inane vobis est ? Deus quippe re-
probat cogitationes populorū, quia vanz
sunt. Et vt fortitudo contra dominū non
est, neque profectō etiam consilium est,
neque sapientia. Quid igitur inania me-
ditamini inanes gētes & inutiles? arbores
infructuosæ? bis mortuæ? nubes sine aqua
à quois vento leuiter huc & illuc circu-
latæ ac pulsæ? Quid perpetuò inani pedes
vagamini, & sibi blanditur ac falsò men-
titur iniquitas? Quo animo de Deo ipso,
eiusque Christo sentis ? Vanus quippe est
is, in quo nulla Dei scientia subest. Caro
est,

est, sœnum est, nihil est. Quis solem firmamēto ipsi affixit? Quis stellarum frequēti cōcursu noctem reddit lucidam? quis aggeribus Neptuni flumina gurgitēsq; cingit? Quis efficit ut oboriātur segetes primo, deinde herbescant & postea flauescant ad messem? Quis arbores? quis frutices? quis gramina? quis aues? quis animantia in species & formas distinxit? Nōne Deus ille qui è nihilo quicquid vſquam rerum est admirabili sapientia formauit & condidit? Nōnne, inquā, is cui sua omnia curē sunt? qui gubernat? qui administrat? qui incredibili quadam abstrusaq; prouidētia tuerur, fouetq; rerum ordinem? Quis artifici huic summo persuasit ut huiusmodi opera, tanta tamq; admiranda conficeret arte? Quis eum consilio aut viribus iuuit suis? Quis certo scit quo annorum spatijs perdurabit orbis moles rerum omnium theatrum vnicū, & insigne quoddā vestigium quo dignoscitur sempiterna cœlestis opificis diuinias? et per cuius operat, vt inuisibilia Dei palam, nimirum per ea quæ facta sunt visibilia conspiciantur & cōspicua apparent oculis mortalium, ita vt inexcusabiles dicendi sint qui ad æterni

PERIPETASMA

æterni illius numinis cognitione tantis iam
prouocati adminiculis, totque in uitati be-
neficiorum generibus, tandem non per-
uenerint. Neque enim è mortalibus quis-
quam æternum disperit nisi suo marte &
arte. Quæso quid causæ est quod gætitiae
nationes sic vocatæ sunt? Cur gen' incre-
dulum nuncupantur? Quæ tandem huius
noméclaturæ origo? Nónne quia ab Ada-
mo communi nostri generis principe di-
manantes, non dedere operam ut Adami
ipsius pulcherrimique orbis totius cōdi-
torem, & verè agnoscerent, & pura cole-
rent mente? sed in ipsis (ut loquitur Pau-
lus) euauerunt horū philosophi sapien-
tésque, perpetuè ea solum prospicientes
quæ sub hoc sole nascuntur & eueniunt.
Nimirum cœlestis illius olympi immemo-
res & earum rerum, veluti negantes na-
turam, quas vel oculo corporeo nō aper-
tè cernunt, vel manu non contrectant, fa-
miliariter vel ingenij mentisque acumi-
ne non assequuntur. Quum fides sit que-
dam substantia rerum sperandarum, ar-
gumentumque non apparentium, virtus
est inquam, qua fit, ut ea credamus, quæ
nec videmus, nec sensu nativo perspicua
tanquam

tanquā reliqua crassiora quæ naturæ ob-
 iiciuntur, apparent. Quippe si ratio ipsa
 sola naturali lumine, eo perueniret pene-
 traretque quo fides rapit & euocat, si in-
 quā caro & sanguis eo recta perducerent,
 quale illud Dei donum esset. Nam fides
 Dei donum est, ne quis glorietur, itaque
 summum ac singulare mortali homini è
 cœlesti illo flamine munus arbitror aditū
 esse, quo mens sic purè illustrata est vt in
 eum assensum assurgat, Reuelationibus,
 promissionibus, arcanisq; cœlestibus con-
 sentiat humilis, sic sese in Christi obse-
 quium captiuás. Heus tu cæca gens, quid
 tandem agis? quid moliris? quo niteris?
 quo aspiraris? quum diuinam illam ma-
 num & negas & temnis cuius tres digiti
 te totā qualis es è vili terræ limo finxere
 tantaq; destruis, quum hoc prauo animo,
 conditorem istum tuum, vt sapientissi-
 mum ita & potentissimum abijcis? In eo
 planè mouemur & sumus. Est deus in no-
 bis, agitante calescimus. Sed dixit impius
 in corde suo, non est Deus. Corrupti sunt
 & abominabiles facti sunt in studijs suis
 plurimi, Sydera sunt, Phœbus & Phœbe
 lucent, Oceanus vndas conuoluit, fata
 viuunt

PERIPETASMA

viuunt clamas, & adijsis , non est Deus,
nec est scientia in excelsō? verè homo mé-
dax est qui Deo suo viuo, ac sibi etiā mé-
titur. Verè mentita est iniquitas sibi, Ori-
genes, Hieronymus, Orosius, Lactantius,
Augustinus, Arnobius, Seneca, Boetius,
Prudentius, Basilius, alijq; innumeri viri
summo præditi ingenio eruditioneque,
vos gentiles, vestris aptissimè depinxere
coloribus. Et Hadoletus episcopus Car-
pentoractensis exponens Psal. 93. quantis
machinis hos reuincit qui negat Deo esse
curę res mortalium? Quantis argumentis
contra hoc stupidū genus pugnauit olim
Cicero cum alijs complusculis locis tum
potissimum in Tusculanis quæstionibus,
quanta constantia prudentiaque Socrates
Philosophorum decus? nec mediussidius
in ea naui, nec in ea sententia solus est So-
crates, aut Tullius, aut Plato, aut Aristote-
les, nec hanc cantionem decantant nobis
solum Lactantius aut Arnobius , aut alij
quorum tamē multitudo numerum ex-
cedit. Verum etiam ipsi cœli enarrat glo-
riam Dei & opera manuum eius annun-
ciat firmamentum. Diésque diei verbum
eructat, ac nox nocti scientiam indicat, vt
librorum

ARGVMNT. IN SIGNIVM.

librorum loco vobis esse possint tot præ-
clara admirabiliaque, quæ nusquam non
parent, vnius Dei opera. Intelligite insi-
pientes in populo & stulti, quorū numer-
rus infinitus est, aliquādo tandem sapientē.
Cæci intuemini ad vidēdum, quid imme-
mores vnius summi rerum omnium arti-
ficiis ad idola muta confugitis? vel cur sibi
quisque eos fabricatur domi? quid magis
impium quid plus habet insaniz? quam
summum illum cultum qui haud dubiè
vni Deo debetur, muscis aut columbis
impendere? Siquidem Ægyptij, ut habet
multorum literę cepas & allium olim co-
luere. Indij proceras maximāsq; arbores
deos dixerunt. Sirij pisces & columbas
adorarunt. Troglodytæ etiam testudines,
Heliopolitani bouem, Memphis vac-
cam, Lentipolitani Leonem, Mendeusij
capram & Hyrcū, Lycopolitani lupum,
Thebani aquilam, alij pecuniam reginam
vocarunt. Reginam inquam deorum.
Aphrorum Deus, Mopsus erat, Mars. La-
tio venerandus erat, quia præsidet armis
quam impij gentilium & idololatrarum
cultus? blasphemiaz genus execrabilius
esse non potest apud Lacedæmonios' co-
lebatur

P E R I P E T A S M A

lebatur armatha & Delphis, Saturnū pro
 Deo habuere Leucades & Carthaginēses
 Heliopolitz ac Scytz, Hiperborei ac Mi-
 leſij solem vt numen venerabantur, huic
 quoque; sacri fuere, vt testatur antiquitas,
 Cinthus, Phaselus, Parnasus, Delos, Cla-
 ros etc. Mercurij cultores erāt, Archades,
 Hermopolitz, Ægyptij ac Memphitz.
 Thaurica Scytz gens, Lunam colebat,
 idque; sub Dianz titulo, Vesta Troianorum
 fuit Dea, huic attribuūtur Phrigiz mon-
 tes, Ida & Dindimus, Iunoni summos ho-
 nores deferebant, Carthago, Prosenna,
 Samos insula & Phalisci populi, Nepru-
 no tanquā Deo dicata fuit tota Orchestus
 vrbs, & Beotz, & Troezenij populi, &
 Tenarus Laconiz promontorium. Quis
 tādem tot deorū illorum laruas vel dictu
 horrendas scripto complectatur? summa-
 tim dicam omnium gentium dij dæmo-
 nia, dominus autem cœlos fecit. Domini
 sunt cardines terræ, is super eos orbē po-
 sit. Domini est terra & plenitudo eius.
 Sapientia eius eruperūt abyssi, tāgit mon-
 tes & sumigant. Producit in montibus
 sœnum, dat herbam seruituti hominum,
 & pullis coruorum escam largitur. Huic
 igitur

ARGUMENT. INSIGNIVM.

Sigitur benedicat omnis spiritus, hūic benedicat Sol, Luna, stellæ, imber, ros, æstas, ver, nix, glacies, ipsi fontes, & omnia quæ perambulat per maris semitas. Huic etiā ipsi angues, ipsi dracones benedicat, etiā dyspsas, etiam seps, etiam basiliscus, etiam prester, Scorpio, Narcus & quid non? Sic orbis insaniebat olim, ut hoc vere uno numine contempto, sibi quisque ydolum pro arbitrio statueret, ah quam varia filiorum illius Adami nostri generis principis studia? quam cęca? stolida? surda? stupidaque iudicia? quam facile rapiuntur in amentiam? quam misere degenerat mentes ab integritate illa prima? quam primo indiderat homini diuina virtus? quot nungamēta peperere ztates? quibus iniurijs? quantis cōtumelijs? quam execrabilis fœdaque blasphemia hactenus tot annis asserere Deum cæci illi mortales, idololatriæ, quē nec certo nouerunt, nec ut summum rerum ens sancte colunt? Quis credidisset hanc creaturam tot dotibus claram? tot ornamentiis celebrem? & qua nobiliorem nullam sub sole reperimus eodem dementiæ & vesaniæ potuisse prorumpere, ut etiam honoré aliquando negaret,

M subtra-

subtraheretq; suo æterno patri à quo ge-
 nita est? Harum rerum testes sunt, nequid
 per nos fingi videatur gentilitij ipsius po-
 puli mores, totque libri infidelibus editi,
 scriptoribus. Quātam horum multitudi-
 nem fortè alit amplissima illa orbis pars
 Asia? Quantam Aphrica? aliæq; regiones
 quædam? quæ multa terrarum mole &
 intercedine à nobis dirimuntur? preclarè
 illud diuus Paulus, ut cætera omnia Deus
 huius seculi infideliū excæcauit metes,
 ut non effulgeat illis illuminatio euange-
 lij gloriæ Christi, & illud: Obscuratum est
 insipiens cor eorum, Quam affine est &
 hijs illud Psalmographi: Homo iumentis
 insipientibus comparatus est, & illis factus
 similis. Porrò equo, leopardo, mulo, boui,
 leoni, vrso, cani, quod bestiæ sint rationis,
 iudicijque luce carentes, non datur dede-
 cori, nec illis quisquam quod natura tales
 sint, opprobat, sed quod homo velut ex-
 tra se decidens, iumento fiat similis, id illi
 ignominiæ turpidinisque parit multum,
 ino quo quis iumento boueq; inferiorem
 se profitetur, qui bouem ut Deum colit.
 Numen enim nobis aliquid excellentius
 esse existimamus. Euge quā varias deorū
 formas

ARGVMEN^T. INSIGNIVM.

formas ac species canunt, crepāt, sonitāt,
 obijciuntq; nobis aliquot poetarū opus-
 cula, veterumq; oratorū scripta? Verum
 si quis secum perpendat, quam fabulosa
 sint omnia quæ de suo marte, aut Priapo,
 aut Mercurio, aut Diana, aut Cerere, aut
 Pallade, aut Hercule, alijsq; stultè nagan-
 tur, & effutiunt, quis nō statim fucorum
 & mendaciorum impatiens, exsibilet, ex-
 plodatque fumosos nugones? Quales tan-
 dem sunt dij illi, de quibus tot locis, tam
 impudenter garriunt veteres poetæ, in
 quibus etiam ea vitiorum genera reperi-
 re est, ob quæ vel ipsi homines (genus ta-
 men vt ipsi volunt humilius) taxari pu-
 nirīq; legibus ac iure possent? Ah quid vī
 riū habet Mars? Quid alacritatis aut fœ-
 licitatis Mercurius? Quid Iuppiter verū
 aut æqui? Quid fœcunditatis Priapus?
 Quid suaue Bacchus? Quid roboris aut
 virium Hercules? Quid elegans aut dulce
 Belial, aut Beelzebub muscarum Deus ac
 Præses qualis à suis vocatur? Quid delitia
 sum venus? Quid prosperitatis, addidit
 Ephesijs sua magna Diana? Hi dij ò perdē
 tæ nationes mendaces, sunt vani, steriles,
 exaci, muti & nihil, imò dij nō sunt. Nam
 M ij vnuſ

PERIPETIASMA

vnus solum omnibus Deus est , quem sic
diuinus ille Paulus Romanis quos antea
hac idololatria cecos & miserè obscuratos
fuisse haud ignorabat . Magnifice cōmen-
dat ac totis buccis sic prædicat . O altitu-
do diuinarum sapientiæ & scientiæ Dei,
quam incomprehensilia eius iudicia sunt
& inuestigabiles viæ? Quis enim cogno-
uit sensum domini? aut quis eius fuit con-
siliarius ? quoniā ex ipso & in ipso & per
ipsum sunt omnia . Ipsí gloria in secula se-
culorum , Amen . Hic summa illam cau-
sam quæ reliqua omnia monet , & ex qua
vnica creaturæ inferiores pendent , aper-
tissimè reperis . Porrò vterius progredi,
dum rerum causas excutit , nullus potest
philosophorum , quum sit summum ens
entium & animorū scopus . Hic est Deus
ille vnus qui omnia in omnibus est , hunc
nosce immortalitatis radix est , consum-
mataque iustitia , ait Sapiens . Sperent cla-
mat Psalmog. ille rex : In te domine qui
nomē tuum nouerunt . Haud dubiè æter-
num dispereunt omnes hij , ad quorum
oculos , huius viuæ lucis nullus radiolus
peruenit , non putent sese excusari posse ,
etiam si interim clare vociferentur sibi
cuau-

ARGUMENT. INSIGNIVM.

euangelij concionatores non fuisse mis-
sos, quum sat sit causæ qua damnetur, ori-
ginalis illius peccati occasione. Neq; vlla
quoque vitæ melioris illis etiam superest
spes qui fatentur sese Deum Patrem fide
colere ac venerari, nisi quoque cœlesti il-
lud vnici eius nati euangelium ambabus
(ut dici solet) recipient & amplectantur
vlnis. Nam etiam Saracenorū, quos olim
nōnulli Agarenos nominarūt colluuies.
Quid habet præclarum quo se iactet, quæ
Christi negat crucem? & clavos? & spinas?
& vulnera orbis remedia? sane qui filio
incredulus est, nec Patrem nouit, teste
Ioanne: Et qui non honorificat Filiū,
nec Patrem honorificat qui illum misit.
Quum hæc sit vita æterna, vt cognoscant
te Deum verum & quem misisti Iesum
Christum. Euge: Quid agit iam Mahume-
tus ille horrendum Antechristi simula-
chrū apud Stygios manes? qui olim à suis
dum sub hoc sole prospere ageret tanto
in precio habitus est, vt & summus quidā
princeps simul & Dei vates incompara-
bilis putaretur? Huius sepulchrum miris
honoribus spectabile aiunt arte quadam
suspensum & multis, hoc est suis esse mi-

M iij raculi

raculi loco. Deinde quid Solymannus ille
 fero x? alijque turcarum reges promoue-
 runt, dum Christi ignorant Euangeliū?
 Certe huiusmodi qui olim inter suos ma-
 gni clarique habiti sunt, in calamitatum
 auernum, vnde gradū reuocare hoc opus
 hic labor est, detrusi infelices lugēt, atq;
 in inferno positi sunt. Mors depascet eos.
 Nam qui non credit iam iudicatus est,
 quod tenebras potius quam lucē ample-
 etatur & mēdacio potius adhibeat fidem
 quam veritati. Creaturamque diligētius
 colat, quam ipsum creatorem, cui sit æter-
 nū decus & gloria. Vnde accidit arbitror
 vt quum primo hisce infidelibus, aperi-
 dum esset admirabile illud humanz re-
 stauorationis mysterium, & euangelij sacri
 dogma initio proponēdum, annis multis
 non potuerit, hoc est noluerit rebellis in-
 solēnsque orbis eo adduci, vt christiana
 veritatis præconibus fidē adhiberet. Re-
 luctabantur humanz ceruices, recalcitra-
 bant cerebroſi, Nam caro concupiscit ad-
 uersus spiritum. Irridebant & conculca-
 bant Christi legatos idololatræ, neque ita
 factu facilè fuit è lapidibus fuscitare filios
 Abrahæ, & eos omnes qui tenebræ erant,
 ita

ita' subito conuertere , vt fierent lux in domino: idque iuxta illud , quod si operatum est Euangelium nostrum , in ijs qui pereunt, opertum est. Cui sententiaz accinuit & Esaias: Domine quis credidit auditui nostro & brachium domini cui reuelatum est ? Neq; minus magnanimos expertus est orbis euangelij nuncios , quam olim fuere Romani illi è quibus vnū adducunt historiaz, qui vt ingenio rempublicam ab hooste liberaret ardentibus carbonibus manum superposuit, sic eam totam exuri patiens & obfessoribus declarans cum quam animosis ciuibus illis lis esset. Ita euangelici legati quid non tulere pro veritate? Præmebatur Ecclesia, clamabat vt parturiens. Affligebat Ægyptij illi nouos euagelicosque Israelitas, qui circuncisi erat circuncisione nō manufacta, sed spiritu dei viui in expoliationem carnis. Denique sacros illos vtres diuini numerinis, spiritusque plenos confringere ac dilacerare visus est hic impi⁹ orbis. Quid plura? proh Deum atq; hominum fidem? proh pudor, proh dolor , quanto , prima illa christianaz fidei radix, huius paganitatis aut Iudaicaz superstitionis occasione

M iiii maduit

PERIPETASMA

maduit sanguine? Quot martyrum milia
 gemuit? Quam acerbam & calamitosam
 pijs omnibus præbuit tempestatē? Quam
 mirè contrarij nauiculæ erat venti? quam
 dire rugiebat boreas? Quot Christi ouicu-
 las deuorarunt lupi? Quantum sanguinis
 suxerūt tygrides horridum animal? Quæ
 platea? quod rus? nō rubebat cruore apud
 Romanos? Græcos Afros? & Asianos?
 Neque hic Remi illius aut Lucretij, aut
 Iulij Cæsaris cruentum fusum quærimur,
 sed sanctorum qui templo spiritus sancti
 fuere. Agedum, Clemens, Cletus, Ana-
 cletus, Euaristius, Alexáder, Sixtus, The-
 lesphorus, Higinius, Pius, Anicetus, Sote-
 rus, Eleutherius, Victor, Sepherinus, Ca-
 lixtus, Vrbanus, Pontianus, Autherus,
 Fabianus, Cornelius, Lucius, Stephanus,
 alijque è summis illis ac primis pontifici-
 bus plurimi, quid molestiarum nō tulere
 dum paganitatis ipsius spinas euellentes,
 fidem initio plantant in steriliissimo hu-
 ius orbis horto? id est, in altis hominum
 pectoribus? sedemque apostolicam inde-
 fessi tueruntur? Quanta diligentia euelle-
 bant cæci orbis errores, stuporemq; cras-
 sum Dionysius Alexádrinus, Gregorius,
 Neo-

ARGUMENT. INSIGNIVM.

Neoczsariēsis, Thaumaturus, Cyprianus,
Arnobius, Origenes, Methodius, Eubul-
lius, Eusebius, Appollinari^o, Victorinus,
Hilarius, Iuuencus, Athanasius, Eusebius
Emissenus, Theophilus Alexandrinus,
Basilius, Prudentius, Isidorus, Irenzus,
Damasus, Palladius, Hieronymus, Augu-
stinus, Marius, Victor, Ciryllus, Fulgen-
tius, Gelasius, Faustinus, Phocius, Olym-
piodorus, Oecumenius? Genadius, Pachi-
meres, quoties inquam sudarunt vineæ
tuæ cultores pater, familias optime Iesu?
Paulus plátauit, Apollo rigauit, Deus au-
tem incrementum dedit. Deus inquá, qui
dixit: E tenebris lucem splendescere, &
cuius est operarios in vineá mittere, con-
stitueréque idoneos ministros noui testa-
menti, non litera, sed spiritu, Inter quos
alij Apostoli, alij nobiles in Apostolis,
quibus Apostolica quædam gratia data
fuit. Alij euangelistæ, alij pastores, alij do-
ctores. Quis tenet horum omnium insig-
nium cultorum catalogū manuscriptum?
Quis dinumeret multitudinē stellarum
quæ in perpetuas lucebant æternitates,
iuxta Danielis vaticinium? Quis pluviæ
guttulas numeret? quis vase etiā ampli-
fimo

sumo metiatur capiatque omnes diuinæ
 gratiæ guttas? varij sunt nuncij, & inter-
 nuncij & legati. Varia sunt donaria. Diues
 enim Deus est in eos omnes qui inuocat
 illum. Sed ô dolor, ô lachrymæ quam in-
 domita nationum barbaries? coelestia illâ
 summâque mysteria initio capere nō po-
 terat, præduriōr illa ætas, & ob id diuos
 Christi legatos crudeliter trucidauit.
 Dic Roma, vbi Pauli sanguis, quam fu-
 dit Neronis gladius? Vbi Petri crux &
 carcer, aliorumq; tot martyrum cruoress,
 quos olim gentiles diffudere tui? Vbi
 craticula illa qua immaniter Laurentium
 discruciaſti? Hierosolyma quoque vbi Ja-
 cobi Apostoli episcopi tui corpusculum?
 cur tot euágelicos præcones, cur tot pro-
 phetas ſera belua dilaniasti? Cur ô misera,
 & ipsum martyrum vnicum decus Dei
 filium Iesum Christum orbis assertorem
 & sanctum seruatorem, inter sceleratos
 mediū cruci affixisti? vt dictu verum fit
 illud Propheticum: Facta est mihi hære-
 ditas mea quasi Leo in sylua, ait Domi-
 nus. Et vbi cacabus igne ac sulphure cre-
 pitans, quæ Quiriaco paraueras? Eia Con-
 stantinopolis regum sedes, Num & tu
 multorum

ARGUMENT. IN SIGNIVM.

multorum martyrum sanguine mergeris?
Heus tu Lutetia, vbi Dionysij illius Are-
opagit discipulorumque eius cruor, que
dum idolatria cæca furens, in ignotum
Christum sœuis; truculéter exuxisti? Cur
Cosmæ & Damiani corpuscula in Secanę
tuæ vndas præcipitasti, & inde illa rursus
miraculosa virtute exiliëtia occidisti im-
maniter? Colonia Agrippina, ciuitatum
decus, cur eodē die voravit portus Rheni
tui vndeclim virginum Christi spōsarum
milia? Id te inuita factum norunt omnes
per hunnorū, qui muros obsidebāt tuos
furorem & vesaniam, proferā hic meum
carmen.

Non pudet in teneras miles sauire puellas?

*Bellica fæmineum non habet arma genus,
Prob dolor insanis nymphæ sūt præda tyrānis*
Virgineus saeo, funditur ense, cruor?

Leodium, vbi antistes ille tuus Lam-
bertus, quem modestum, innocentem &
iustissimū lacerarūt impij sustibus & gla-
dijs? Heus quoque tu dira tu ferox Nico-
media, quibus te pinxero coloribus? Quo
Epytheto te verè digno imolas salutabo
tuos? Vbi diui illius Adriani Christi mili-
tis venæ? vbi nerui? manus? brachia? qua
omnia

P E R I P E T A S M A

omnia ferro immaniter contudisti ac dif-
cerpsisti? Quanquam ille tamen te supe-
rior, quia Christi philosophus, incudem,
ferramenta malleos & enses tuos fortiter
vicerit imitatus Leoné illum, qui nimi-
rum è tribu Iuda natus, mundum se supe-
rasse clamat ad hæc, Vbi Vincentij mem-
bra quæ Datianus ipse eculeis, vngulis,
acutioribus testis & laminulis ferreis, di-
re contorsit in te ô Valentia? Proh dolor,
quando te læserunt Faustinus & Iouita
viri Christo sacri? Dicito Brixiana Italiz
oppidulū? cur crepitanti foco lāpadibúsq;
admotis visa es exurere tenera amicorū
Dei latera, Nec hoc contenta ausa quoq;
es ceruices horum & capita atroci gladio
præcidere? ô nefas. Prodi tu quoque Ar-
menia, tu ipsa inquam etiam quadraginta
numero martyres eadem hora varijs tor-
mentis affectos è vita hac sustulisti. Vrbs
Sebaste testis est quæ iniurias vidi, neq;
dicī possit quot tormenta, quot cruces,
quot furcas, gladios, virgas, fustes, ignes,
pugiones, clauos, malleos, includes, caca-
bos, sartagines, crates, funes, compedes &
carceres paravit cacadçmon mendacij pa-
tronus aduersus veritatis testes, vt taceā
quantum

ARGUMENT. IN SIGNIVM.

quatum olei, sulphuris ac picis in hos truculetiæ vsus impenderit, quis id nescit? & ubi tandem Bartholomæi pellis, Ærmenia; apud tuos Albanenses à Barbaris derracta. Iam vt pergam vos tygrides humanis sanguinis sipientes Diocletiane & Maximiane ambo principes, sed impij, cur Georgium cœlestem euangelij adt letham truculenter excrucias? Thebæa vetuscen-tum olim obruta portis vbi Mauricius? eiusque socij ac collegæ? Quos minium dure ciues tui sunt persecuti? Hos nimis simul & alios complures crudeliter occidentes? Britannia, vbi Thomas tuus Archiepiscopus Canthuariensis, humani generis delitiæ? Vbi dulces virginis illius Agathæ mamillæ sacraq; vbera? O tu quoq; ferox Quintiane Siciliæ præses? Itane in teneram puellâ stringis arma & inermem crucidas, Sæue Fabrici, Cæsarea vrbs heu minium crudelis, heu tortores ferreis peitoribus, vos Dorotheam longè sanctissimam ense interfecistis. Et ne hoc inter alia quædam omittam, è sylua quadam, quæ oppidi Lileriensis ditioni confinis & contermina est egressi olim sunt aliquot latrunculi infideles, qui duos verèpios Christi

PERIPETASMA

Christi famulos, Luglium & Luglianum.
illac vrbe Morinensi eo ipso die relictæ
fortè iter facientes truculenta iugularunc
trucidaruntq; manu. Horum reliquias ser-
uat Lyleriū, vrbs iuuentutis meæ altrix.
Quid multis? Olibrius Margaretam vix
jam primum adolescentiæ ingressam flo-
rem, Costus & Maxentius Catharinam
ingenio eruditioneque puellarum decus
dire occiderunt. Tu deniq; trux Alexan-
dria, Siccine virginis illius Apolloniæ dê-
tes contra fas, jura & leges mortalium vi-
euulsisti? Putásne verax sit is qui hoc pol-
licitus est? capillus è capite vestro non pe-
ribit. In patientia vestra possidebitis ani-
mas vestras? Quania Gigantum superbia;
qui etiam contra numina mouent arma?
Quam insanus orbis? qui sacros Dei lega-
tos tot vulneribus lacerauit, dum quod
illi constantes hominum mentibus per-
suadere conabantur, nō protinus esse piū
ac salutiferū credit. Animalis homo non
assequitur, non percipit ea quæ sunt spi-
ritus Dei. Nos stulti propter Christum
clamat Paul⁹, & sicut oues occisionis exi-
stimati sumus. Sed quis vnquam Deo re-
stitit & pacem habuit? Vbi fortitudo
contra

ARGVMENT. IN SIGNIVM.

contra dominum? Nónne comprehendit Deus sapientes in sapientia sua? vt nimis durum sit orbi ipsi etiam toti contra stimulum calcitrare? Viuo ego ait ipse dominus, omnis voluntas mea fit. Mundus Deum non cognouit, Mundus obstat, & mundus vicitus est. Ecce clamat victor: Confidite ego vici mundum. Quid hic tandem dictura es Iudæa? Syria? Ægypte, Armenia? Italia? Germania? Iberia? Britannia? Schotia? Quam solidis fundamentis ac columnis fixi sunt fidei cardines? quanto martyrum sanguine cōfirmatum est istud Christi Euágelium quod rudior crassiorque gens initio capere non poterat, & cuius mustum non ita suauiter sapiebat primis illis annis gentilium palatio? Sed tyrannorum sæuiens furénsq; rabies, omnibus neruis, ensibus, flammis & armis rebellabat. Multos interim fateor, idq; aliquot saltem locis nō occidit mundus. At quanto labore sudarunt Christi famuli quamplurimi, vt illi persuaderent ipsam Euangelij veritatem & dogmata antea non audita? re vera fuere inquam inter infideles & idololatras populi, quos euangelica prædicatio aliquanto tractabiliores

PERIPETASMA

biliores reperit, faciliusque ad veritatis agnitionem perduxit, hōsq; alijs generosiores iure dixero, quum nobilis animus malit duci quam trahi, Christi legatos ipsos non interfecere ferro aut flammis nec vlo alio supplicij genere presserunt, sed statim oblatum euangelij verbum, libenter suscepere. Quos non planè dissimiles lanę esse dixero. Quippe lana ipsa, res nobilis & necessaria, facile minimoq; negotio imbibit recipitq; colorem cui immerfa est, & à quo tingitur, Saxo autem duro aut silici, aut marmori vix absque sudore tres Charakteres impresseris, itaq; fatendum & haud paucas extitisse gentes quæ in Christi nuncios sanguire noluerint atq; merito hic Attributes nostros proferre lubet, qui Vedastum aliósque diuos præcones animis ardentissimis de Christo Christique Euangelio? Prius tamē ignoto dicentes audierunt, atq; fidē in Christum protin⁹, vt faciles sunt & ad quoduis vexræ pietatis genus natura compositi pronique susceperunt lubentissime. Tantum abest vt vnquā hic populus sitierit neces & cruores famulorum Dei, cumque hodie tot Prouinciaz instituta paterna, sectarum

ARGUMENT. INSIGNIVM:

rum occasione, reliquerint, eam ipsam fidem, puram, inuiolatam & integrum adhuc seruat ac retinet, quam à diui Vedaſti ore, quo tanquam suo peculiari Apostolo ſe meritò iactat, ante tot annos recepit. Nicasio caput p̄ecidit idololatrarum immanitas, Leodegario euulſit oculos, Erasmus exēterauit, Quintini humeros pugionibus confodit, tanta fuit multorum feritas paganorū, & nos interea qui Chriſtum profitemur, raro tamen ingratim eminimus tot tormentorū, tot flagrorum, tot ærumnarum, tot laborum, quæ omnia alacres subiere olim ij, qui prima illa fidei dogmatum initia in orbe paſſim diſſeminarunt. Præterea ea quæ Christo promisimus, q̄quotusque noſtrum seruat & exequitur? Timeat tandem mortaliū reſpublica illud Euangelij, Auferetur à vobis regnum & dabitur genti facienti frumentum eius, & illud Pauli: Si Deus ramis naturalibus non pepercit, videte ne forte & vobis non parcat. Cur quæſo aut quæ tandem insania moti tanti facimus opes gazas? generis splendorem? vires noſtras quæ tam parum poſſunt? Durabit nobis fides quandiu illi placuerit qui eam nobis

N primum

P E R I P H E T A S M A

primū pie est elargitus , tam diu inquam
immobiles stabimus, tamdiu viuemus,
tamdiu bene habebimus. Superest igitur
vt qui fide stat, videat ne cadat. Sed his tā
periculosis temporibus viuimus segnes
ac veluti in vtramq; dormientes aurem,
fortè nec semel in toto vitæ curriculo,
cogitamus, quam parum firmus nobis fit
pes, quam parum tuto stabiliq; gradu
consistens.

Quid nos fælices toties iactamus amici?

Qui recedit, stabili non erat ille gradu

Circa fidem naufragium olim fecerūt,
teste Paulo, Himenæus & Alexander, &
vt videre est, en iam proh dolor, quod
absque lachrymis dici non potest, multi
varijque populi à Christo excidere, atq;
defecere discessio non minima facta est,
igitur innitamur toti Christi præsidijs, si-
quidem pes nobis nō æneus est, nō Mar-
moreus, nō Eburneus, non Gyganteo
fictus sanguine, vt sic loquar. Certè Pes
noster vili è tellure confectus est. Labitur
fortè è sublimi lapis & is facile confringi-
tur. Iuxta illud quod de statua illa apud
Danielem adducunt diuinæ literæ . Quid
scimus, si orbem breui non immutabit is
qui

ARGUMENT. IN SIGNIVM.

qui rerum genuit semina, et qui dixit tenebris lucem splendescere? Cur semper idem seculum somniamus? Cur eosdem annos, easdem auras, eundem fidei statum eosdem mores frustra nobis promittimus? Quis certò scit, anne populum qui his ipsis annis viuit, forti manu fortè erasurus sit Deus, ut nouum creet, & euulsis aliquoë sterilibus plantis, hortum suum depurgare velit, idque ut eum meliori arborum genere decoret? Quid enim est obsecro cur terram oceupet infructuosa sterilisque arbor, è quâ iam fortè tot annis nulli prodiere fœtus? Vnus omniū princeps est in cuius ditione cuncta sunt posita, qui regna & populos transfert. Quis scire poterit (ait sapiens) quid velit Deus. Abyssus est voluntas eius, cuncta fecit bona in tempore suo. Ait rursus Hebreus ille Solomon & mundum tradidit disputationi eorū, ut non inueniat homo opus, quod operatus est Deus ab initio usque ad finem, fecitque opera sua ut timeatur. Si vñica falce resecaret omnium mortaliū qui hodie viuant stirpes & familias, quis in astra, recta concendet ut fortè ex æthereis illis mentibus rationē causamq;

N ij cur

etur id agat, expiscari queat? Clamat iterum Sapiens, Sensum tuum domine, quis sciuit, nisi tu dederis sapientiam & misericordiam spiritum sanctum tuum de altissimis? Accinit quoque Esaias: Quis mensus est pugillo aquas? & cœlos palmo ponderauit? Denique Paulus ita ait: O altitudo diuinarum sapientiarum & scientiarum Dei. Quam incomprehensibilia sunt eius iudicia, quam inuestigabiles eius viæ? Quis enim cognovit sensum domini? Nónne Adamum illum nostri generis principem, simul cum Eua dulci coniuge è terrestri paradiso profligauit? Quid? nónne orbem, quatus est, totum mira horrendaque inundatione olim mersit? quo diluvio factum est, ut perditis extinctisque tot hominum milibus, postea tanquam nouus quidam acrecens natus populus mundo oriretur? quoties Niniuitarum, Persarum, Mædorum, aliorumque regnum sceptra subuertit? Sedes superborum destruxit Deus, qat ille, & sedere fecit mites pro eis, iuxta etiam illud: Deposuit potentes de sede & exaltauit humiles: Esurientes impleuit bonis, & diuites dimisit inanes. Quis enim nescit quam libera sit mens illa simplicissima,

ARGUMENT. INSIGNIVM.

plicissima, cuius arbitrio fiunt omnia? Quis inquiret, vt prædixi, quamobrem hoc aut illud agat? quid quod & Moyse suo Israeliticæ gentis olim duci ira commotior dixit? Sine, irascatur furor meus, perdamque populum istum, niminim duræ ceruicis, & faciam te in gentē magnam. Quis igitur non tremens hæc legat? Quis potest meminisse diuinæ illius potestatis absque summa admiratio-ne magnoque terrore? Quis non, ah quis non timebit te domine? semel loquutus es, duo hæc audiui, quod tibi nimirū potestas sit & misericordia. Claudis enim & nemo aperit: Aperis & nemo claudit. Habens nimirum claves vitæ ac mortis. Eſ-funde igitur iram tuam in gentes quæ te non nouerunt, & in regna quæ nomen hactenus tuum non inuocauerunt, aut certè cōfiteātur tibi populi Deus, Confi-teātur, inquam, tibi populi omnes. Fac domino, fac precor te supplex, vt hi omnes, qui te nouerūt, tibi ex animo & syn-cerè seruiāt, & qui te hactenus nō noue-re, idololatria atque infidelitate cæci, eos misericorditer adducas, ad sanctissimi no-minis tui euāgeliijq; cœlestis negationem.

N iij Id vñ

Id ut facias , ardentiſſimo animo abs te
postulo , qui fons vita vnicus es , vſque
omnes homines saluos fieri & ad agnici-
onem veritatis peruenire , feruans nimi-
xum homines & iumenta quum misere-
ris omnium , & nihil eorum oderis qua
fecisti , qui omnia propter temetipsum fa-
piéter operatus es , & ad cuius vnius glo-
riæ splendorem omnia prorsus rerum ge-
nera referri , necesse est , vt cœli enarrent
gloriam Dei , & opera manuum eius an-
nunciet firmamentum .

*Funera illustria , potissimum
eruditorum.*

DEUM immortalem , quam va-
rium hominum genus orbis
fœcundus genuit hactenus ?
iam igitur quid ò dij immor-
tales olim accidit illis , qui
hinc emigrantes valedixerunt auræ mor-
talibus communi ? vbi locorum confidet ?
qua meta tandem peregrinos , vagos ac
fatigatos recepit pedes ? tot vixere viri
pietate ornatissimi , ac humanitate candi-
dissimi , qd eis euenit ? obsecro vbinā sunt
ac viuūt ? Vidisse ex his quam plurimos ,
dum

dum sub hoc sole degerent, fidei ac euangelicæ charitatis, veluti neruis quibusdā, vni Christo adhærētes & affixos. Aliquoties in cœlum eiaculantes spiritus, suspicentes, oculos ad sydera attollentes, perpetuò meditantes, ieconijs et fame macros, humili filo tectos. Itane potuit in eos sauvire diræ mortis inclemētia? nec datum est ijs perpetua immortalitate esse superstites, qui bene vixerunt? Quot sciculicani & tremuli (vt & illud hoc loco addam) baculo innixi adrepserunt altaribus sacrī inservientes, & ore rugoso quidem illo, sed tamen pio, humi procumbentes, preces domino assiduè persoluere? Piaculum existimabant boni viri vel unicūm transegisse diem, sine aliqua ducta pietatis linea, iuxta illud: Nulla dies abeat quin linea ducta supersit. Hos tamen impudens orbis tanquam nescio quid vile, ne dicam inutile aliquoties, velut reijcit, ridet, calcat, ne quid aliud addam. Atqui hi vixerunt antequā natī profilijssemus in auras, hi nobis edentulis lac & cibum veluti prærosum, in ora ingesserunt, aratum nescijs, Tellurem aratto & stiua coluere, Arbores, vites, & herbas, summa

N iiii solli-

PERIPETASMA

sollicitudine ligone plantarūt : deniq; de
 omni mortalium propagine quanquā ni-
 miū ingrata optimè meriti sunt olim tre-
 muli & rugosi illi senes, reijsis inepta fo-
 boles patres tuos? cœlum hos suscepit, ed
 sese contulerunt harum rerum saturi. Sat
 dierū, dicebant illi, vidētes seculū hoc in-
 gratius, sat mensū, sat decembriū curui et
 cani exegimus. Vidimus quoq; et sunt hi
 oculi nostri nobis testes, aliquoties matro-
 nes simpliciores, sed iudicio maturas an-
 mulierculas etiā rusticas, vetus illud ac
 piū seculū ornatu, cultu, moribus loquē-
 di modo, ac toto gestu referentes, nimirū
 qui melioris reliquias et ea turba (amabo)
 quonā sese cōculit? Multæ ex ijs, ò iustitię
 auidū genus dū ad extremos vitæ tractus
 collabētibus annis, et iā canescēte natura,
 peruenissent, haud satis demirari poterat
 cur hę nymphę & puelle, quas sequēs etas
 gignere incipiebat, tatis delitijs, & afflu-
 ret & lasciuirēt. Cōsiderabant ex his non
 paucas (vt est leue genus ac molle) curio-
 siores, bibaces, vagas, garrulas, supbas, pa-
 rū fidas, auro, nōnunq; lapillis, bissinis, &
 holosericis vestibus splendididas, reliquę
 haud dubiæ incorruptissimę matronę lu-
 benter

ARGUMENT. IN SIGNIVM.

benter taliū hirūdinū insolēter saltitatiū,
& nugatiū, cōtubernia, à Christo illocēles
stī suo spōso hylariter tandem recepte. Prē-
terea quo deuenēre tot Martes, Principes
et Reges? nā q̄s numeret quot heroas Ale-
xandrō, et Scipioni, & Achilli similes orbis
genuit? dico armorū, & militiē potētes, fu-
trijs ardētes, minaces, truces, duros, incle-
mentes, et si tales fortassis aliquoties ne-
cessarios suā reipublicā iudicamus, quum
rerū summa, iuxta quorūdā sentētiā, in eo
ēardine apud nonnullos potissimū hodie
cōsistat (si dijs placet, vt vix vlla alia via,
quā vi, aut ferro mederi queamus morta-
liū improbitati, & seditionē insolētiā, ac
toto sanē cōelo errauerit, qui secū cogitet,
posse aliquē è mortalibus rerū præsentiu-
statui aptissimē succurrere, ijs nimirū an-
tidotis, quibus olim vſa est aliquoties pris-
ca illa clementior ætas, tempora quippe
mutantur, horum exitum vñico versu
celebrat Horatius.

Ire tamē restat Numa quo deuenit et Ancus.

Deinde tot impigri mercatores qui se se-
toties Neptuni tēpestatib⁹, & incerto cē-
lo spe lucri cōmissere, quē portū vagi hos-
pites tandem attigere extēmū? Amplū est
cōlum

P E R I P E T A S M A

cœlum profectò eo qui verè pœnitét, penetrant. Sed quam exigua est turba verè & ex animo pœnitentium, cuius rei ne meminisse quidé lubet absque lachrymis, quum videamus plærosque homines velut lasciuos effrontésq; hospites eo toto furiarum tépestate ferri, & ea moliri, non quæ iratū numen pacatū reddere queant, post contractas admissásque tot scelerum sordes, sed quæ ignem addant camino, & ad grauiorem iram prouocét, vt huic generi videatur illud Pauli meritò compædere, Thesaurisas tibi irá, in diem reuelationis iusti iudicij Dei. Hiciā taceo quo viros religione insignes fata rate euexe-
rint, vt vel sic ad Charontis cimbam al-
Iudam, interim memoret tot illustres cla-
rósque omni scientiarum & artiū genere
professores, Philosophos, & Deū immor-
talē, quantos diuinis dotibus viros?itáne
& hi conduntur suis tumulis, & fusca
obscuraque tecti latitant arena?potuit si-
Jere tanta facundia quam Pallas aurium
delitiz, labris affixerat? Potest extingui
tanta eruditio?tanta rerum omnium cog-
nitio aboleri?O fata inuida, ò inuida fata,
quam estis orbi noxia, non quidem verè
probis,

ARGUMENT. INSIGNIVM.

probis, quos è medio submouetis, nam hi
ad syderas sedes euehuntur, æternū fœli-
ces cum rege Christo regnaturi, sed incre-
bilem iacturam pati se conqueruntur, ac
durè lœdi. Ij certè quibus natæ videbatur
Musæ illæ, quibus inquam opus erat his
sanctis disciplinis, ac pulchris artibus,
quas eruditorum virorum assiduus labore
sedulo ministrabat. Quanto lucu dolet
tener infantulus mortua genitrice, ac nu-
trice blanda, cuius opera alebatur? Quam
ingens periculum pateretur Europa, si in
ea vnius anni curriculo, nec Phœbus die
luceret, nec noctu stellulæ potuere ergo
emori, qui tot lucubrationib⁹, sudoribus
& ieunijs scientiam emerant, qui tot de-
cembres frigorum & niuum patiētissimi
transegerat, reipublicæ remis ac velis (ut
dici solet) consulētes commodis? Ò floren-
tem æstatem cito tritam, ò sénium sati⁹
obnoxium, & ò annos mortalium parum
durabiles. Alba ligustra cadunt vaccinia
nigra leguntur, hoc quoq; adijciam meo
Apolline.

Tempus edax rerum, celeri rapit omnia fato,

Quæso vbi Adamus ille nostri generis
princeps, cuius ingenio mentique purus
& in-

P E R I P E T A S M A

& integer quidam inerat oculus, & qui
inter tot rerum naturas atque principia
aptissime & incorrupte poterat distin-
guere? vbi Moses suis tabellis comméda-
tus ac tot vaticinijs c̄tarus? vbi Esaias elo-
quio nobilis? vbi tot diui vates? vbi Da-
uidis cithara? vbi Solomonis illius regnū
tanta pace, tanta sapientia in signe, ac me-
morabile? vbi Louis cérèbrum? vbi sedulæ
Palladis manus? nerui & digiti? Vbi Ori-
genes, Hieronymus, Augustinus, Grego-
rius, Ambrosius, Irenæus, Cyprian⁹, Chry-
sostomus, Bernardus? Preterea & hij, Ari-
stoteles, Xenocrates, Vergilius, Ouidius,
Cicero, Salustius, Laetantius, Boetius,
Mantuanus. O lampades orbis, & ætatum
decora. Quis Eurus? quis Auster? quis A-
quilo? Qui Boreæ folles vos extinxere, &
è medio theatri subduxere? Itane & in
vos dentem strinxit parca mors, quæ tan-
tis miserorum mortalium, tamque cruen-
tis cædibus, nōdum hactenus saturari po-
tuit, nec voluit? Quamobré hic illud di-
cam, quid causæ est, quot tot ætates natu-
ra ceruis tribuerit, et hominibus ipsis tam
parca manu, tamq; breui spacio suos me-
titur dies, quū alioqui innumeras possint
artes

ARGUMENT. IN SIGNIVM.

artes linguásque ediscere , & orbi mirum
in modū viuere vtiliores? Qui fit inquam
quod coruos viuaces in tot annos seruet,
& homines tam exili corrūpat æuo, quo-
rum industria & diligentia passim tanta
est, vt multarum rerum, earumq; valde
necessariarum cognitionem assequi pos-
sent, si diuturnior traheretur, duraretq;
vita, & oculos foueret integritas, quos
(proh dolor) subitò obrepens senectus,
cæcos aut lippiétes ante diem reddit? Sed
aliud nimirum est, quod maiorem animis
nostris ingerit admirationem. Donemus
maximè & hoc vitij, patientes feramus in
nostro genere, quod breui, ac celest rapia-
mur cursu. Non sat est (mi Hercule) hoc
quoque supra modum durum est quod
ingeniosissimos, ac præstatiissimos quosq;
viros videmus languidos esse, valetudi-
narios, debiles, natura tenui, corpusculo
tali quod facilè offendit iniuria : contra
tamē inertes, ignauos, & inuita natos Mi-
nerua experimur robustos, alacres, auda-
culos, neruosos. Sed vt verū fatear, si hæc
dona naturæ cum brutis animantibus ha-
beat communia, id nullam omnino mag-
nis ac claris viris adimit gloriā, quos tanq;
diuinis

PERIPETASMA

diuinis ingenij claros admirātur omnes,
quum res egregiæ non tam corporis viri-
bus, quam ingenij dotibus fiant. Vocātur
enim ij quibus singularis inest eruditio
quodāmodo diuini, velut quodammodo
diuinus est Poëta, et Philosoph^o, et Astro-
logus, atq; id genus alij, ne sim prolixior,
qui nobili studio suos dies consecrarunt,
cum sint quāplurimi, qui prophanis, atq;
etiam noxijs artibus suos dies cōsecrarūt,
cum sint quāplurimi, qui prophanis, atq;
etiam noxijs artibus suās ætates violent:
qua hominum colluuie, nihil sole, aere,
aura & vita indignius inueniri queat. Ad
optimā enim nati sum^o, & os homini sub-
lime dedit, vnu omnium artifex potens
Deus, vt sursum oculos & animos pro vi-
tribus attollentes, captemus, & quodam-
modo assiduis vigilijs, laboribūsq; colam-
mus ea, quę verè salutifera sunt, & sequa-
mūr, quæ hominum naturæ commoda
dignoscimus atq; ingenij humanis dig-
na. Iam quanta turba Neptuni vndis, flu-
tuijs, tempestatibus, procellis, dissenteria,
epilepsi, paralyssi, lepra, calculo, pituita,
peste, scabie Hispanica, febribus, hydro-
pijs, gemursa, litargia, podagra, chyragra,
frenesi,

ARGVMENT. INSIGNIVM.

frenesi, fame, sudore pestilenti, elephan-
tiasi, siti, frigore, calore, & huiusmodi ex-
tremis malorum oppressa monstris, dis-
perij? Vitiligo molestia quoque non ca-
ret, nec Lichenes fœdo suo furfure, anti-
quitas præter casus & vitia, trecēta mor-
borū genera enumerat. Euge quot acies
milite instructas? quot exercitus subuer-
terunt bellorum furores? quot miseros
Bacchi seruos mersit gulosā ebrietas? quā-
tus eorum grex qui cecidere palentes lu-
& tu tristitia, & mœrore confecti? & heu,
sentimus, illud mors summis viris inui-
det, vt venti summa arborum cacumina
facile commouent, & concutiunt. Mors
non dormit, ea etiam adolescentibus mo-
litur insidias, ætate senibus, ac decrepitis
proxima velut in foribus adiacet. Accla-
mant in hunc modum docti philosophi,
senes diu viuere impossibile est. Fata ma-
nent omnes, omnes expectat auarus por-
titor. Statutum est ait Paulus, omnibus
emori. Quis se vñquam armauit contra
fatorum spicula, & vicit familiarē illum
atque domesticum vermiculum, cuius
Deus, perpetuò neruos arrodit & vorat
ossum medullas? homo quippe est (teste
Diuo

Diuo patre Job) ceu vestimentum quod à
tinea comeditur. An quicquam verius?
Sanè & in hanc sententiam totis pedibus
& manibus descēdit Paulus, sic Romanis
inquiens, Vanitati creatura subiecta est,
non volens, sed propter eum, qui eam in
spe subiecit, liberādam tamen olim à eor-
ruptionis servitute in libertatem gloriæ
filiorum Dei. Ut autem rem cōsideremus
ipsam quum eo deueniendum sit post
vltima funera. Quid dies in mille decem-
bres protractos nobis optemus? Quid, si
duo caligarsi aut tibialium, aut calceorū,
aut crepidarum paria triuerimus viui,
post vicini aut fratrīs, aut cognati nostri
fatalem exitum? Quanto sumus fœlicio-
res, si huic diei lux crastina, & rursus huic
altera postea sequēs accesserit? Neq; enim
dierum aut temporū accessio, quenquam
beatum reddit, sed vitæ pietas, quam di-
uina misericordia coronat. coronat qui pa-
pe in nobis Deus, & sua dona & opera,
redditq; iustitiæ coronam, ijs qui ad bra-
uiū vt decuit, toti aspirarūt. Quid enim,
inquam, ð mortales, prodest duas cher-
thecas attruiisse, plusquam aliis qui quis,
& annis paulò pluribus vngues nostros
refecuisse?

ARGUMENT. INSIGNIVM.

refecuisse? & aut plures pulmonis fluxus;
reflux^o, & halitus in aëra euomuisse? Re-
deat, ait ille, puluis in terram suā, & spiri-
tus ad dominū vnde sumptus est . Nimi-
rum omnia rerum genera in ea ipsa resol-
ui videmus, quibus naturæ vi & ordine
constant:

*Optima quæq; dies miseris mortalibus aui
Prima fugit, subeūt morbi, tristisq; senectus,
Et labor, & diræ rapit inclem̄tia mortis.*

Sed quænam est ista tanta tamq; grauis
generi nostro inflictam mortalitas, vt quid-
uis potius, quā moriendi necessitatē effu-
gere queas? nec hic simplex malum sentit
orbis, vt ad id vnde digressus sum recur-
ram, accedit (proh dolor) & hoc, quod qui
eruditionis splendore valet, non potest
iam moriturus eruditionis suæ thesaurū
alij cuiquam veluti per manum tradere,
exhortari ad sapientiam potest, inuitare
ad musas potest, eruditionem vēdere, aut
hæredi dare, moriens non potest. Potest
Hector, potest Veianius ille apud Flaccū,
potest Hercules, potest Achilles ponere
tela & arma, animi robur & vires hæredi
futuro relinquere nō potest. Proh dolor,
quos thesauros abstulit orbi mors acerba?

O quo;

P E R I P E T A S M A

quot regiones spoliauit viris illustribus,
& præter lachrymas nihil reliquit poste-
ris? quot infantorum & pusionum va-
gitus in tristes ciulatus, & duros fletus
vertit Atropos? quis Solomone extincto
successit alter tantus Solomon? hic phœ-
nix est. Quis fuit alter Cicero? vbi duo
æquè facundi Cicerones? Quis vixit alter
Vergilius? nisi quis fortè huc Baptistam
Mantuānum adferat, cuius ingenium in-
ter summa locum meretur, illud non abs-
re de eo dici potest. Tu nunc eris alter ab
illo. Vbi tandem alter totus Paulus? alter
Hieronywus? alter Augustin⁹? simias qui-
dem non paucas parit orbis (de ingenij
superioribus, & stulte obstrepētibus, &
in solescentibus loquor) multorum curio-
sus labor eo nititur, ut vel Hieronymum
vel Paulum perfectissimè ingenio et eru-
ditione imitentur, & prorsus exprimant.
Sed quis eo tandem peruenit? admitto il-
lad. Est quoddam prodire tenus, si nō da-
tur vltra, sed nostro nos pede prudentes
metiamur: Ne sutor vltra crepidā. Huius
loci sunt illi versus atq; huc spectant. O
imitatores seruum pecus, ut mihi sæpe ri-
sum, sæpe iocum vestri mouere tumultus.

Laudo

ARGUMENT. INSIGNIVM.

Laudo piâ volûtatem & studium, modo
quoque non desit conanti zelus pius, sed
qui vix vmbrae sunt Hieronymi, nihil est
quod se perfectissimos Hieronymos ag-
noscant aut fateantur se omnibus nume-
ris & prorsus assequutòs illius Hierony-
mi, quem etiâ Græcia orbis magistra ali-
quoties consuluit, scientiam pietatemq;;.
videmus infœlicem generis nostri condi-
tionem, videmus instabilitatem & cala-
mitatem. Quid plura? præcipitat ac velut
è ponte deicit fatorum vis ac tyrannis
quamlibet potentem quamlibet robustū,
quamlibet literatum, quamlibet generis
splendore clarum, quamlibet pium, etiam
si hij ipsi omnes sibi & alijs quam maxi-
mè utiles viuant. Restat igitur, ut quoniā
nihil huius rei per nos immutari possit,
quo fata ferunt, sequamur referuntque,
neq; non æqnis animis perpetiamur, ne-
cessle est, quæ tot insignes ante nos viri,
Pontifices, Cæsares, Reges, & Principes,
olim experti sunt, & hodie velint noline
experiuntur. Nimirum his auris commu-
nibus calamitatibus & satis nobiscū ob-
noxij atque expositi, eodemq; sole, foco,
ac foro utentes, in eodem quippe calami-

O ij toſſimo

PERIPETASMA

tosissimo theatro nos ad vnum sors tristis agitat. Nam si principū tam libera tutaq; esset conditio, vt nulla pituita , nulloq; prorsus morbo offenderentur tanquam immortales, vix sanè in regijs, & aulis, tutti agerent, quum plebs etiam immortalitatis cupida sitientissimaq; ac sui amans, ad sceptra ipsa, vi & concitata fortassis seditione, aspiraret: idq; ue in star Gigantum, quorum superbia insolens in deos mouebat, ac moliebatur dira quædam , vt nugantur Poetæ. Nimirum vt hac via fœlicem statum adipisci posset in quo immunitis à fatorum truculentia iucundè perpetua viueret. Sed hic occurrit illud Horatianum.

*Ad summam, sapiēs vno minor est Ioue diues
Liber, honoratus, pulcher Rex deniq; regum,
Præcipue fœlix nisi cum pituita molesta est.*

Certè omnis caro fœnū , & omnis eius gloria, ceu fœni flosculus , homo vanitati persimilis factus est, omnes eius dies tanq; vapor, tanquam fumus , tanquam exilis aquæ bulla dispereunt. Euripides mortaliū vitam vnicam dieculam appellat. Phalereus Demetrius , eā temporis punctum, ac denique Pindarus vmbrae somnium

ARGUMENT. INSIGNIVM.

nium dicit. Nōnulli è p̄fscis poëtis mortales μοχθηρούς καὶ συλώς, hoc est, calamitosos cognominarūt. Thraces nascen- tem infantulum, statim lamētis excipie- bant, tanquam profectō & miseriārum labirinthos ingressum, & breui & suo leui- ter euolante, hinc cito egressurum. Vbi quāso tandem Cæsarum ac Regum dia- demata, sceptrāque? vbi agricolarum sti- ux, aratra, ligones? Verè vixit Rex, qui se suōsque regia prudētia rexīt: qui inquam sceptris sancte vſus est. Verè vixit agri- cola, qui animo humili humū telluremq; excolens, piē hinc emigravit. Nam fruſtrā vixit is, qui suos dies in Christo nō finijt. Diuina scriptura eos vocat beatos, qui in domino moriuntur, à quo quamdiu sub hoc sole absumus, tamdiu miserè velut extorres peregrinamur, & si in hoc mun- do tantum in Christo sperantes essemus, sanè omnibus omnīnō hominibus multō essemus miserabiliōres. Quorsum enim? lachrymas? ieunia? erumnas? sudores? dā- na? & innumera incommodorum gene- ra, quę aliquoties tanquam factō agmine, impetuōſissimē in capita nostra concur- sunt, hilares tamen toleramus, in vnius

O iij Christi

Christi gratiā, si nihil paratum esset mercedis solatijque viatoribus tam dira eaq; afsidua patiētibus? Mi herclē amplissima tristitiae aperta esset ianua, et copiosissimis fletibus meritò daremus exitum, si nobis nihilo plus expectandum esset, quam expectant ij populi, quos gentilitios aut atheos appellamus: qui teste Paulo, spem nō habent vitæ scilicet melioris, ad quam nos trāsmutabit integros, extrema, quam Christiani manemus, resurrectio. Sed illud lxtū auditu crebro occinimus, Mihi viuere Christus est, & mori lucrum, & In carne mea, Deum videbo seruatorē meū. Quę breuiuscule sententię, nos (vt sic loquar) supra nos, & amplissimis spacijs supra ea omnia, quæ quiuis animalis homo attingere ac percipere potest, rapiunt, & euocāt, vt facilè cōtemptu sit omne mortis fatiique genus, modo pectus non contaminet, sordidetq; sceleris capitalis contagium & tabes. Quid hic rei epilogum & colophonem desideramus? summation dicam, idque multis alijs prētermissis. Sapientissimi quíq; ac eruditissimi, fatorum subiacent imperio, sed quanquam cōmuni necessitas, eorum cineres iam velut cariosos,

ARGUMENT. INSIGNIVM.

cariosos, ac rubigine fuscos, bustos, claudat vermiū escas, ne dixerimus, si tamen eos qui ex ijs pij probiq; vixere, hoc est, Christianos considerauerimus, perijisse mentes, quarum desiderijs iam abunde satisfecit iucūdissimæ hæreditatis fruitio. Desinamus igitur vociferari, vocantes in ius crudelia fata. Siquidem alij sapientes, eruditiq; alijs succedunt, orbi quoq; utilles futuri. Neque enim primis omnia debemus, nostris quoq; ac posteris, non est auferēda sua laus, nam si viua vox magis afficit, plusquam habeat energia quā muti characteres, chartæ impressi, nostris quoque est quod applaudamus, & honoris non parum deferamus, quorū ora non minus aliquoties quā priscorum diserta, scientias artesque necessarias disseminat, & quorum labor si nihil aliud, saltem antiquorum lucubrations & monumenta assiduè referat. Neque enim ita in verba antiquitatis (quanquam orbis magistræ) iurauimus, vt illi rerum omnium palmas tribuamus & posteritati nostrisque nihil omnino præter dedecus, & ignauiam, relinquamus. Illud hic addam meo Apolline.

O iiij Num

PERIPETASMA

*Num priscis omnes merito debentur honores
Et cedet nostris gloria nulla viris?*

Quot cristi cornuta superbiret antiquitas, si ea sola præclaros aluisset viros, & sequentes etates nihil insigne, orbiq; celebre genuissent? Itaque ut est quod miratur in antiquis, ita est quod & in neotericis suspiciamus. Nec dici potest quot virtutis, eruditionis ac honestatis miracula in quibusdā eluceant. Plato uno & octogesimo anno scribens mortuus est. Isocrates dum iam panathenaicum absoluisset nonagesimum, & quartum agēs annum paulo post nimirū elapso quinquennio fato cœcessit. Leontius Gorgias cētum & septem priusquam dire Lachesi cederet, cōpletebat annos. Aiunt hunc respōdisse petenti cur tot annis in hac vita voluerit esse, se nihil habuisse quod accusaret senectutē. Ennius 70. annos natus iam totus senex dicebat se æquissimo animo ferre duo hac onera paupertatē & senectutē. quid quod Sophocles habens alterū in Cimba Charōtis pedē tragœdias veliam moriēs conscripsit, ut verū sit quod dicitur de cignea cantione. Et aliis nō infimi nominis Philosophus lecto decumbēs & aures arrigēs
vt quæ-

ARGVMENT. INSIGNIVM.

vt quædā de re honesta differentem audiaret, aiebat se velle adhuc hoc boni secū moriens portare. Porrò quis hic referat quam multa attulerit Tullius Cicero ad hūc locum pertinentia, idq; in opere illo suo de senectute. Initio quorundā veterū epicedia ponamus, qua de re equidē potuissēm iustos libros & prolixos cathalogos conscribere, sed non libuit. Periclem sepultum habēt Athenienses, Lacedemonij Alcybiadē, Epaminondā Thebani, Homeri sepulchro incisum epigrāma legitur
*Cōditur hoc tumulo r̄ates diuinus Homerus,
Heroum cecinit qui bene gesta ducum.*

De ei⁹ patria vbi & sepult⁹ fuit, hoc olī ferebatur.
*Insula Ios matrem nato factura sepulchrum.
Progenit iuuenum tu vero ænigma caueto.*

Antiquitas de huius Homeri sepulchro ambigua disceptauit. Dū alij apud Rhodios sepultū asseuerant, alij alio loco. Aristides apud Phareos sepulchrū habet, Demosthenes apud Calauriā, Tumulo indormit apud Romanos Fabius Maximus, vbi & Catonis Censorij sepulchrū est, de quo viro ferebatur versiculus, *Iste sapit solus reliqui velut umbra vagatur. & Syllē cadauer habet Roma. Plautus latine linguæ princeps,*

PERIPETASMA

princeps. Romæ quoque & emortuus est
& sepultus , cuius iussu huiusmodi epi-
grâma suo sepulchro impressum est, quod
in libro de Poëtis primo à Marco Varro-
ne positum legi potest.

*Postquam est morte captus Plantus
Comœdia luget, scœna est deserta,
Deinde risus, ludus, iocusque & numeri
Innumeris semel omnes collachrymarunt
Nam & bac voce vsa est antiquitas liberior.*

Licurgus Cratæ clausit extremam vi-
ta horam , ubi ipsius cineres sparsi disie-
ctique per mare fuerunt , idq; factum est
occasione lacedæmoniorum , quos iure-
jurando sibi antea astrinxerat . Solon in
agro Salaminési iacet, Sepultus tacet Her-
odotus apud Thurientes in Italia , Tuci-
dides Athenis, ob cuius immortalem glo-
riam muro inscriptum est hoc carmen.
Tucidides olori iacet hoc Alimusius antro.

Apud Italos quoque Cicero dormit,
Salustius in agro Sabino, patria sua quies-
cit . Tradunt quidem multi cum annos,
sexaginta duos vixisse , illud auté de hoc
ipso Crispo Romæ vulgo circumlatu est.
*Hic erit ut peribent doctorū corda virorum
Crispus Romanus primus in Historia.*

De Te-

ARGUMENT. INSIGNIVM.

De Terentio sic testatur Volcatius.

*Sed ut Afer sex populo adidit comedias
Iter hinc in Asiam fecit, nauim cum semel
Conscedit visus nunquam est, sic vita vacat.*

Apud Brundusium morte præceptus
est ille omnium vatum citra controvèr-
siam princeps Vergilius Maro, quāquam
paulò post Neapolim eius ossicula, vt
quibusdam placet, trāsuecta sint. Epitha-
phium hoc adiectum est, & saxo insculp-
tum, cuius ipsemet autor fuit.

*Mātu a me genuit, Calabri rapuere, tenet nūc
Parthenope, cecini pascua, rura, duces.*

Et certè, vt & hoc per tranfennam hic
fatear, amplissim⁹ sese mihi offerebat cā-
pus, si Romuli, si Remi, si Anci, si Num⁹,
si ipsius Alexandri Magni, si Pauli Æmi-
lij, si Lisandri, si Luculli, si Pompei, si Ca-
roli Magni, si Constatini, aliorumq; mul-
torum funera tumulosque recensere li-
buisset. Sed hic vt proloquitis sumus, po-
tissimum eorum lugemus fata, qui litera-
rum cognitione splendoreque floruerūt,
etiam si ex ijs quoque per paucos nomi-
natim attingamus, sic aliquoties ethnicos
& Paganos adducentes, sed neq; horum
neq; Christianorum multa funera recen-
semus,

P E R I P E T A S M A

semus. En hic Christianorū aliquot, fortè
oborietur amusus qui spīā, qui dicer, me
viris insignioribus gregarios quosdam &
obscuros admiscuisse, sed audiat eos quos
gloriosuli & scoli viros nihili appellant,
sepius optime de christiana republica me
ritos fuisse. Dionysius ille Areopag. simul
& gloriosus martyr in oppido suo apud
Frācos quiescit. Ignatiū quoq; , qui cōtra
efferatos leones pugnās mortu^o est Roma
ni habēt. Apud Bethleemitas sepultus est
ille triū linguarū princeps Hieronymus.
August. cineres & ossa habet civitas Hyp
ponēsis. Mediolanū Ambrosij. Gregorius
ille, tāta sciētiarū cognitione clarus sepul
chro Romā decorat. Clareuallēsi cēnobio
ornamēto est Bernardi sepulchrū. Vbi tē
plū Coloniæ cui ornamēto nō est viri ali
cuius rerū peritia eruditioneq; olim cele
bris sepulchrū ? quū tot iā annis Colonia
selecta clarissimaq; musarū omniū fuerit
sedes? ibi apud Dñicanos Alberti Magni,
detecto sepulchro , ostenditur corpus. Is
quantus vir fuerit testātur tot eius scrip
ta, pono distichon, sed ex temporale.

*Hic iacet Albertus Magnus doctissime lector
Integra defuncti corporis ossa vides,*

Ioannes

ARGUMENT. INSIGNIVM.

Ioánes Scotus disciplinis scholaisticis clari-
ssimº, quē tāta argumētādi vis orbi toti
notissimū fecit ea ī Academia apud Frácis
canos sepult⁹ est. huic nec tātillū negauero
Num Scotus exigua tantus cōcluditur vrna,
Cuius vix possit, nomen ab orbe capi?

Euerardo Billico apud Carmelitas suos
cōdito multorū codicū autori dam⁹ et hoc
Billicus ille sui magnum decus ordinis olim
Hoc posuit tumulo mortua membras suo.

Cropperū quoq; Coloniēsem quo erudi-
tiorē xtas nostra vix vllū agnoscit, Ro-
mę p̄cipuit mors. Sūt alij eruditi quos
sancta sepeliuit luxitq; Colonia & multi,
vt interim taceā quot sanctorū corporū
millia eo loco quiescāt. Si quidē triū illorū
Magorū, qui Christū iā recens natum da-
tis muneribus adorarunt corpora ibi vi-
suntur ab oībus. Quid enī significat quod
eo trāfati sint tres illi Magi, nisi quod a-
pertè nobis ob oculos ponitur Coloniam
omnis sanctę disciplinę sapiētięq; permā-
surā sedē? quidē quod ibi videas et Macha-
bēorū reliquias & diui Seuerini, & Cum-
berti & Geronis collegarumq; eius atq;
etiā viderim ipsarū millium virginū plu-
rimorūq; aliorum diuorum sacratissima
corpora

PERIPETASMA

corpora? Lutetia Nicolaus Lyranus in ar-
more tectus quiescit, idque apud Francis-
canos. Præterea in eadem quoque inclita
vrbe Gaguinus, Faustus Andrelinus, sed
is in ipso Carmelo, Cornazus Fraciscanus
apud suos, Budæus, Baifus, Carpensis,
alijq; docti plurimi iacent ut alios taceam
quos ea florentissima Academia ab ætate
Caroli cognomento Magni honorificè
sepeliuit viros, si sanè iudicemus, immor-
tali fama dignos. Bonaueturæ ipsius cor-
pus condit Lugdunum, cuius tanta fuit
eruditio ut simul atque hunc è viuis mi-
grasse resciuisset Gregorius Pôtifex Ro-
manus suspirans has voces publicè edide-
rit. Quantam hodie iacturam passa est
Ecclesia? Funebris oratio quam habuit in
eius exequijs Episcopus Cardinalis Ho-
stiensis, illud è regum libris sumptū the-
ma habuit. Doleo super te frater mi Io-
natha, dolendum enim est (si qua Ambro-
sio fides) quoties Ecclesiam viris pijs do-
ctisque atrox fati inuidia spoliat. Petrar-
acham ut alios quoq; innumeros, sepelie-
runt Itali. Vidam Cremonenses, Baptistæ,
Mantuani sua Mantua ingeniorum stu-
dia honorificè corpusculum adseruat,
hoc

ARGUMENT. INSIGNIUM.

hoc ēώiknō immortalem tanti viri gloriā non quidem quantam meretur, posteris sic commendamus.

Fata qd humanis fugim⁹ velut iuida mēbris?

Ni veniant, non est vlla futura quies

Quid nobis mortē, nisi sordida noxa parabit?

Impius est proprij funeris author homo.

Est cur tam misera lati migremus ab aura

Sunt plena innumeris tēpora nostra maliss:

Omnia sub claro sunt infælicia sole

Veraque mortalis gaudia nullus habet.

Condilus hac summus vates tellure quiescit

Mantuus Italici gloria magna soli

Mantuus ille pius varias qui calluit artes

Qui sophiam tenuit Calliopeia tuam.

Is quamuis multos non vidit in orbe decēbres

Non procul à senio iam moriturus erat.

Nunc deflēt Carmelicolæ, raptumq; querūtur

Omnes, qui studijs litterulisque fauent.

Mātra quid luges? diuturnos cōprime luctus

Omnia nunc nato fausta precare tuo. (Eto

Ne lachrymis tumulū spargas, sed carmine le-

Defunctūm precibus, lector amice iuna.

Porrò vt hinc alio migremus, quis nescit penè totam illam Italiam vnicum Europæ florē, virorum liceris olim celeberrimorum sepulchris veluti tumescere? ac

quæ

P E R I P E T A S M A

quæ gens est quæ non mirum in modum
gloriatur, si vel vnius illustris viri busto
epitaphioq; sit ornata? Morū et Fiscerium
episcopum Roffensem, Britanni habent.
O funera orbi tristia. Hos enim gladius
ante diem è medio sustulit, eo nimirum
tempore quo tres Cartusiani crucibus af-
fixi suspedium tulerunt atrox, idq; quod
institutorum paternorum propugnato-
res essent. O viros ætatis nostræ ornamé-
ta, ceduntur gladijs more bidentium.
Quæ vox igitur, quæ poterit lingua re-
texere quæ suis martyribus munera præ-
parat Deus, cuius quoque vnicus natus è
ligno quondam triste pependit onus? Il-
lud meo carmine de sene illo Roffensi
martyre dicam non sine fletu.

O quam mellifluo prudens sermone fluebat

Ex illo veniens dicitio gemma fuit

Vtile dogma parit sapientis nobile pectus

Fontibus ex altis lymphidalympha fluit

Impia scurrarum sunt oscula, sacra, sed omnis

Doctrina est sancti quæ fluit ore viri.

Et Mori illius funus, quis hoc saltem car-
mine non fleat?

Extinctum flemus crudeli funere Morum,

Hoc addere iunat.

Dum

ARGUMENT. INSIGNIVM.

Dūingā mōtis aper, fluijōs dū pīscis amabit̄;
Sēper honos splēdorq; borū laudej̄; manebūt̄;

O fœlix, ò fœcunda, ò glorioſa, niuea
pretiosoque lapillo signanda ætas noſtra,
quæ ingenij, quæ literis, quæ artibus, quæ
victorijs, quæ nouis martyrijs illuſtris flo-
ret. Ad hęc quis Hadriani illius ſexti Pon-
tificis ſummi eruditionem ſanctimoniāq;
nō celebret? Quis Hosijs? Budæi? Clitouci?
Driedonis? Sadoleti virotū, Deus bone,
quanta eruditione illuſtrium, aliotumq;
nō decantet elogia; qui mirificis dotibus
ornamento fuere hiſce annis? Obſecro te
poſteritas quis tam crudelis lucebit dies,
qui horum quos hic iam recēſui, gloriam
extinguat aut obſcuret? Quis hodie ſue
ſcribat ſiue loquatur ſiue oret, ſiue medi-
tetur ſaltē Roffensis illius aut Mori me-
minit abſque honorifica præfatione? De-
níque quis tam ingratus eſt, qui non to-
tis buccis celebret viros immortalitate
diagnos? illud addam:

*Ante leues ergo paſcentur in æthere cerni,
Efreta deſtituent nudos in littore pīſces,
Quam noſtro illorum labātur pectore vultus.*

Fuere ſane, quod fateor & pīſcis æta-
tibus ſua quædā lumina & decora ob quæ

P ſeſe

PERIPETASMA

se se insigniter iactitaré. At sunt et nostro
æuo, ut prædixi, quorū gloria nos quoq;
posteritati commendatura est, nec adeo
steriles sunt nobis anni, ieconi, aut infœ-
cundi, quin aliquoties, ut dixi, fœtus im-
mortalitate verè dignos pariāt, sed atroci-
fatorum inuidia non raro fit, ut qui lon-
gissima vita digni sunt, proh dolor, ante
diem canescentes è medio tollantur. Et
hinc orbi illæ lachrymæ, iuxta illud Boe-
tij. Intempestiui funduntur vertice cani.
Quid si veluti tuba terribilē sonitū tara-
tara dicēte, aliquoties sic acclamauero.
Accurrite igitur ò Pierides mellifluę dul-
césque camœnæ, blandæ sorores ac Musæ,
dirū Marté, si modo fas sit atq; Herculem
quendā, qui manus auxiliares porrigant,
conuocate aut certè charos alumnos ve-
stros tenellis sepelite digitulis, & tumu-
lis superaddite carmen, gregatim inquam
iunctis armis animisque in atra fata insi-
lite, concurrite, inferte manus, vibrate
lanceas, iambis pungite, quia sanè quos
gremijs dulciter souistis crudeliter tru-
cidant, & mirum quanta lanient trucu-
lentia. Sed intelligo, timidulæ estis, deæ
estis, nymphæ imbelles, muliebre genus,
verum

ARGVMENT. IN SIGNIVM.

verū si Mars, aut Mors, aut Atropos vos
fobore vincant, ijs tamen omnibus pru-
dentia & maiores & superiores estis.
Quum prudentia melior sit ac præstātior
quam arma bellica, fides ipsa aderit, diua
quoque illa Pallas cum suo magnanimo
Ioue, è cui^o nata cerebro in has auras pro-
dijt & prosilijt. En latus clamat yates ille
diuinus meliora generi humano pollici-
tus. Absorpta est, inquit ille, mors in vi-
ctoria, vbi est mors victoria tua? Sed fini-
te, cōniuere, filescite, emoriātur corpuscu-
la, certè animi viuēt immortales ac liberi.
Nec mentes claudi poterunt in puluere busto.

Et heu cur tādem nec diuinis ingenij
parcit Parcarum crudelitas? supersunt no-
bis, ð delitiarum iacturas, ah dolor, super-
sunt, inquam, nobis, en solum corpuscu-
lorum reliquiaz, rari ac tenuisculi cineres
ac fauillaz. Quæ saxis, arena aut marmore
latent. Quis tātum summorum virorum
catalogum etiam ingenti volumine com-
plecti queat, quippe quam præstantes in-
genio scriptores, enumerat Hieronymus
in opusculo illo, cui titul^o, Catalogus scri-
ptorum illustrium? at quid ē tot tantisq;
viris orbi mœsto ad solatium relictū est,

P ij præter

P E R I P E T A S M A

præter quædā saltē immortalitatis mo-
numenta , libros testes sanctimonie aut
eruditionis,cinerēsq; ac fauillas quæ om-
nia, vt cætera potuerit, tamē ad nihilum
redigere non potuit in uida mors. Quan-
tam sapientum turbam tulit Græcia &
Italia . Hic adhuc saltē aliquot epitaphia
libet assuere . Nam omnium quis possit?
etiam annos decem scriptitans poemata?
Basilea Erasmus Roterodamum magni-
fico sepeliuit apparatu ac structura . Bru-
gis eodem in templo Iacobus Meyerius,
& Ludouicus Viues sepulchris indor-
miunt, templum diuo Donatiano sacrum
est, hoc epitaphiolum Meyerio damus.

Hic scriptor tuus est, ô Belgica terra sepultus,
Hic iacet historicus Flandria clara, tuus.

Ludouico Vuenti istud.

Æternum viuax ut viuat in æthere viues
Qui vitæ fons est viuidus, oro velit.

Cominij apud Flandros sepultus est
Despauterius Niniuita.

Hic iacet vnoculus viuus præstantior argo
Nomen Ioannescui Niniuita fuit.

Si peritissimos artis Musicæ viros his
literatis liberet immiscere epitaphiolo il-
lius, qui Clemens non Papa dicebatur ce-
lebrarem

ARGVMENT. INSIGNIVM.

Ilebrarem funus, nam apud Dixmudanos
iacet, & Crequillonius Bethuniaz, sed id
no placet, Zasius et Glareanus bustis con-
duntur Friburgi Brisgoiz.

IN MARTINV M DORPIVM LOVANII IN IPSA *Carthusia sepultum.*

Zēp θυκτοῖς ἄρα, πᾶσι φιλῳ, χάριερδε
έσσθα,

Nūp δε μεταθανάτοις δόρπις δόρπωμ ελψ.

Is pius ac modestus vir fuit, Nanius,
Goclenius, Nanius Louanij in edibus Di-
uo Petro sacris conduntur. Nanius mihi
olim amico verè candido epitaphium de-
negare non placuit. Itaque nostrum hoc
breuiuscum gratitudinis ergo, ponimus,
is fuit canonicus Atrebaten sis.

*Nanius Alcmarijs fuerat qui natus in oris
Tectus arenoso conditur ille loco.*

Heu quāta pbitate virū mors inuida strauit

Heu quantum nostro sustulit orbe decus.

Hunc coluere olim Græcæ, latiæque forores

Hunc fuit gremio doctus Apollosuo.

Hunc studiofa cohors sape est mirata docentē

Mirata est tanti labra diserta viri

Et nunc qui toties veterū monumēta relegit

P ij Qui

P E R I P E T A S M A

Qui toties cecinit carmina prisca taceat.
At quoniam fecere virum pia funera saluum
Nullus ab exanguipectore fletus eat.
Quid facis infelix surdum qui ror e sepulchrū
Spargis, & assiduo flumine saxa rigas?
Quin dormire finis tranquillo corpora somno
Sit sua iam fessis, quam meruere quies.
Psalmos sume sacros, precibusque ad numina
fusis.

Gaudia defuncto summa precare viro.
Quid fusius prosequar? quot eruditorum
Sophorum agmina dormiūt. Romæ, fusca
tellure abdita? Euge, docta Florentia, &
ipsa Cremona ingeniorū ferax, quot ob-
secro viros, eruditio nis splendore insig-
nes, & genuere, & sepeliere? quot sepul-
chris tumet Grecia orbis magistra, quot
Asia tota, quanta est? O Eusebi, Origenes,
Seneca, Iuuence, Chrysostome, Theophi-
la cte, Alcuine, Cypriane, Tertulliane, Hy-
lari, Anselme, Thoma, vósq; alij omnes
rudioris mundi optimi, ijdemq; ingenio-
fissimi instructores & formatores, ita
mortalium reliquias nidos atque tug-
riola, & ad superos concessisti beatissimis vos
quoque præstantes Philosophi, facundi
oratores,

ARGUMENT. INSIGNIVM.

oratores, diuinæ proles, Plato, Diogenes, Socrates, Quintiliane, Ouidi, quo latitatis putrescitisque cauo? quiescunt calami vestri, heu quiescūt plectra, nerui & ora, vobis tamen ò quanto vtiliores sunt orbi, ac proinde preciosiores Christiani scriptores, authorésq;, qui Christianis Christianè ipsi Christiani scripsere, cuiusmodi sunt Cyprianus, Eusebius, & alij quos iā aliquot locis supra dinumerauimus? Hīj quum iam nobis taceant, quāta putamus, quamq; noxia est hēc omnibus taciturnitas, & silentium? Siquidem Sapientē perpetuò loquētē optamus, thesaurus enim desiderabilis in ore Sapientis, ait Sapiens ille Hebræus: Suaues cytharæ modos libenter audimus, tubam insuauiter sonantem tristes contemnimus. Iam quis finis tandem, si pergam omnium qui eruditione floruerunt tumulos, titulos, & epitaphia recensere, edereque? Breuiter hic dicam: legimus aliquot magnifica epithaphia muris inharentia, meminimus operum, & monumentorum, quæ orbi reliquere, audimus, passim denarramus, ac veluti veneramur encomia, sentimus nominum immortalium odorem, fragran-

P. iiii tiām̄q;

PERIPETASMA

tiamque, flemus mœsti ac madidis oculis
 prædura saxa irrigamus gementes, & eiulantes, nec villa spes est fore, ut ad nos, hic
 rursus victuri, è speluncis antrisque suis
 resiliant. Neque enim ille Aetherearum
 métium optimus pater hinc suos euocat,
 ut eosdem rursus in huius qui calamitates
 præcipitet. Durū certè esset bis corpora-
 lem subire mortem. Sat sit illis semel ex
 huius vita periculis, velut è labirintho
 dulcissima numinis manu eruptis, ad quie-
 tiores sedes transmigrasse. Certè flere lu-
 buit, quum viderem aliquoties eruditissi-
 morum sepulchra nullo apparatu orna-
 ta, diuitum tumulos miris picturis insig-
 nes, erectas statuas. Qui mos à Romanis
 gentilitijs profectus est, qui suos Césares,
 aliósq; dotibus illustres posteritati com-
 mendabant. Imò ne defunctæ quidé con-
 iugis quálibet ignauæ poterat immemor
 esse maritus, sed dulcis vxorculæ imagi-
 nem tabellis inclusam seruabat, aut sepul-
 tam insigniebat. Hoc epitaphio Lycię cō-
 iugi clarissimæ ante diem extinctæ Mar-
 cellus posuit. O me infœlicem, cur viuo?
 At viris quos artes & rerū cognitio redi-
 didere magnos, cur ingratus orbis non
 rependit

ARGVMENT. INSIGNIVM.

repedit dignas grates, saltem honorifico
tegens marmore corpuscula, vt sequenti
zuo victuris ad cognitionem studiumq;
scientiarū addatur calcar, & patrū exem-
pli ad honesta prouocentur, & animētur
alacres. Eruditio cum probitate cōiuncta
nobilē facit. Rarō in purpura virtus. Vo-
lunt tamen qui genere & opibus celebres
sunt & viui & post funera haberi ab orbe
pro maximis. Illud hoc loco dixero & cer-
tè pudet dicere, nō desunt quiliq; teras non
verè colunt, dico. Quo nomine, quæso,
nobiles quosdā vocabimus, nam ad om-
nes sermo hic non pertinet, qui in floren-
tioribus Academijs aliquoties cōmoran-
tur, non tam studij causa, quam vt com-
modius venentur prædas? pescatores? aut
venatores? sanè est quod rideam, hic viros
intētione, mēteq; egregios videoas, apertè
dicam, sunt utinam pauci, è nobiliūm fa-
milijs orti, qui ad hoc in gymnaſijs ali-
quot annis ætate adhuc tenera ſeſe conti-
nent, non profeſtò eo animo, vt optimas
imbibant disciplinas, sed vt ſi qua pin-
guior obtigerit præpositura, aut Abbatia,
aut etiā episcopatus, hoc nomine facilius
impetrerent. Siquidem non rarō petunt ij-
quorum

PERIPETASMA

quorum est sacerdotia præbendásq; con-
ferre , vbi est hic aut ille filius aut nepo-
tuus,cui venaris hoc sacerdotium? proti-
nus huic modestè respondetur. Est in illa
aut illa Academia , vt hinc scilicet inno-
tescat probitas eruditioq; eius, cum nulla
sit , colligaturq; dignum esse eum ea dig-
nitate,qui adolescentiam sic dedicat op-
timis studijs, cum totos dies oblectet pi-
lla,alea, sphæristerijs, luxu, poculis, ocio,
venere , discursionibus & vagationibus.
O pescatores, ò venatores , id vel ijs indi-
cijs leui negotio deprehendas,quod illico
onagri illi præbenda onusti Academias,
sibi sat docti,linquunt,& eo alacres diffu-
giunt,vbi,vt putant,suauium dierum so-
des sita est,pendent interea ac pallent ex-
pectatione moraq;. Quam grauis est lōga
dilatio talibus animis? O coruos hiantes?
Itáne interim cupitis nō ecclesijs,sed vo-
bis benè consultum , prospectum & pro-
uism? arbitramini aucupes aliorum in-
genijs nullum inesse genium? astutiam?
aut nasum?pijs literatoribúsque meritò
debentur, quæ miluij isti vi vnguium fa-
melicis præripiunt . Hæ sunt illæ noctuæ
quæ oleum ecclesiæ exugunt . Quanto
æquius

ARGUMENT. INSIGNIVM.

zquijs erat hoc dari dignioribus , ut potest
ijs qui vel gymnasij s scholisque præsumt,
& qui summos dum publicè docet quos-
libet, sudores subeunt . Hæc porrò in eos
dicuntur qui ecclesiæ bona ob id solum
captant ut habeant quo suas alant volu-
ptates . Iam alios etiam nobiles his non
multo meliores conuenio . Quid musis cū
Marte aut cum luxu ? aut fastu ? aut deli-
tijs ? Quorsum iij quorum est in adolescen-
tia, humili spiritu studijs incumbere, tan-
ta superbia extolluntur . Neque enim vel
in schola , vel in mensa , vel in platea eos
pro verè studiosis agnoscas . Discat sobriè
tenuiterq; agere ut tandem magni euadant
ac verè nobiles habeantur , quum
res egregiæ nō tā corporis viribus , quam
ingenio transigantur . O iuuenes excolite
pectora studijs, Mineruz seruite , discite
humiles, quid sit lampadem accendere, &
eam rursus extinguere, quid sit pruinas
pati, & astus . Quid sit modestè dum vo-
bis vngues adhuc sunt teneri senio gran-
dioribus caput aperire, quid maioribus ce-
dere atq; genu flectere, quid sit verè castū
iciunium ? quid egestas ? quid discriminis
sit inter lanā & bissum , inter Philomenā
& pas-

& passerem, cur natura sit coruus ater, &
 & cygnus niue cädidior. Itáne vultis iam
 recens nati videri summi rerum artifices?
 alijs imberbes & impubes præesse? atque
 vel talpis ipsis aliquoties cæciores, ijs qui
 habent linceos oculos ostendere solis iu-
 bar & radios? Non potuit Phaeton recta
 deducere solem, Icarus Icarias nomine fe-
 cit aquas. Is siquidem iūctis cera alis euo-
 lare nitebatur, at idem mox in mare præ-
 ceps lapsus est. Itaq; hij sunt vobis exépli,
 discite tandem si vacet, quid sibi velint hęc
 Poetarum figmenta & fabulæ. Nam hic
 iocus seria dicit. In libro meo cui titulus,
 Scēna rerū. Hęc multis versibus vobis la-
 tius excussum, ac declarauiimus. Verum
 vt ad illud vnde digressi sumus institutū
 remigremus, quot obsecro ab orbe ipso
 cōdito, mortalium pectora telo confodit
 mors atrox? quot stravit humeros? quot
 tibias falce secuit? quot neruos diffregit?
 quot ceruices contudit? quot exuxit me-
 dullas? quot oculos? quot lumina extre-
 ma lippitudine extinxit? quoties ligone
 aperuit, vertitq; cimiteria? quoties agri,
 rura, regna, ditiones, ædes, regiæ, aut casæ
 stramineæ mutarū heros? quāta ossiū ca-
 rie &

ARGUMENT. IN SIGNVM.

rie & rubigine præfessorū cōgeriē, quan-
tōsq; cumulos habet diui Innocētis apud
Lutetianos cimiteriū? & hęc, cum his que
præmisimus, argumēta iudiciaq; nō mini-
ma fatorū in quoilibet dire ſeuientiā. Sed
haec tenus fortè plus satis, de studijs ipſis
studiorumq; cultorib^o aut viris eruditis,
quos immortales nōnunquam in hac ca-
lamitosa regione viuere optāmus: certè
vt ingenuè fatear, atq; hic illud repetam,
nunquam sanè satis luxerimus eruditio-
rum funera, etiam si flumina Nilo ipso
maiora erumpant ex oculis. Finimus igit
triste argumentum, proinde zquum
est, vt quos mortales dum viuerent,
diximus, hos nunc putemus, ad eam mor-
talibus omnibus cōmunem metam tan-
dem peruenisse: à qua (proh dolor) nec
eruditio remouet aut eximit eruditos,
nec Cresos aut Midas sui thesauri libe-
rant. Illud vnum malè habet plurimos,
quod forsitan aliquot eruditorum, qui
antiquitus vixerē monumēta, ad nos non
peruenient, & vtinā, inquā, religiosè fer-
uissent priscæ ztates, que nos ſaculis for-
tè multis præcessere, eorū omniū qui piè
erudice ac absolute dreb^o varijs tractarūt
argu-

P E R I P E T A S M A

argumenta, codices, & paginas sententij
graues, optimè hac via de posteris meritæ
fuissent, sed arbitror ingratos annos do-
ctissima vtilissimaq; non paucorum au-
thorum virorumq; eruditorum scripta,
ita iam suppressisse & extinxisse, vel tem-
porū successibus, vel otiosa quadam ne-
gligentia, vt hodie ne tantillum quidem
eorum apud nos posset reperiri etiam in
curiosissimis atque locupletissimis Mu-
seis, ac bibliothecis publicis. Heu itane
periere monumenta tot laboribus parta?
Loquor hic de ijs, siue pīj euangelicique
oratores fuerint, siue poētæ, aut viri alias
professionis reipublicæ christianæ non
inutilis, quorum scripta negligenter ztas
in totum aboleri passa est. Quid si ex zra-
rio publico quotannis quidpiam depro-
meretur, quo vtiles bibliothecæ instituā-
tur, seruenturq;? Quærimur enim nos ja-
cturam pati, nec eam nō minimam, etiam
si vnica paginula habens vtile argumen-
tum pereat. Certe si hic immortales ser-
uari nequeunt literati ipsi, horum saltem
literæ, libriq; seruentur. His enim iuxta
Salustij sententiam rectius visum est in-
genij, quam virium opibus gloriam qua-
rere.

ARGUMENT. IN SIGNIVM.

rere, & quoniam vita ipsa qua fruimur
breuis est, memoriam sui quam maxime
longam efficere. Nam diuitiarum & for-
mæ gloria fluxa atque fragilis est, virtus
clara æternaque habetur, oculis nimirum
perpetuò proponentes illud quoq; quod
idem Salustius de bello Iugurthino ita
adserit. Quo magis prauitas eorum admi-
randa est, qui dediti corporis gaudijs, per
luxum atque ignauiam ætatem agunt,
cæterum ingenium, quo neque melius,
neq; amplius aliud in natura mortalium
est, incultu atque socordia torpescere si-
nunt: cum præsertim tam multæ variazq;
artes sint animi, quibus summa claritudo
paratur. Sed quæso, quam procul absunt
ab hoc iudicio inepti quidā, quibus erudi-
tio preciosior non est, quam illi gallo
apud Æsopum stercorarium verrenti fuit
gemma? ac vereor ne quorundam impro-
bitate, impudentiaq; fiat, ut proverbiū
illud quod ad nos vsque trāsfudit, trans-
misitque veri studioſa antiquitas, apud
nos pereat. Illud nimirū est, Quēuis terra
alis artem. Fateor, artes sunt mechanicæ,
& sordidæ, opificiaque quædam quæstua-
tia, quibus forsitan eget huius vita neces-
sitas,

P E R I P E T A S M A

sitas. Et his etiam sane omnibus vbique
 suus est honor, suus cibus, locus, ac pre-
 cium. Sed de liberalibus disciplinis, phi-
 losophia alijsque; melioribus, dignioribusq;e
 scientijs agimus, quas non tantum cōcul-
 cāt ingeniorum Musarumque; osores. Sunt
 profectō haud pauci qui omnium rerum
 suarum dispendio, ne dicam & vītē ipsius
 iactura, optimas disciplinas sibi compa-
 ñarunt, eascereque tandem in viros vere
 magnos, sed non prius, quam canescentes
 & facti senio proximi. Iam quid pro tot
 suis lucubrationibus reddidit quibusda in-
 gratus orbisq;id videoas. En ostendo si etiā
 minimum quiddam quo viuat sapiēs, ni-
 tatur acquirere, sane quanquam eius me-
 ritis plurima debeantur, difficilius impe-
 trabit, quam is qui plane ignauus est, &
 rerum imperitus, atque vt semel dicam, ni-
 hil aliud quā venter. Eia, quid promouet
 Homerus, si musis comitatus veniat? por-
 rò si cui sex aut decem aut viginti duca-
 torum millia, quales multi sunt anni sin-
 guli, vel ē patrijs censibus, vel ē bonis
 industria forte partis referant, cur nō au-
 get familiæ numerū vno saltē aut duo-
 bus viris doctis? duos ad minimum rebus
 gerendis

ARGUMENT. IN SIGNIUM.

gerendis necessarios adhiberi aequum es-
set, quorum alter, quæ animæ negotia re-
quirant tractet, alter qui ius quoddam do-
mesticum dicat, exacteque discutiat, ea om-
nia quæ familiam videtur spectare. Quem
uis ergo familia, & quævis terra alat arte,
nec egestatem patiatur philosophus. Mo-
neaque; quod summum est, ut religiosissimæ
antiquorum adseruemus monumeta, ne
nobis pereant piorum fætus & labores.
Certè preciosissimi orbis thesauri sunt
eruditorum bibliothecæ. Quoties suda-
runt, Augustinus, Gregorius, Hierony-
mus, tot voluminum authores? quoties
fatigauit Thomam, Dionysium Carthu-
sianum, & Caietanum assiduus virginisq;
labor, dum diuinæ scripturas imperito-
bus aperiunt & explicant? Interea quoq;
scholas ipsas argumentis instruentes, for-
mantesq; quanti sudoris sunt illa, in ius
commentaria, quæ Bartholus reliquit?
quot lucubrationibus constitit Budzo
opus illud suum de ase & eius partibus?
ut omittam quanta diligentia nos græca
doceat? Quoties sudore maduit Alciatus,
dum Iurisperitis, de quibus quam optimè
merit' est, scriptitat plurima? Porro innu-
meros

Q. meros

meros doctos his excellentiores adduxisse, nisi breuitati studerem. Interim hic illud verum fateor ignauorū esse otium, cæterum eos qui sunt animo nobiles, præferre labores turpi & inutili otio. Itaque dum exactius quædam contemplor, mi Hercule nostræ desidiaz pigritiazque aliquoties imputadum censeo, quod in hoc nostro genere humano minus eruditoru virorum habeamus, etiam si hodie non desint doctissimi & quod multi, quem facilè possent, alius in literarum cognitionem non penetrant. Idque non iniquè mihi persuadeo varias multasque ob causas, quas ad vnum omnes, quis etiā recensere dignabitur? Sunt ne quos omittam, qui tribus aut quinque annis, miris sudoribus voluunt libroru paginas, remis ac velis (vt aiunt) currentes, at fortè si quis honor, aut palma illis ob scelioia initia, obtingat, statim cepta abiiciunt studia, lucubrationesq; seip sis (vt sic loquar) optimè contenti, rati etiam plus satis esse, iecisse fundamēta. Quanto consultius erat solidis fundamētis ipsis grauiora adieciisse, & gnauiter superædificasse ea, quæ verè iument, & doctum absoluunt ac cōsummāt.

Quid

Quid enim debet esse vita hæc quam perpetua quædam schola, in qua & artes discas, & mores incorruptos, & potissimum sanctâ moriendi artem? Fateor his annis non deesse doctos, idque quam plurimos, sed horum maior habetur turba. Ex his quædâ videoas mirè graues vulnu, supercilium & titulo. An desiderant isti ut fronte ad arrogantiam compôsita, scientias, pallades, & artes metiamur? quum alios interdum leuiores existimat, ipsi metu planè leues sunt eruditio[n]s, neq[ue] hic lâcēs æquæ sunt, nec planè dissimiles sepulchris albo colore tinctis esse iudicaueris, aut potius archi illi, quæ iuxta Attrebatum in pratis sita Bellimons vulgo appellatur. Siquidem quum hæc è longinquo prospicientibus splédiadas aulas, & palatia plusquam regia foris ostendat, nihil tamen intus præter stramina, aut saxonum fragmentula reperias. Iâ ut & hoc addamus. Si quis secum perpendat quot artes, quot linguarū species imbibaret, addisceret tenella iuuētus ab anno septimo, vsq[ue] ad decimum octauum, rursus ab hoc æatis, ad trigesimum usq[ue], fortassis curaret tempestiuus iuveniles annos extoli studijs, & vngues ad-

Q ij huc

hue teneros ornari preciosissimis artium
 lapillis. Quid? quod varia idiomata potest
 vel vnicalingua volueret? Si quis Mithri-
 datialiisq; è vetustiorib; credat. Quippe
 mulierum scientiarum capax est una ho-
 minis mens, vas, ut sic loquar amplū est,
 nō angustum, infunde, misce, tandem re-
 cipiet quicquid imposueris. Illiusq; Ho-
 ratiap; versus interī meminisse te iuuet.
 Quo sēcundū est imbuta ūcēs seruabit odo-
 rem testa diu. Sed multorum perspicaci-
 sima alioqui ingenia, aut luxu immodo
 inundantur, mergāturque, aut incassum,
 ac nugis, velut circa nuces, trita adolescē-
 tia, auspicamur auolare ad libros. Aut lé-
 tis ac velut in tepidis dormitantibus, osci-
 tantibus, otiosisq; animis, rem ipsam tanq;
 aliud agentes tractamus, multis pietas
 cordi non est, minus eruditio, aut nulla
 omnino erga Deum Optimū Maximum
 charitas nos mouet aut stimulat ad studia
 disciplināsq;. Breuiter dicam, quærimus
 quæ nostra sunt, non quæ Iesu Christi,
 fluxashuius vitæ glorias, honorificas se-
 des, &c. denique pingues redditus oculis
 proponimus, atq; animis nostris promit-
 timus. Aut certè ne & illud omittam, id
 enim

ARGUMENTI INSIGNIVM.

enim obseruui mox audituri eos qui ar-
ges, & disciplinas publicitus prælegunt, &
proficentur. Non curamus illius cœlestis
spiritus opem implorare, qui tamen si ab-
fir, obscura omnino erunt nobis omnia.
Proh dolor, quā s̄pē vidi multos, etiam
viros decem & octo annos, aut viginti,
aut etiam viginti sex natos, simul insfo-
lentissime garrientes, futiliter nugantes,
omnia miscentes fabulis, strepitu & ore
irridentes compalestritas suos, eodem in-
gredientes, dū expectant scilicet, qui præ-
lectur⁹ est? Hecce est illa Christiana sim-
plicitas? mansuetudo? & modestia? Hecci-
ne est in proximum pietas? & hic littera-
rum amor, ardēasq; descendit voluntas?
Dum hos sic tanquam iunctis hastis con-
currentes viderem in proximum, & lin-
guarum tela eiaculantes, scommatibus,
obliquisq; strophis ludentes, s̄pē mecum
tacitus dixi. Mutuò muli scabunt, mutuò
se caballi fricāt. Mutuò inter se gruniūt
fies. Magna inter molles ac moriones cō-
cordia. Similes habēt labra lactucas. Dig-
nū patella operculū. Atqui interea tem-
poris vel diligenter conferenda sunt stu-
dia, & superiores lectiones repetendę, vol-

Q. iij certe

certè inuocanda concordibus omniū amī-
 mis numinis gratia , vt per hanc ducem
 quam plurimū promoueamus , in sanctis
 illis occupationibus , literariisq; negotijs
 & exercitijs . Hęc sanè ut alia multa , in
 causa mihi esse vidētur , our minor sit orbis
 virotum verè solideque eruditorum nu-
 merus , & cur rudius incultiusq; aliquod
 sęculum (ni Deus auertat) renasci eadē
 posse videatur . Porrò quod superius , etiā
 adductis aliquot epitaphijs , fusius egerim
 de eorū morte , qui eruditionis splendore
 inter mortales fulserunt ; sed id tamē par-
 cius , hoc est , per paucis nominatim expres-
 sis , ob id per me factum est , quod hoc le-
 nocinio , siue hac occasione fortè alijs cal-
 car addimus ad optimas quasque discipli-
 nas comparandas , tum maximè quod so-
 lidè eruditos , potissimumque pios nō ra-
 pterunque terreant fata aut mortis insul-
 tus ; quam reliquos plebeios , qni certis
 philosophiæ præsidijs rarius nituntur . Sa-
 pientibus quippe , quibus est peculiare de-
 rebus incorruptè iudicare , videtur id ti-
 mendum vix esse quod vitari non possit .
 Et δ Detum immortalem , quantus olim
 fuit eorum apud veteres illos numerus ,
 qui

ARGUMENT. INSIGNIVM.

qui constantes expectabant mortis ferè iniurias, & veluti ludentes, ridentēsq; factorum tela perferebant? Ex ijs proferam quodam, si primū illud attrulero, quod libro primo Tusculanarum quæstionum ait Cicero facundia eloquentiæque citra omnem controvërsiam princeps. Quod si timeretur mors, non cum Latinis decertas pater Decius cum Hetruscis filius, etiā cum Pyrrho nepos se hostium telis obiecissent, non vno bello pro patria cadentes scipiones Hyspania vidisset: Paulum & Geminum Catine, Venustu Marcellum, Latini Albinum, Lucani Gracchum, & pulcherrimis sanè virorū clarissimorum exemplis mortem nō esse malum suadet: Rursus ait: Cum Theramenes coniectus in carcerem triginta iussu tyrannorū, verenum vt sitiens ebibisset, reliquum sic ex poculo eiecit, vt id resonaret. Quo sonitu reddito arridens, proximo, inquit, hoc pulchro Criticæ, qui in eum tērribilis fuerat. Et Plato miro arguento introducit Socratē mox veneno moriturum. Hæc sunt eius verba ad iudices. Magna me spe tenet iudices benè mihi euenire quod mittar ad mortem. Necesse est enim

Q. iiiij sit al-

sit alterū de duobus, vt aut sensus omni-
 à mōrē omnes auferat, aut in aliū quādā
 locū ex his locis morte migretur. Quā ob-
 ré siue sensus extīgitur mōrē; ei somno
 similis est, qui nōnunq; etiā sine viās som-
 niōrū placatiſimā quietē adſert. Dij boni
 quid lucri est emori? aut quā multi dies re-
 periri possint, qui tali nocti anteponātur;
 cui ſimilis futura eſt ppetuitas omnis cō-
 sequētis téporis? Quis me beatior? ſin ve-
 ra ſunt quē dicūtū migrationē eſſe mortē
 in eas oras, quas qui ē yita excesserint, in-
 colunt, id multo iā beatius eſt, te cū ab ijs
 qui ſe iudiciū numero haberi volūt euafe-
 ris ad eos venire qui verē iudices appellē-
 tur. Minoem Rađamanthū, Æacū, Tri-
 palemū cōuenireq; eos, qui iuste cum fide
 vixerint, hæc peregrinatio mediocris no-
 bis videri potest. Ut verō colloqui cū Or-
 phro, Museo, Homero, Hesiodo liceat,
 quāti tandem aſtimaris? equidē ſēpe mori ſi-
 fieri poſſet, vellē, vt ea quæ dico, mibi lice-
 ret inuenire. Quāta autē delectatione af-
 ſicere cū Palamedē cū Aiacē, cū alios iudi-
 cio iniquorū circūlentos cōuenire, rētarē
 etiā ſummi regis q; maximas copias duxit
 ad Troiā & Vlyſſis Syſphiq; prūpēcjam.

Paulo

ARGUMENT. INSIGNIVM.

Paulò post addit, nec enim inquā vnquā
 bono quicq̄ mali euénire potest, nec viuo
 nōs mortuo. Nec vnquā eiua res à dijs im
 mortalibus negligētur, nec mihi ipsi hoc
 accidit fortuito. Et Seneca quā parū mœ-
 roris ostēdit statim moritur? Dux quoq;
 ille Leonidas animose exclamat. Pergite
 animo forti Lacedēmonij hodie apud in-
 feros cēnabim⁹. Id accidit cū adhuc Licur-
 gi vigerēt leges, vt vnus cū Perses hostis
 in colloqo dixisset gloriās: Solē præ iacu-
 lorū multitudine & sagittarū nō videbi-
 tis, in ymbra igitur, inquit, pugnabimus.
 Et Lacēna illa mulier magnanimitis qd ref-
 pōdit, cū iam filiū quē in præliū miserat,
 interfectū audijset. Id circō inquit, genue-
 rá vt esset qui pro patria morte nō dubi-
 tarēt occumbere. Deniq; & libro secūdo
 earū quæstionū, afferit cōceptū mortis nō
 minimū valere ad animū metu liberadū.
 Nū has omnes sentētias aureas esse dixerī
 mus & verę philosophiæ attribuerimus?
 Hic cigneū qddā mihi videor audire. O rē,
 dignā gloria, quādo vltimū hūc ab hac vi-
 ta exitū, vera animi virtutē & cōstātia bo-
 nestū illustrēq; reddidimus, atq; reliquis
 huius theatri actorib⁹ personisq; Jubēte,
 in Christo dicimus, valete & plaudite.

Genitilitia & Philosophia.

Viri cuiusdam ædes, cuius ætas
a senectute non iwa procul
distare videbatur, forte ina-
gressus sum. Is sex nymphas
verè elegantes flavis capilli-
tis, oculo dulci, totaque facie blandissima
domesticas habebat. Petenti tandem cu-
iates sint deæ, mox porrecto indice, hac
omnium prima, inquit, apud superos, nō
humi nata est, eaque vocatur fides viua.
Videm eam quæ huic deæ extra sedet? Char-
tas dicitur. Tertia autem inter has duas latto
pede subsiliens, & alacri omnia conspiciens
vultu, spes appellatur. Porro tres reliquæ,
sunt prudentia, probitas & veritas. Tum
ego rursus, quid inquam agunt he domes-
ticæ tuæ? Quid? (inquit ille) nequaquam
alo ociosas, sanis dogmatibꝫ me instruit,
consilijs iuuant, moribus format, honori-
fice omnia mea prouehunt ac promouent.
Ostendunt rerum ordinem, sapientem me,
& ad honesta promptum ac paratum red-
dunt, contra hostes tanquam propugna-
trices arma præbent, illæsum & intactum
defendunt. Quid plura? ad cœlum usque
me rapiunt extolluntque. Quid? quod &
illud.

ARGUMENT. IN SIGNIVM.

illud diuorum fælix consortium promittat. Ergo, inquam, multa tuis auribus secretius detegunt, quæ nos rudiores & inculti ignoramus. Arcana & mysteria tutæ domi addiscis, ceu Paulus ille qui in tertio cœlo audierat, quæ ait fas non esse quibuslibet hominibus aperire. Aut veluti Daniel quem Gabriel cœlestis ille nūcius multa docuit. Amabo dic dñ lepidū pectus, quando tantæ sapientiæ thesauros tanquam condus quidam tecum recōditos habeas. Dicito, inquam, mihi, quot pluviæ guttulas claudunt nubes? taces? non loqueris inquam? Dicigitur quot angelorum milia habent sedes illæ cœlicæ siue æthereæ? Nec hic respondes? quot diebus perdurabit hic orbis? Quot electi adhuc restant sursum ad superos attollendi? Hic te mutum video, sed fortassis ob id fit, quod expiscari curiosus nitar quæ nosse, vnius Dei est non hominum. Mox deprehendi, idque certis indicijs, si quædam alia his humiliora cuperem doceri, eum paratum mihi ad singula respondere. Tum ego. Narrá ergo obsecro quum fidem habeas domesticā. Sunt ea prorsus vera quæ Cœtilicij illi Poëtz Oratorēsque tot locis scripti-

PERIPETASMA

scriptitant & repetunt? Hic ille. Quæ? Dicunt Iouem illum peperisse Palladem, & eam ex eius egressam cerebro. Respōdet, omnis sapiētia ab vnicō Deo fluxit. Quid habebat reconditum quēso illud Iouis cerebrum? aut quorsum singunt quidam illum implorasse Vulcani securim vt secto & aperto securi cerebro facilius emitteret fœtum suum Palladem? Quid dictū stultius? Tum ego. Sunt qui armāt Gigantes contra cœlum & superos, aiuntq; eos accumulasse montes, vt sibi facilè ad cœlos struerēt iter, expugnarētq; cœlicolas. At demum tandem eos fulmine ictos ac proinde victos corruisse. Qualia nūgamenta? somnia morionum sunt. Morionum vocas somnia? Imò nullus è tot morionibus siue stultis quos hactenus orbi dedere fata, aliquid harum rerum excogitauit. Hæc eruditorum habent scripta, Tullius, Crispus, Lucian⁹, Vergilius, Ovidius, Horatius, & alij huius generis, ea ipsa scriptis, quæ hic narramus, mandarunt. Extat libri testes. Nunquam sanè Gigantum ullus ea de re cogitauit. Sed quādam mortalium superbiā, Poeticum figmentum declarat. Quid ergo nūquā Phæton ille

ARGUMENT. INSIGNIVM.

ille aerius auriga, nunquam (inquam) Solis circunduxit quadrigam equosque? Nunquam sanè. Et Icarus ille nunq (obsecro) cæra iunxit alas, quibus in altum subuolaret? At qui omnes testantur præcipitem in mare collapsum, Icarus Icarias nomine fecit aquas. Somniū est. Quid ait de arcu, sagittis, & alis lafciui Cupidinis? Plus satis dixere, qui olim splendide mentiti sunt Poetæ. Ianum bifrontem nō negabis, cœcum potius assereré fuisse, quam bifrontem. Argus centum oculis cinctum caput habebat. O somnium & cœcum dogma. Imò cæcutiebat noctua quæ hunc garritum ædidiit. Hercules saltem aliquoties arrepta manu claua, stygios manes vi inuasit, ut quos vellet viuos ac saluos hæc in lucem auramq; reduceret: imò arbitror ipsummet in illud incidisse barathrum, unde nullis adhibitis visibibus poterit enatare. Tātū abest ut hic alias iuuare queat. Facilis descēsus Auerni, sed reuocare gradum, hoc opus hic labor est. Audiat illud: Medice. Cura teipsum. Charon nauta eo animas nauigio vehit, & Cerberus tri- ceps latratu intrantes salutat. Et hoc insigne mendacium est, & Lucianum, & die
 cu vs

PERIPETASMA

eu ut falsissimum, ita longè absurdissimum
& impium. Alia me domi docent fides &
veritas. Immortales dij, attamen Ouidius
Naso, monstra, homines, animantia, arbo-
res, ramos, miris modis in varias mutat, ac
transformat species. Describit, inquam,
saltem harum rerum Metamorphosim. Vis
dicam? scribit quæ contigere nunquam.
Æsopus quoque gibbosulus narrat olim
colloquitos ut homines, lepores, ceruos,
vulpes, equos, mures, canes, leones: & ta-
men ne Æsopus quidem ipse, id vñquam
verum fuisse assereret. Sed ita per fabulas
familiariter docet rudiores, & sapienter
incautos, ineptos ac simplicites polit.
Quid de Hydra censes dicendum? Aiunt
monstrum hoc capita multa habuisse, &
quibus si quis fortè vñ præcidisset, mox
pro vno amputato, surrexisset alianes-
cio quot. Quádo Delphin Ariona suauis-
ser cantantem dorso per aquas vexit?
Quando Orpheus cythara silices & saxa
straxit? Quid futilius quam quod de Ga-
nimede Aquario sparsit Ethnicorū poe-
sis? Centauros aut Chymeras quis oculis
vidit? Quis Priapi fœmoralia contrecta-
uit manu? Quis Atlhantem reperit hu-
meris

meris fulciētem sydera? Quis Neptūnum
dorso piscis inequitantem conspexit? &
Medeam aut maleficā Circen porrigen-
tem sua pocula? Fabulosa omnia. De blā-
do Syrenum concentu, de collegis ac so-
cīs Ulyssis, de pendula Penelopes telā,
quid sentis? Multò aliter profecto; quam
ij qui his de rebus suauiter fabulantur.
Euge quæso quum id fœlicitatis mihi ho-
die præter spem attulerit fortuna, vt te-
cum liceat & liberius & latius colloqui,
euge, inquam, vicerius progrediamur.
Aiunt quidam Romam à Romulo acce-
pisse nomē, id verum arbitror, Constan-
tinopolim à Constantino, Mediolanum
ab animalculo ibi prius reperto, cuius
solum media pars, erat recta lana, quasi
dicas medianam lanam. Bernam sic dictam
ab urso. Nam ber teutonis ac germanis
ursum sonat. Aquisgranum ab aquis cali-
dis & grano fratre Neronis. Antuerpiam
vocatam sic, ab amputanda, siue abijsien-
da manu. Venetos dictos quod ad eam
maris oram venerint. Normannos quod
quod ab Aquilonari populo orti sint. Bra-
bantes quod à Barbone primo duce. Fieri
quidem potest, ut hæc ipsa, vera sint. Sed
qua

PERIPETASMA

quæ superius liberius attulisti è veterum
illorum Poëtarum Oratorumq; figmen-
tis planè à vero dissident : imò apertè ac
prima facie contra fidei mysteria pugnat.
Nec ea videntur magni esse momenti aut
utilia, nisi quod fortè quedā ex illis, sic ta-
citus videntur nonnulla, quæ ad res serias
pertinent, significare. Nō vocabis opinor
nugatorem Pythagoram, qui (si multis
credimus) putauerit hominum animas,
statim vt è corporibus egressæ sunt, intra-
re pecora, vt ea animent . Nam hinc factū
aiunt, vt adduci nequaquam potuerit, vt
pecorum carnibus vñquam velle vesci,
etiā si hūc invitassent amicorum preces.
Aut diuinum Platонem, qui ante mun-
dum hunc creatum materiem, qua per ar-
tificem Deum sic fieret præcessisse arbit-
ratus est? aut huius discipulum Aristote-
lem Philosophię condum ac promum in-
signem, qui sibi persuasit orbem eternum
esse? Promos mendaciorum adducis, qua-
lia Philosophia condimenta? quid his ex-
cogitatis nxiolis insipidius , aut absur-
dius? Ex ijs sunt, qui etiam ipsius Dei po-
testatem naturæque immensę, vires ac ma-
iestatem metiri volunt , Vere euauerūg
in co-

ARGUMENT. IN SIGNIVM.

in cogitationibus suis, ac dicentes se sapientes, stulti facti sunt. Quid eo opusculo prae cacious aut iuuenum animis nocetius, quo Ouidius nihil praeter impudicos amores crepat? Quid imprudentis illius Philosophi scriptis Reipublice perniciosius? Quibus tam forti argumento tantaque vi de ijs quæ videtur morti peculiaria, tractat, ut multi etiam proprias manus visceribus suis intulerint, mortemque sibi asciuerint? Pergo rursus. Sunt ea puræ veritatis, quæ Alcorani paginæ in orbem spar gunt? Machumeticis enim fœlicissima quædam iucundissimaq; post funera pro mittuntur. Fucis diues est Alcoranus. Aniles sunt fabulæ, atque ipsemest impostor Machumetus asino suo, cuius dorso se ad cœli ianuam deuectum nugatur, multò erat stupidior. Atqui, inquam, quot regionum angulos? quot fines suo imperio adiecere turcæ? quam late patent eorum ditiones? Vix etiā centum milii duorum mensurum spatio, tam spatioſa climata lu strarint, oberrarint, ac percurrerint, volatu licet perniciſſimo ac velocissimo. Respōdit, pars maior ſepe meliorem vincit. Sed eſta vincant illi aliquoties armis

Rubos,

gubos, sepes, & insulas, vincit tamen eos
 veritas. Sapiētia quippe vincit malitiam,
 & mendacium à vero superatur, concul-
 caturq;. En Iudæorum stupida colluuius
 futurum Messiam sperat. Alacriter illum
 expectant nec fatigantur mora, irrident
 Dei natum Iesum, & hunc, vt scis, cruci
 affixere. O coruos hiantes ad prædam. re-
 diturus quidē est olim Christus qui prius
 venit humili natura, sed vt iudicet, non
 vt rursus sanguinem fundat. Fingant ac
 sibi promittant omnia Iudæi, gens erit
 perpetuò sterilis, egens, iejuna & fame-
 lica. Circuibunt ciuitatem, & famem pa-
 tientur, vt canes, quibus sanctum dari in-
 hibet Christus. Si infaniāt, vbi elleborū?
 vbi eorum quies erit? Referam hic noui
 quippiam. Pauculos ante dies à viro pro-
 bo accepi id quod valde ridiculum est, in
 familia cuiusdā Iudæi cōceperat venusta
 quædam ac elegās puella, iamq; pondere
 intumescebat vterus. Negabat interim il-
 la secum quoquā habuisse rem. Negabat
 & pater & mater & reliqui omnes, quod
 certò scirēt eā adhuc incorruptā virginē.
Accurrunt multi, spargitur inter Iudeos
 rumor virginem concepisse, aiunt Mes-
 siam

ARGUMENT. IN SIGNIVM.

fiam esse, gaudent, exiliunt præ gaudiō.
 Expectant, parturient montes, nascetur
 ridiculus mus. Tandem insignis illa vi-
 guncula, si dijs placet, filiam sive puellu-
 lam non marem peperit, fassaque est cri-
 men fœdi coitus, nimirum se s̄pius cum
 viro quodam anteac oīsse. O ridēdos Iu-
 dæos, ò sanctam pueroram. Quid libris
 illis vel insanius vel vanius, quos Corne-
 lius Agrippa de vanitate scientiarū, atq;
 de occulta philosophia inscriptis? Quo
 magis miror viro illi defuisse amicos, qui
 hęc duo opuscula iam consarcinare auspi-
 canti, non persuaserint ab instituto, quod
 postea multos offensorum erat, prudētor
 abstinentium esse. Sed tantum abest, vt id
 factum sit, vt etiam essent plurimi qui fri-
 gidam (quod aiunt) suffunderent, & cur-
 renti calcar adderent. In quibus sobrieta-
 tem cū iudicio desideremus. Quid enim
 causę fuit, cur vir tanto prædictus ingenio,
 in hisce friuolis argumentulis totam penè
 statē tereret ac transfigeret, quum ne ho-
 sum quidem quæ scripsit vmbra, ferre
 posse multorum piorum bibliothecarū?
 Nec arbitror ipsum Agrippam, scipsum
 plenè intellexisse, atq; si nobis prodigio-

R ij fas

P E R I P E T A S M A

tas figuræ, typos et simulachra deliniarit,
& Ioánes Baptista Neapolitan⁹ in libello
suo de magia naturali: quā difficultia etiam
sibi ipſi conatur enodare, & Cardanus de
varietate rerū quam multa nō intellecta
consuit? Nec defunt rami, haud scio qua
nati arbore, qui Aristotelis scholam ver-
rere, & sordibus purgare nituntur. Mul-
torum huius generis meminisse lubet,
quorū nomina non recenseo. Et sunt pro-
fectō non pauci, qui qua tractant aliquo-
ties, nec sentiunt, nec assequuntur. Veluti
pictores quidam si cæci sint, colores quos
non vident, errante vagaque manu co-
niantur componere in pariete. Quæ supra
nos nihil ad nos. Audiui pios, quibus dis-
pliceret, quod Erasmus sibi tantam etiam
de summis ecclesiæ doctoribus liberè iu-
dicandi licentiam fecisset. Et quid eo
argumento ineptius quo suadet Cassan-
drius quidam, virum bonū oportere ho-
die nec Papistam esse nec Lutherianum?
Certè id facit ut nouam sectam pariat.
Quid Sleidani mēdiorum contextoris
historia, infelicius & liberius & stultius
scriptum est? Addā illud: Malicorui, ma-
lum ouum, Quid deniq; pestilētius Hus-
ſitarum

ARGUMENT. INSIGNIVM.

sitarum, Lutheranorum & Caluinianorum
 aliorumque huius farinæ hæreticorum,
 scismaticorum, falsiorum codicillis &
 scriptis? quid perniciosus, aut quid plus
 habet presentis veneni, quam eorū quoq;
 volumina, quæ tecti sunt hæretici, & hæ-
 reos toxica in simplicium animos tac-
 tus & sènsim, vulpina quadam astutia,
 transfundunt? Multorum pixides vene-
 nū intus latens tegunt, varijq; sunt scrip-
 tores, in quorum hortulis, vrticæ, vepres,
 spinæ, passim obuiæ occurunt, sæpèque
 reperimus, quæ pueri in fabis se reperiisse
 clamitant, opes carbonarias, minimū fru-
 gis, messem tenuem, aut impura, aut im-
 pia, aut sterilia acieuna omnia. Neq; de-
 sunt qui statim prima frótè, titulo atq; in-
 scriptione aureos mótes lecturo promit-
 tunt. Splendidè vestiūt primam paginam
 & præterea habent nihil, perinde ac si si-
 miām bisso yestias, semper tamē est simia.
 Plerique nugaces sunt, futilis, dicaciores
 quā parest, scurriles & venerei, nec omni
 no illi dissimiles, quæ ob immodicū gar-
 ritū, sic introducit Martialis. Cui enī do-
 & o suis scriptitationib; molesti nō sunt?
Occurrit tibi nemo quod libenter

R. iij

Quod

PERIPETASMA

Quod quacunq; venis fuga est, & ingens
Circa te Ligurine, solitudo
Quid sit, scire cupis, nimis poeta es
Hoc valde, vitium est periculosis
Non tigris catulis citata raptis
Non displos medio perusta sole
Non sic scorpius improbus timetur
Nam rontos, rogo, quis ferat labores?
Et stantilegis & legis sedenti
Currentilegis & legis astanti.
In thermas fugio, sonas ab aurem
Piscinam peto, non licet natare
Ad cenam propero, fenescentem
Ad cenam venio, fugassedentem
Lassus dormio, suscitus iacentem
Vis quantum facias mali videre?
Virius, probus, impoetus, timeris.

Quis enim siue in eo qui de re quapiā
dicit, siue in eo, qui scriptitat insolentem,
& velut nullo stante pede loquacitatem
lubens ferat? Philopenus audire noluit
Dionysij carmina, quid quod & Horatius
Iugulari mauile quam huiusmodi gra-
culos ferre, exclamat: Confice me. Nam
huic ut Laconibus, verborū parsimonia
placuit, sed plus satis sit de hoc importu-
no picarum generis, vocē habēt, calamum
habent,

ARGUMENT. INSIGNIVM.

habent, iudicium nō habent, iam alio mē-
grabimus, si adhuc quædā , sed paucis hac
de re prius dixerimus, Romulos, Numas,
Aucos , Plutones, Priapos & Dianas cre-
pāt plurimine semel quidē intereā etiam
in maximis voluminibus ac thomis ado-
randissimum illud Iesu Christi nomē in-
terserentes, Lingua christiani sunt, operi-
bus Christum negant , quo genere scrip-
torum, quid execrabilis & orbi pestilen-
tius? Quis hic pietatem & sobrietatē non
desideret? aut quorsum tanta insolētia ijs
qui christiani & dici & haberi volūt ? Vi-
deas inquam multos qui nihil cundunt aut
recudunt quam more gētilium, hystorias
de Venere aut Cupidine . Hic toti sunt;
hic effruescit calor quasū si ab aris & fa-
cris sint alienissimi , & hoc modo non se-
mel peccant, sed centies, nimirum semper
eodem afflati spiritu . At qui plus fatis est
si quis etiam semel hac in re in vita pec-
cauerit. Consultius igitur fuerit, eā issue-
nilem stultitiam postea iudicij maturitatē
te emendare, ne Corydon sit semper ru-
sticus. Quam confuse rapsodia sua miscet
Munsterus? quam ieiune, ne dicam ineptā
tractat plurima in sua Cosmographia Ad

R iiiij hac

Hæc quid hodie passim nō prælegunt suū didascali? Multis, opinor, curæ non est, quod optimum iudicatur, ex ipsis autho-ribus studiosè colligere, vt ea discipulis tradant. Potius quidlibet obscœnum sor-didumque teneris animis proponitur, & in recētes nouāsque testas infundunt ali-quoties liquorem parum boni odoris, fa-bulas & figmenta quæ quidpiam impuri-tatis obscœnitatis ac lasciuiz habere vi-dentur. Consulo, vt pueris, si fieri queat, nō aperiāt. Quanquam ita dicat ille apud Terentium, hęc omnia nosse, salus est ado-lescentulis. Atqui vt vel Hebræi illi sint nobis exemplo, hi cauebant olim, etiam in sacris, ne quodus materiæ genus iuué-tuti explicaretur. Quāquam alioqui mo-ris illis fuerit multas scripturas, discipli-násq; iuuentuti tradere, simul & eas quas θεωρόσθις appellant, maturiori tamen ætati hæc quatuor reseruabant, videlicet Genesios principiū, Ezechielis prophetę initia, quibus de Cherubin agitur, & eiusdem libri finē quo templi ædificatio con-tinetur. Denique & canticum cantico-rum, quod opusculum censuerunt con-trectandum, non nisi ab ijs qui ad trigesi-mum

ARGUMENT. INSIGNIVM.

mūnū annū perueniſſent, & tamen in
hiſ litteriſ nihil non ſanum, nihil non ſa-
crum ac diuinum reperias. Sed alio pro-
peremus. Inuenias populos in remotis
extremiſq; mundi finibus degentes, qui
à brutiſ animantibus non ita procul di-
ſtāt. Barbari ſunt & inculti, vix vlo vtē-
tes iudicio. Hic mihi conſidera quam diſ-
ſicilē foret, talibus perſuadere Deū illum
latrīa coléduim, cuius vnicum natum lig-
no ſuſpenderunt Iudei? Et hoc loco illud
aſſero, qua de re mihi aliquoties dixit fi-
des. Illud vnum multis valde mirum po-
tuſſe videri, quod in hominē crucifixum
iam totus penē orbis crediderit. Itane in-
quā in eum tot illuſtres principes regēſq;
crediſſere, qui in cruce irriſiſ ſpineo ſerto
coronatus redimiſſque, denique medius
inter duos ſicarios mortuus eſt. Id ſtultū
absurdumque dictu ac creditu exiſti-
raunt illi gētilitij, ſed ipſi certē nimis ſtul-
ti. Quorum meminit diuinus ille Paulus:
Prēdicamus Christum Iudeis quidē ſcan-
dalum, gentibus autem ſtultitiam. Ijs au-
tem virtutem ac ſummaſ ſapiētiam, qui
in eum ex animo vereque credunt. Quod
enim ſtultiq; aſcribunt ſtulti illi, plus ha-
bet

bet sapientia, quam id quod sapientissimum iudicat mundus, qui Deum non cognovit, & cuius prudēcia mors est. Is quippe Christus moriens mortem attriuit, revivisca nouæ vitæ delicias restaurauit. Assidens patri dexter suos expectat eodem migraturos. Porro sedes eius non ebore corruptibili, non auro, non lapillis relucet, sed candore iustitiae, misericordia, bonitate, veritate, equitate, illustris est. Is est ille Deus qui solus habet immortalitatē, ac lucem inhabitat inaccessibilem, quam hominum nullus vedit, neque viderē potest. Huic omnes curæ sumus, nec putes eum moueri desiderijs ut nos mortales, aut frangi sollicitudine, aut cruciari labore molestiaq; in ferendo de singulis iudicium, atque in rebus dijudicādis, etiam si eadem hora siue momento, centum hominum millions emoriantur. Tam facile enim est ei, simul omnium curam gerere, ac si unus solum homūculus sub sole agearet. Unus omnia potest, nec immutatur, nec cōturbatur, nec vicissitudinis obumbrationem recipit. Is eadem manu omnes terræ fines continet, digitisque tribus rerum machinam ac maleam apprehendit
 & ap-

ARGUMENT. INSIGNIVM.

& appendit. Hic hominum metitur dies,
et quoque finem imponit & etates claudit
suis terminis. Hunc reuerentur angelicæ
et thereæque mentes : hunc cacaðæmones
timent, ac tremuli formidant. Huius pro-
digia mirantur oculi mortalium , mai-
staremq; adorant, proni ac supplices. Hæc
& eiusmodi fides illa mea domesticæ, ap-
plaudente veritate, quæ nunquam abest,
ſæpe mihi miranti enarrat, inculcat & re-
petit. Tunc ego, quam dulce est talè deam
habere domesticā , è cuius labris tot pro-
deunt oracula quæ quoquis melle ac saccaþ
ꝝ suauiora sunt auribus ac pectoribus ?
Hinc illud cecinit Dauid in cuius regia
et que aula, fuit & hæc fides olim hospes;
cur enim fidem non vocemus hospitem,
quum ut hospes ad tēpus suscepimus, tandem
abit, ita & hæc teste Paulo euacuabitur ac
cessabit, nimirum quum venerit , quod
perfectum est, non amplius in hoc ænig-
mate, sed facie ad faciem, visuri sumus pa-
trem luminum . Quam dulcia fauibus
meis eloquia tua? super mel, ori meo, theþ
ſaurus desiderabilis in ore sapientis, nunq;
sic locutus est homo. Quippe animalis ho-
mo ea quæ spiritus Dei sunt, nō perspicit
neque

PERIPETASMA

neq; percipit. At stultitia est illi , nec intelligere potest,cū examinatur , heu quā vanz sunt hominum mentes quibns hæc ipsa fidei lux nondum aslulsit? quid aliud quam mera nugamenta figmentaque ex cogitant ac narrant ij, quorū pectora non illustrat fides? Seria dū se tractare putant, oleum & operam perdunt , quum extra Christum , nihil sit verè serium ac vtile. Vx ijs,quod dicāt bonum,malum,& malum,bonum , ponētes tenebras lucem,ac lucem tenebras . Porrò vel simplex quispiam è plebe Christiana , qui integra agnouit,proficiteturq; fide dominum Iesum, quouis Aristotele,Demosthene ac Xerocrate eruditior habendus est. Elegit enim Deus ea quæ non sunt,vt ea quæ sunt destrueret. Vbi hic inquisitor huius sœculi? Clamat divina vox: Compræhendam sapientes in sapientia sua , & prudentiam prudétium reprobabo . Solus itaq; Christus summa veritas est,nec vlla lex vsquā verè pia est,quæ contra Christi legé pugnat. Hæc mendaciorum parit nihil . Hæc vanitatis ac superstitionis est impatiens, integra,libera,splendida,zqua,iusta,dux mortalium,animorum rectrix ac nutrix, omnis

ARGUMENT. INSIGNIVM.

Omnis vita fons, & quid non? Certè cui planè ignotus est Christus, huic quoque immortalitas est ignota, nec reperit iustitia immortalitatisque radicem. Stupidus est, viæ cœlestis inscius est, videlicet labyrintho inuolutus, & plusquam cymerijs immersus tenebris, quoties errat? quoties vacillat? quam distorto obliquoq; obambulat pede? quam totus extra se est? quam stultè fallitur? Rerū enim omniū orbisque sal & sol Christi veritas est, & vnicā immortalitatis radix. Quod vsq; adeò verū fateri cogimur, ut insipida atque inconditā sint omnia, nisi hoc condiantur sale, sapientiaque. Mors erat in filiorum prophetarum olla, nisi Heliæus præsens forte admiscuissest remedium. Et aquæ illæ suavitatis nihil, sed amari plurimum habuissent, nisi iniectum fuisset sal. Sic planè vbi vera sapientia non lucet, quid vtile habent omnia? Porcorum siliquæ sunt teste August. quæ animo satisfacere nequeunt. Quippe spiritus est qui vivificat, caro nō prodest quicquam. Atq; is planè vanus est, in quo nulla Dei subest scientia aut cognitio, ut suo loco per nos deductū est. Però si philosophis persuadere haud queas

queas, Christū è virgine natū, & hūc eūdē
 Deū esse & hominem, verè in cruce mor-
 tuum, sepulchro conditū, tertio reuixisse
 die, nōsq; omnes è tumulis tādem prodi-
 tuos, etiam si huc & illuc cēties sparsi ac
 distracti fuere corpusculorū nostrorum
 cineres & fauillæ. Quid tū, nū propterea
 sanum erit philosophorum iudicium &
 opinio, Dei q; mētietur veritas quæ men-
 tita nunquam est? & quæ suos fallere, nec
 vult, nec potest? Errat quidem hominum
 mentes, Deus autem neutiquam errat,
 neque seipsum negare potest. Quicquid
 vñquā verū est, ab eo & per eum vñrū est,
 qui vñus peculiari sua natura verus est.
 Vincit orbis totius mēdacia vnius numi-
 nis sermo. Subuerti haud poterit veritas
 columnis nixa cœlestibus. Fortis rex, for-
 tis mulier, vñrū forte, at omniū fortissimā
 veritas. Quo flamine, aut borea attacta
 corruet? Quoties visus est Sathanas ipse,
 qui ab initio mēdax fuit & in veritate nō
 stetit, veritati huic negotiū faceſſere, vt
 eam velut Læthæis sepultā aquis merge-
 ret, & ab animis mortalium in totū reuel-
 lerset, proscriberetq;? Tot hæresum tépe-
 states cōmóvit, tot scismatū fūmina exci-
 tauit,

ARGUMENT. INSIGNIVM.

tauit, tot armorum, tot bellorum furias accedit, tot mediorum fumos euomuit, tantum hypocriticos peperit, tanta fallacia, tanta astutia hactenus sive ijt, at vnicæ veritati Christo innixa pes firmus est. Pes inquam illi non è limo, non argilla, non cemento cōfectus est, sed è cœlesti natura quæ nec infringi, nec debilitari nec commoueri potest. Imo, vt verum fateamur, Deus ipse veritas est & vita, ex quo omnia, in quo & per quem omnia, Alpha & Omega, rerumque formator ac decus summū. Ens simplicissimū, cui nulla potest fraus aut mendacium imponere. Ex hoc vnico Deo pendent omnia. Attolle sursum oculos, quisquis es, & excute rerum causas, moxque prædicabis mirabilem artificis sapientiam, cuius etiam nutu factum est, vt tantus ordo decenter seruaret varios ac necessarios rerum omnium usus. Euge, euoluito cœli volumina, nubes, aërem, fulgura, tonitrua, cometarū tractus, & quicquid est eiusmodi rerum, quis negat in his arcana tegi, quæ non omnibus sequè apertè reuelat natura? aut quæ etiā musca est, in qua non reperias, quod miseris? Sed nequaquam statim omniū occupatis oc-

PERIPETASMA

Iis occurrit, quod in ipsis rebus admirazione dignum iudicamus, etiam si putemus nobis philosophis omnia esse & obvia & clarissima. Quanquam sanè haud opus sit ut omnes ad abditas illius naturę opes penetremus, aut veluti manu ea cōtingamus ac sentiamus, quæ non ita magni refert scire. Et hinc fit ut sēpius nō minus inēptè quam imprudenter ac parum sobriè de rebus garriant mortales. qui inter se nonnquam usqueadē acriter pugnant ac disceptant de ijs quæ pecularia habet naturę ordo, ut vix pareat ē cēlo promicans cometa, quin hac fortè se offerente occasione, trahantur ad dissidia litēsq;, dum suam quisque sententiam, tanquam diuinum quoddam oraculum recipi vult. Pulchrum tamen fateor omnino est, de ijs quæ sensibus nostris obiecta sunt, sanè sapienterq; iudicare ac dicere, quum verè philosophari regium esse existimem, atq; humanis ingenijs, ut iucundissimum, ita & utilissimum. Fœlix qui potuit rerum cognoscere causas. Diccam profectò ingenuè, audiui haud raro graculos, quis inhibeat ne sic vocentur quidā, quibus pr̄ter lingue garrulitatem nihil

ARGUMENT. IN SIGNIVM.

nihil est domi, eruditionis autem si quie
etiam in meridie vel accensa lucerna dis-
quirat, ne pilus quidem reperiéndus? Hi si
quoties fieret sermo de Astris, syderibus,
stelliis, cometis, ecclypsī, aliisq; rebus, quas
absolutè sese putabant nosse, non minus
mendaciter, quam pertinaciter, non di-
cenda somnia asserebāt. Tāmq; constanti
fronte, rem tractabant audaculi, vt videri
potuissent ab ijs quib⁹ nihil est iudicij, to-
to decénio calcasse sydera cōsiderasse om-
nes vagi Phœbi vias, quadrigas & equos,
corūmq; hinnitus audiisse centies tanquā
Phaetonis collēgæ. Arque adeò & ipse
Phaeton illis olim fuit planè familiaris
arbitror. Pudet referre quum sint minu-
tissima quædam de re naturali fragmen-
tula, sed cum hic nonnulla sese offerat oc-
casio, paululum ab instituto scopoq; di-
grediamur, vt liceat aliquantis per philo-
sophari & in varijs naturæ tractibus pro-
prietatibusq; atque proinde in Dei ip-
sus admirabili opificio meditari. Ecclyp-
sis natura sua semel primas rixas inter eos
conuiuas, quibus frequens adfui, mouit,
quæ multis alijs prætermisssis, quid quæso
aliud dici posset quam destitutio siue
enī t

S dfectus?

PERIPETASMA

defectus? ea siquidem non contingit nisi
sit directa quædam ipsius terræ inter So-
lem & Lunam interpositio , & hinc illæ
ymbræ quæ simpliciores Astronomiæ in-
scios in admirationem coniiciunt. Porro
Lunæ Ecclipsis nunquam nisi opposicio-
nis tempore accedit. Neque tamen quævis
oppositio huius rei pàrens est, cum singu-
lis mensibus recurrat, non vsque ad è fre-
quens est Ecclipsis hæc. Huius rei initiola
cum sint vel pueris notissima ne à limine
quidem salutaret vñquā , inter alios erro
quidam & scurra vagus non qui certum
præsepe teneret (vt sic verbis Horatianis
vtar) & tamen nullam sese vociferabatur
absolutius callere materiam, quam de Ec-
clipsi, totiesq; nobis molestus garriebat,
vt tota mensa mantilia , orbes , & lances
nihil quam Ecclipsis resonarèt. Ulterius
sciolum meū pertraxi ac mox deprehédi
ne hoc quidem scire eum si Ecclipsis im-
perfecta ac partialis fieri aliquoties possit.
Porro de capite aut cauda draconis nihil
quicquam audierat . Tandem petij num
Ecclipsis illa generalis & vniuersalis di-
ceretur, quando omnibus in vniuersum
appareret luminis defectus? arridebat in-
signis

ARGVMENT. INSIGNIVM.

signis Philomusus . At illud quidem (ne nihil scire videretur) sepe repetens Lunā corpus esse opacum . Dico insuper velut captans occasionem , cum astrologo meo congregandi, Ecclipsis Lunę semper generalis in omni regione est. At Solis ipsius Ecclipsis nunquā opinor generalis. Descripsi originem Solis Ecclipsis initium trahit ab occidētaria corporis ipsius parte, verum Lunę Ecclipsis oritur primo à parte Orientali corporis eius . Adieci interim, vtrū altero maius, num Luna Sole minor est ? Deinde an est quando Luna umbra totam terram obscuro velo operiat. Hic planè mutum dixisse, qui prius, quo quis ære Dodonæ erat loquacior. Haud dubiè dum thymo pascentur apes dum rore cicadæ, multos huiusmodi immodes loquacitatis nugones , sed indistissimos habebit orbis. Alia ex alijs illata sunt. Et vt huic de Ecclisi argumētulo fidem imponeret, oscitans velut ex abrupto deuenit ad somnia. Rursus egregiè sci licet vt anteà garrit. Respondi, somnia ue cores. Vis inquam scire quæ sit somniorū origo ? Aliquando grauiori immersus somno, putas te osculari virgunculas, sup

S i j te Mida

te Midę thesauros possidere, aut è poculo aureo bibere nectar, aut sumere ambrosiā, aut videris amississe zonā aut pallium aut thoracē, aut crepidas, aut te vndis innatare, aut te cōcurrere lāceis, aut easdem vibrare, aut mulgere hircos. Certè somn⁹ passio quēdā est, vigilātia sensuū quēdā libertas. Sōno illigātur sensus, clamat Naso
Stulte qd est somn⁹, gelida nisi mortis imago?
Longa quiescendi tempora, fata dabunt.

Sed hic de somnio res est. Legi de quodam apud Pliniū, Hegeudorphinus meminit, qui eo ipso tempore quo somniaret se oculorū visum amittere, cum verè amississe, ac tum cæcum omnino factum. Sed heus tu dromo ac somniator naso fricāns pocula, id vnum peto, vt te facilius excitem. Dic mecum subridens. Posset tu eodem die Lugduni ientaculum sumere, Lutetię prandium, & cœnam Antuerpię? Posset facilius arbitror dierū quindecim spatio milliaria quatuordecim perficere. Audi hic quidpiā, quod sum narraturus, aures arrige si quas habes. Accidit aliquoties, altius dormienti, vt clausis exteriores sensibus, interiores soluātur, ac tum variz rerum imagines ipsi estimatiuæ ac
sunt. (8)
variaz

ARGUMENT. INSIGNIVM.

phantasię (sic enim loquuntur naturales) clarissimè sese obijciant. Hęc somnia potissimum fiūt, cum crassi quidā vapores sub mediā noctē incipiūt paulatim imminui, sic facilē sensus interim soluūeur, ac prodi giosa quædā fit operatio, sensibus (vt iam prēmisī) exterioribus obdormiscētibus ac prorsus clausis. Quippe si adesset præsens sensus ipse communis, falsas istas compositiones & concepta iudicia, leui negotio refutaret, discuteret ac propelleret. Porrò variæ causæ gignunt somnia. Qua de re alij aliud atque aliud adferunt, nec omnibus credo, neque tamen eo prorsus modo quo alij somniant dormiētes. Somnia uit olim Ioseph, aut Pharao, aut eius pincerna pistorumq; princeps, aut Nabugodonosor. Hęc ad rerum præfigia quædam immitti videbātur, vt est Danielis 2. Qui reuelat mysteria, tibi quæ ventura sunt, ostendit. Contingūt sanè huiusmodi somniorum genera interdum, quæ si quis supernaturalia appellarit, verè dixerit, alia quædam sunt animalia, vt pote si nauta de sylla, de Caribde, de tempestate, de naufragio, de stellarum discursu somniet. Invidus aut liuidus de exugendo eius quem

S iij odit,

PERIPETASMA.

odit, sanguinem. Scortator de Priapi fœmore aut de vultu Veneris dulcissimæ. Clamat Hebræus ille : Multas curas sequuntur somnia. Iam si pergā tibi tanquā digito ostēdere. Qui sit, quod genorentur fontes ac fluuij, feres dicentem duas clepsydras ? annuis philosophe ? corpus sine pectore?ignaue ac futilis Endimiō? Quænam causa obsecro effundit nobis per alueos, riuos, & flumina ? Vnde fontiū origo?scis aerem assiduè includi internis ipsius terræ poris. Is enim veluti intra terrę viscera altosque recessus, se se immiscet, ac vi nimij frigoris condensatur, moxque miro naturæ artificio in aquæ guttas, simul cōfluentes soluitur, & in unum eundemq; locum dilabentes guttz, fonti ac fluminī initium siue principium præbēt. Vbi montes cōspicis, quorum valles non irrigantur aquis ? agri planities raro vndarum scaturigines habet. Porrò aër ipse penetrat in intimos mōtis recessus ac venas, atque hinc in proximo diffluentium aquarum causa. Ea siquidem magni illius Aristotelis sententia est. Quis alios fluminum parentes fingūt? O æternum numen quis non admiretur extollatque diuinam illam

ARGUMENT. IN SIGNIVM.

illam manum tuam, qua sapienter creasti
rerum causas & fundamenta? In medio
montium pertranseunt aquæ, ut bibant
in sibi sua onagri, ait Psalmographus. Ad
hæc venti ipsi per siccum exhalationem
tanquam per naturalem ac veram causam
mirabiliter generantur. Pluuiia autem fit
ex humida euaporatione. Flumina è pripe
condensato aere profluunt. O cœlorum
conditor Deus qui rebus etiam natus im-
peras. Deinde vis de motu illo, quem ali-
quoties terra perpetitur quidpiam dicit?
hic multa naturæ vis est. Contingit non-
nunquā intra terræ viscera plurimas ge-
nerari exhalationes, in ipsis videlicet cō-
cauitatibus, idque; fit astrorum virtute, atque
è terræ materia. Tunc pugna quædam in-
gens ibi intus oboritur, idque; potissimum,
si exitus nō pateat liber, sic commouetur
tellus donec naturæ ordini satisfactū sit.
Hinc terræ motus. Verū hæc res auritum
ac diligētem auditorem postulat. Videris
interim nihil harum rerum vñquam au-
dijisse, sed audiē discere, sic fiet, ut tu qui
philosophorum eras simia, totus euadas
philosophus. Renasterur ac reviuiscet sub
vernū tempus, ingenium tuum cum

S iiii. violis,

violis, & floribus, ad cantum primæ hirundinis, aut Corydon perpetuus manebit Corydon, quum vetulos canes loris assuescere planè sit difficilè, & nouos dentes edentulo seni rursus assuere nō possit quisquam. Intelligo, nihil aliud scis quam respondere voculis, tu vir es insignis, tua sunt insignia, bubo. Sed cum iam paucis dixerim, de horrendo motu, quem terræ motum appellant, dicam hoc loco, nec id prolixè de terribili quoq; illo motu, qui aliquoties circa nubes æstiuo potissimum tempore fit, hoc est, de cœlesti illa turba atque commotione quam tonitru & fulmen vocamus. Hic cōsiderato contrariorum antiperistasm, ob quam causam tam vehemens fiat cōcussio, vt re vera credas multa quadam vi collidi nubes. Nec hic deest naturæ arcanum, quādo pariter sursum fertur vapor calid⁹ & humidior, exhalatioque calida ac simul siccata, & ad mediam illam aëris pertingit regionem, vbi quoties contingit hoc densiori vapore nubem gigni, & hanc (vt iam diximus) calidam sicciamq; exhalationem prædicta nube, veluti pelle quadam conuestiri & circundari, tūc exhalatio illa hinc & illinc exitum

ARGUMENT. IN SIGNIVM.

exitum petens, nubem vehementer concutit, cuius infimam partē, quoties, quod debilior sit, vi infringit, dissilit ac egreditur ingens fulmen, quod nihil aliud est quam exhalatio inflammata, quæ admodum subtilis est. Vnde fit ut fortias pugnet contra ea quæ vehementius resistunt. Reliqua facile intelliges. Fulmen aliquoties intacta cera grauiter ferrum lœdit aut chalybem, aut quippiam etiam durius. Deinde quæris causam, qua, velut sede stabili, aut cardine quodā, conquiescat terra? aut qua sit, quod in vnum confluant aut colligentur aquæ, Deus voluit multa hominis intelligētiā excedere; & hic te meminisse oportuit id ipsum vnius Dei iussu nutuque fieri. Ut fusius tradit Lactantius de opificio Dei capite 25. Præterea cur ijs locis tam decenter collocata sint quatuor elemēta, cur tales sint Planetarum orbes, quamq; varius sit horum orbium motus. Quid sit circulus zodiacus. Euge tandem quis futurus dicēti finis, si pergam de coluris solsticiorum & æquinoctiorum, de horizonte, de astrorum conditionibus, de Planetis ac stellis fixis, de Venere, de Mercurio, de Luna, quæ sit diuturnioris vitæ causa,

PERIPETASMA

causa, quid quatuor illæ qualitates', de di-
uersis organis, de sono, de auditu, de visu,
de sensibus interioribus & ipsis exterioribus,
de luminis qualitate, multa denar-
rare? Præterea quis integrè atq; satis phi-
losophicè etiam tridui curriculo descri-
bat, qui sit quod res ipsæ inferiores supe-
rioribus subsint? quod sit vinculū occul-
tarum virtutum? quæ sit suffituum ratio,
ac potentia nativa? quæ sit rerum cōmix-
tarum vnio? quis sit iuxta quorundā sen-
tentiam, huius mūdi spiritus? quæ sit ani-
malium antiphatia? quænā res Lunæ ipsi
subsint? Si verum sit iuxta Sophorum
quorūdam naturalium opinionem, inter
quos fuit Apuleius, arieti eleisphacon
subesse ac subiacere? Leonī cyclaminum?
Virginī calamynctum? Sagittario anagali-
den? Piscibus aris colochiam? Marti penfe-
danū? Mercurio phlomum? Lunæ agloo-
phorim? si omnia quæ fiunt certis constēt
numeris? Qua ratione moti quidam idēa-
libus formis ternarium deputant: cur tria
virginis ora dianæ? quales sint sex errores
planetæ? quæ sex in ipsis elementis sub-
stantificæ qualitates? quæ sit & quanta in-
fluxuum operatio? Qui harū rerū sitiens
habet

ARGUMENT. INSIGNIVM.

habet pectus, cōsulat tam vetustos quam neotericos. Aphrodisēū, Alkindum, Cōlumellam, Firminum, Melichium, Leupoldum, Manilium, Plutarchum, Theophrastum, aliósque id genus multos, quorum oculos toties sursum euexit amor, studiumque naturæ: Non velim te tamen anxiè occupari aut discruciar lectione eorum, quę orbi reliquere Orpheus, Iambilicus, Syncius, Arcephius, Zamolxis, Zoroaster, Charmundas, Damisferon, Eudoxus, Trimegistus, Plotinus, Dardanus, Ostanes. Neq; enim est, vt vel quatridui labore inutilia horū dogmata, tibi emas aut compares. Quis nimiam quorundam tum Hebræorum, tum Ægyptiorum in disquisitione miraculorum nature curiositatem probabit? qua in re vel Circé ipsam atque Medeam vincere se posse putant aliqui, iuxta illud: Verbaq; ter dixit placidos facientia somnos, quæ mare turbatū, quę cōcita flumina fistunt. Quędam naturæ peculiaria perdiscere fortassis hominum fuerit, deq; his tum aptè, tum sàne iudicare ac loco dicere, non tamen ea curiosius perscrutari, quæ numen ipsum voluit nobis esse incognita, etiā si naturæ ipsius

ipius gremio contineantur . Sunt enim mirabiles quædam naturæ vires, virtutes ac miracula . Narrant de philosopho quodam, qui quum toto decénio operam diligenter nauasset, ut vel vnius muscæ naturâ proprietatēsq; penitus posset nosse, non potuisse tamen eum quod optabat, plenè assequi, adeò ut in formica, apicula, aut lapillo qui tenuis est & exilis, plus aliquoties quod mirere reperias , quam in marmore, quam in queru, quam in dro-medario . Iam quam frigidam aliquoties rationem adducunt quidam, qui quoties cometes apparet, clamant , id certum esse principis alicuius mox morituri indicium . Haud planè ab iacio ratiunculas quas allegant , dum plurima de aëris siccitate aut tenuitate , deq; ipso fluxu ac refluxu vaporum, atque alijs quæ in aëris regione videntur eo tempore nasci in mediū proferunt . Sed miror è tot viris qui naturæ arcana tractarunt , atque se magnos putant, non esse perspicaciores, qui producunt nobis rationes solidiores grauiorēsq;; Nam quorundam ratiunculæ (sunt enim alij peritiores , qui mihi plenius satisfaciunt) concludunt etiā quēuis subulcum si dijs

si dñe placet, qui otiosus diu vixerit modo penellus, imbecillus & ignavus, illius quoque aëris siccioris iniuria facile posse offendere ac mori. Porro si hæc causa valet, & si rationes illæ vel tantillum habeant momenti, quot ciues passim? quot tene-
 riores delicatiorésque herbas, dominas, nymphas & virginellas, molles è me-
 dio amoueret cometes? Quid enim adfe-
 rtunt quod in alios multos non competit?
 At qui plures videas monarchas & prin-
 cipes qui lanceis cōcurrunt, qui venatio-
 nibus assidue exercētur, qui terra mariq;
 plusq; herculeos Sisyphiōsq; labores per-
 ferūt, ciuibus agricolisq; fortiores animo
 & corpore, minūsq; delicati, minus ocio-
 si, minus effeminati viuūt. Scriptū quidē
 est. A signis celi nōlite timere, & fieri po-
 test ut de signis portentisq; cœlestib⁹, dig-
 nitariorum quidpiā futurū orbi signi-
 ficare. Ob quā causam summē illi ac maxi-
 mē gratiē per nos debētur qui sua illa pie-
 tate dignatur nos huiusmodi signis mo-
 niere & velut ad meliora prouocare. Id ha-
 & ten⁹ toties experti sunt mortales. at sēpi⁹
 quoq; palā se se pdidit cometes, & interim
 principes superuixerē. Vtinam rationes
 grauio-

grauiores iij qui se putant naturæ esse à se-
cretis nobis promant ac proferant quæ
sunt nubibus & aëri peculiaria, facile pa-
tent, at quædam sunt ita abdita, abstrusa,
clausaque naturæ thesæuro, ut de ijs leui-
ter ferre sententiam videatur eorum esse,
quos mortibus qui à Græcis φιλαφτια di-
citur, exagitat. Perrò qui minutulos
vnius cometæ radios crinæsque nō distin-
guit aut discriminat, qui nescit qua ratio-
ne caudam trahat, aut cur obscurioré se se-
prodac, aut lucidiorē. Nō est cur sursum
tollat oculos, ut nobis iactanter dicat, de
Syderum natura, aut de ijs quæ cœlo tan-
quam peculiaria sunt indita: & tamen vi-
deatur gloriulos ac sciolos quosdā, qui
volunt (si lubeat sic dicere) dij maris ter-
ræque videri, & cristas extollunt, volūtq;
ut ita loquar porrectis labris, orbis hono-
res sorbere, effrontes, audaculi, temereq;
de rebus garrientes. Imperitis plerunque
nimia quædam audacia innata est. Peritis
timor immodicus dico, qui ingenio ac
eruditione pollent sapientia, natura sunt ti-
miduli, nec audent se de rebus ingerere:
at indecti incultique quid non audent, ac
sibi videatur posse. Obambulat aliquoties
in foro

ARGUMENT. IN SIGNUM.

In foro ac vicis quod titulis sint celebres.
Deum immortalem quales viri? hos fortè
explicatio radicis vnius herbæ reddidit
claros, aut tres barbæ pili fusci, aut cani
quos fortè in itinere, cum Perusium aut
ferrariam peterent pro sibi nimia natos
putant, aut curatio huius aut illius anus
quam incolumitati restituerunt duo po-
ma cocta . Nam hic medicos quosdam ac
philosophos qui se putant omnia tum sci-
re, tum posse exhibamus. Sunt falso, qui
plurimum eruditione valét, sed ex ijs ut
ex Astrologis ac Iurisperitis complures
videas, qui nec suæ professioni, nec alijs
perspicacioribus satisfaciunt, & suo inte-
rim cōtēti pede, saniora iudicia respuunt.
Id ipsum ait Cicero. Quantò quis ingenio
minus valet hoc sese magis attollere nitit-
tur. Morbus est vrgens ac molestus, inané
gloriam sitibundo venari pectore . Cur
quæso fert orbis pedes vanè inambulan-
tium, quorum potius officium fuerit ver-
sari ad colum, aut fusum, aut acū mulier-
culæ? vt ibi aptissimè de lana caprina, aut
de asini (cui affinitate iuncti sunt) vmbra
philosophari queant? Sic balbum balbo
rectius intelligente? similes habent labra
lactucas.

P E R I P E T A S M A

lactucas. Ah quam facile imponimus rudi popello? vulgus enim qualis obsecro resum hominumq; iudex est & estimator? Arbitratur sepe ac iudicat quod tāquam niueum est & cādīdūm, coruo esse atrius, rursus quod lucidūm est esse obscurum. Profectō qui imperitiores suat, & qui minimum naturæ dotibus ingeniōque possunt se magnos esse ijs facile persuaserint, quorum nares (sic enim placet loqui) sapientiæ perspicillum nō gerunt. O cēcum ac præposterum quorundam iudicium. Sed alio dilapsi ab instituto scopóq;, plus fatis iam diu philosophicis indulsimus. Certè quod optimum est, video per nos inter multa feligendum esse, illud inquā vnum nobis cordi sit, Christi dogmata ardētibus animis & amplecti & sequi. Euāgelium quippe ipsum virtus est, ait Paulus, in salutem omni credēti. Quid? quod clamat & Iacobus. Suscipite insitum verbum quod animas vestras saluare potest, quæ sordida sunt, quæ obscēna, quæ lasciua, quæ gētilitia, quæ impia, quæ deniq; à religione hac nostra prorsus aliena sentimus, ne digito quidem attigerimus, quæ inquam nihil honestum aut utile habere videntur.

ARGUMENT. IN SIGNIVM.

Videntur ea procul abiecerimus. Fastidias
ac nauseam quandam nobis adferant fa-
bulæ aniles, inutiles, & aliquoties noxiiæ,
infidelium nugamenta nihili fecerimus,
sit nobis Christus domin⁹ vnicus scopus,
ed recta ardentiſſimis animis, & toti &
assiduè aspiremus. Sit sancta eius crux no-
bis inter huius vitæ viæque molestias fo-
latium. Asciscamus verâ illam sapientiam
nobis tanquam sororem aut sponsam, Sit
denique nobis mater fides ipsa, sit chari-
tas chara coniunx, sit spes dulcissima nu-
trix. Ad sint nobis perpetuò quæ nos fœli-
citer ducant, veritas, prudentia, probitas,
ac reliquæ id genus virtutes, quibus Deo,
diuīisque grati reddūtur ij omnes, qui in-
nocentia puritatisque amatores sunt ac
cultores. Porrò si naturæ virtus exerci-
tiumque te ð christiane aliquoties in ad-
mirationem rapiant, nequaquam erit hâc
ob causam quod mirer, modo rerum mi-
racula ad eius gloriam retuleris, qui vult
orbis totius author agnosci colique, etiam
per varia naturæ ipsius vestigia artesque.
Cui enim valde admirabilis non fuisset
Zeuzis ille, qui tā fœlici arte racemos ma-
turos pingebat ut falsæ deceptæq; auiculaq;

Tu ostro

PERIPETASMA

rostro peterent eos tanquam naturales
vivosque? & Apelles ipse qui vsque adeo
ingeniosè deliniabat & effingebat vaccā,
vt taurus vi insiliens niteretur sese com-
miseret aut Praxiteles, qui sic è marmore
reddidit Venerem vt miris flammis suc-
cenderentur spectatores? Architas Taren-
tinus via rationeque Mathematica, hoc
effecit vt magna columna videretur vo-
lare. Quid non potuit Albertus Magnus?
quid sacerdotes Ægyptiaci ? quid Archi-
medes ? sed nunc admirare quidquid est
serum admirabilium , nihil feceris si sup-
plex non colas eū, è cuius imperio signoq;
cœlum ac terra pendent.

*Orbis calamitas, simul & ventris
mancipia.*


Vum tot locis nos clarè mo-
neant diuinæ literæ , tot pris-
corum patrum exempla hue
nos inuitent, vt huius qui or-
biske iniurias ac hostiū om-
nium tela quālibet atrocia ac saeva, aquis
animis , veluti effeminati ac prorsus in-
epti fuerimus, si inter aduersa , si inquam
inter iniuriarum impetus , ipsos animos,
quos

ARGUMENT. INSIGNIVM.

Quos constantia quædam debuit fulcire in
pedes (vt aiūt vulgò) labi patiamur, neq;
enim non ignauum videtur pectus, quod
philosophiæ præsidio munitum non est,
aut si multum sit, earum tamē rerum im-
patiēs se declarat, quas Nemesis quædam
communis inimica mortalibus, in eorum
capita eiaculare solet, qui sub hoc sole de-
gunt, & ob quas non admodum moueri
solent sapientes, quibus sua philosophia,
patientiāque deesse non solent, quoties ijs
in rebus aduersis fuerit opus. Quorū
enim mihi arma & clipei, si his vti quādo
res postulat, non lubet? Motus quidem &
in sapientes cadere possunt, sed hos repre-
munt, regūntq;. Certè omnem Christianum,
quendam Christi philosophum esse
decet. Quid enim mihi profuerit, si patiē-
tissimi Iobi historiam perlegero, si senicu-
li Thobiz vitam, si Machabæorū illorum
inter tirannicos furores constantiam ad-
miratus fuero, interim quoque tot glo-
riosorum martyrum memor, & ipse in
Deum blasphemus non velim vel vnam
iniuriolā pro Christi gloria perferre, imd
ea ob causam ferre, vt me euágelij profes-
sore non ore solum ac voce, sed & aperto

Tij ac ma-

PERIPETASMA

ac manifesto opere (vt decens est) com-
monstrem? Aut ad quid tandem sub Sole
nascimur, si æstus iniurias pati nolumus?
Cur è nubibus pluuiam & imbre rebus
necessarium desideramus & hilares susci-
pimus, si ex aere collabentem niuem aut
grandinem ferre nolumus? Porrò piorum
omnium et ciuitatū et rerum publicarum
cruces sunt ij, qui ventres ebrietati dedi-
carunt. Sanè mirum non est si probissimis
quibusque viris sui sint hostes, cum penè
omnibus præclaris rebus, suæ sint pestes.
Et si Christo mortaliū diuorūmq; prin-
cipi tantum molestiarum intulit huius
calamitosi orbis tēpestas, miramur si quæ
eueniant nobis non prorsus ex animi no-
stri sententia? Habuit Moses oblocutores
suos ac morosos murmuratores. Paulus est
& Ioannes saltatricem impiam ac lictoris
manum, Petrus ac Paulus Neronis (quem
Leonem appellat scriptura (sicutiam,
David inuidi Saulis dirum oculū, minas,
lanceas & iacula. Magnum illum Hiero-
nymum cōtumelijs affecerunt sui hostes
aspidibus perniciosiores. Patiens diui An-
tonij pectus violare ac per rumpere co-
nata sunt furentes cacodæmonum laruę.

Diuam

Diuam Gertrudem truces infestarunt glijres. Quid plura? innumeri haec tenus vixerat, quorum animos Sathanas mille modis & artibus tentauit ac oppugnauit, perpetuo membra sua, contra Christi familiam plusquam æneis armans thoracibus, nullum quoque pios verè eruditos ac probos dirè irritandi finem faciens. Sed magnanimitate contra hostium insidias impetrusque opus esse céso. Quid enim milite christiano fortius, cuius arma spiritualia sunt, et qui in spé cōtra spē credit? tot pro illo angelorū legiones, tot ætherei eqtes, ut Helisæo ostēsum est, decertāt. Accedit ad hoc quod tantò illi gloriosior victoria fuerit, quanto immaniores, efferatiores, ac robustiores experietur, superabitque hostes. Porrò quæ tot malorum calamitatumque causa sit, quis certò scire queat? quū illud scribat Hieronymus. Fluctuant homines ambiguo, vtrū ad probationem sustineant tormēta, an ad supplicium, ignorant, in futuro autem scient, quum de hac vita decesserint, quia tunc erit iudicium, nunc certamē, & quicunq; aduersa sustinent, vtrum per amorem Dei sustineant ut Iob, an per odium ut plurimi

T iiij peccato-

peccatores, nunc incertum habetur . Sed
 vnde lubet verius exépla desumere quā
 domi, ne quis illud obiecerit , tute lepus
 es & pulpamentum queris ? nimirum si
 velim orbem certum reddere , quantas
 quamq; acres inimicorū turbas, vel vnuſ
 homō etiam bene integer & intactus fer-
 re,&(vt ita dicam) deuorare possit , non
 aliter quam Mosaica illa apud Ægyptios
 virga, Magorum deuorauit virgas , nar-
 rabo quod obseruaui. Siquidem ab eo iu-
 uenili suo quo cœperunt in summis di-
 gitorum succrescere vnguiculi,cœperunt
 & hostium dentes in quendam mihi verè
 amicum stricti immaniter ſeuire,& quā-
 tò paulatim maior fieret ætas, tantò cum
 durior inclemētiorque præmebat inui-
 dia,tātum abest, vt malum temporis suc-
 cessu tolleretur.Neque hunc vlla ars ora-
 toria, neq; Poſeos præſidiū, neq; Theo-
 logiæ ſtudium , neque vllus gradus, neq;
 vlla probitas, neq; magnorum viorū,
 vt puta etiam principum vel in eum fa-
 vor vel authoritas , ſic vñquam eum po-
 tuit contra impetentes tales muſcas de-
 fendere , quin ſemper conarentur iuxta
 adagiū velut apiculis nimis ſeu aculeis

Figere

figere & fugere, vt verè scopus quidam
in quem recta emitterent sagittas Sathan
membra & videri & dici potuerit.
Quid facias? si è cœlo datur victoria regi
bus amica iudicauit apud se, & sanè iudi
cauit ab eo supplici ac prono pectore sub
sidium implorandum esse, qui propterea
hominis se humili inuestiuit pelle natu
ráque, vt tanto paratior, familiarior, ac
proinde suauior nobis esset adiutor, iuxta
illud: *Renuit cōsolari anima mea, memori*
fui Dei & delectatus sum, responsūmque
mortis, si his Pauli verbis vti libet, acce
pimus, vt in nobis non confidamus, sed
in Deo qui suscitat mortuos, & vt qui glo
riatur, in domino glorietur, qui gloria
nostræ virtutis est, cum omnis hæc caro
fœnum quoddam sit tenue ac sterile, &
omnis eius gloria sicut flos fœni. Libet
narrare quod hisce oculis vidi, sed s̄epe
magno animi mei dolore ac mœrore. Is
cuius hic meminimus natura talis est, vt
neq; si maximè velit, multum potus, siue
Bacchus sit, siue Ceres, in stomachū trans
mittere queat, contentus ē poculo tantū
hausisse, quantum naturæ satis est. At quo
niam huius viri conditio statuisse talis

T *iiij* esset,

P E R I P E T A S M A

effet, ut cum cum varijs hominum generibus versari oporteret, conuiuiisque ciuium, plebeiorum, Praesulū, & interdum principum adesse, factum est, ut hæc sobrietas innumeros illi pepererit hostes. Proh dolor quæ huius ætatis corruptio est, verissimum asserere fas sit, quod non sine lachrimis & vidimus & experti sumus? quis credidisset eò malitia ac vesania mortalium progeniem, haud scio quo duce cacodæmone sinistroque sydere, esse deuolutam, ut alij alios odio plusquam capitali prosequendi occasionem captent, etiam ijs ex rebus per quas oportuerat nos omnes nobis mutuo reddi gratiore amiciorésque? Si saperent ij qui sese reipublicę christianę iactant ciues, mihi hercle vix alio ex fonte causaque sese mutuo amore complectendi materiam quærita- rent, quam è virtute. Nam qui virtutis amans est, eos amat qui virtutes colunt, quum similitudo naturaliter vniat animos & amorē gignat. Verū hodie quam secus sese gerant nonnulli vix lubet me minisse. Et pröh dolor pudet referre, pudet inquā. Vidi ego quāplurimos grauius offensos ac lizos quod apud eos fortè in uitatus

ARGUMENT. INSIGNIVM.

uitatus ad pocula , aliquoties noluerim pari mensura ebriosulis respōdere, quam si capitale vulnus illis inflxissem, aut collaphū impēgissem. Et hinc patuit odium, quod hi postea velut alio vultu aliāque fronte, si quando occurrisserent me intuentes, non modò inuitare rursus suas ad mēfas noluerint, sed ne verbulo quidem aut vocula quamlibet submissa salutare. Quo quid esset queat inhumanius, aut ab omni ratione magis alienum ? O tēpestatem miseram ac crudelem . Neque tamen hæc sola ausa peperit mihi tot hostiū turmas, qui hæc occasione oderunt aut nocent, pauci sunt, si alios spectes numerēsq;, qui immeritò & à me nunquam offensi aut læsi haec tenus linguarum virulentia lacerare, & omnibus modis me persequi non desinunt. Ut taceam interea , nec iustum deesse causā, cur me si vel homines sint & amare, & meis fauere negotijs debeat. Sed verum experior illud Senecæ , satius esse quosdā offendisse quam demeruisse. Quam triste condimentum mihi pransuro à toruis obliquisq; multorum conspectibus oblatum est, si quādo irem ad coniuia?en aiebant veluti diabolico afflatis spiritu

PERIPETASMA

spiritu nō poterimus liberè potitare, quia
adest, cur huc vocatus fuit? Clamat Pro-
pheta, Vx qui è lectis cōsurgitis ad ebrie-
tatem, & qui bibendo potentes estis. Vx
ijs qui cum malefecerint, latantur, & qui
discunt ad calices vigilanti stertere naso.
Vx ijs quos ad maledicētiām disertos fœ-
cundi calices fecere. Vx ijs qui ita sese in-
gurgitant & obruunt, vt saborra ac nau-
sea quadam grauatos vomitientes red-
dat nimia saturitas. Vx istis hyrudinibus
qxz cutem non mittunt nisi crux ad
summum plenx. Vētres sunt, idololatræ
sunt, quorum Deus venter est. Christi
enim cruci, simul & euangelio sese infen-
sissimos præbent inimicos. Certè vidi
multos quibus pluris constitit suos nasos
rubro pingere, quam maximas & pretio-
sissimas tabulas. Deum immortalē quo-
ties me tñduit pressum inter bibones, cō-
uiuij duabus aut tribus horis durantis?
Clepsidras & horologia, pro templis, pro
concionibus, pro scholis, pro foro, pro iu-
re, pro causis habemus, pro mēsis & con-
uiuijs non habemus. Voluptate metimur
virtutem, & tanquam fruges consumere
nati, gulę damus dies & noctes. Quū ex-
clamat

ARGUMENT. IN SIGNIVM.

clamet Paulus. Nō in comedationibus & ebrietatibus, sed honeste ceu in die, ambulemus, induentes nos nouū hominem, qui secundum Deum creatus est, in iustitia & veritate. Quin potius tempus (vt idem cōsulit) redimimus, quum dies mali sint? & certe etiam anni cētum vix Christiano Deum timenti videntur anni decem, ob id quod ardenter cupiat ē virtute in virtutem progredi, deinde & domino suo tanquam vtilis seruus lucri plurimum reportare, & denique ea feruenti alacrique affectu sequi, quæ animum dittant preciosarum virtutum copia. Quam citato celerique gressu effluit illi euolatq; zetas, qui iuxta Christi sententiam esurit ac sitit iustitiam? consultissimum igitur existimo sanè vt ab omni fratre in cuius vitæ actis ordo non est absque mora nos substrahamus, ne alienis sceleribus inuoluti, audiamus illud Apostoli: Digni sunt morte non tantum qui faciunt, sed etiam qui facientib; consentiunt. Improbat & eum scriptura qui videns furem cum eo tāquam socius ad furta currit, & cū adulteris portionem suam ponit. In quanto periculo putamus, versantur complures, qui

P E R I P E T A S M A

qui conuiuijs in sex horas aliquādo pro-
tractis, pocula lambunt, nec Dei, nec vi-
lius diuinę legis memores? Initio mihi dis-
plicebā sentiens naturā meā cōuiuorum
diuturniorū impatiētē, maximē cum hac
occasione viderē fieri, vt amicorū nume-
rus paulatim dec̄esceret, mihi alioqui tali
cui multis opus esset, quorū fauore atque
præsidio cōtra hostiles impet⁹ obarmarer.
*Tot mihi sunt hostes, crescūt quot gramine cā-
pis. Num melior Christo sum miser ipse meo.*

Sed Deo laus & in omne æuum de-
cus, qui ait. Omnis volūtas mea fiet: tutō
enim seruatur is quē ille seruare decreue-
rit. Audiui ranas siriphias in limōsis riuis
ſape coaxantes. Audiui, inquā, aliquoties
immodico potu madētia guttura haud ra-
rō de me médaciter summaq; impudētia
grūnientia. Iuxta illud Psalmogra: In me
psallebāt qui bibebat vinū. Atq; huius ge-
neris Tātali linguæ liberoris vel eadē for-
tē hora, vel die sequēti à me deprehēsi, &
obiurgatiūcula salutati, quod iuxta Hora-
tiū inter pocula quædā tacēda effutuerit,
allegāt, si dijs placet. Odi memorem com-
potorem, cupiētes interea vt omnia vino
ānscribātur. Sed profectō non vinū ipsum
in ius

ARGUMENT. INSIGNIVM.

in ius trahendum fuerit, verum animorum nostrorum effrenis & dira rabies.
Iuxta illud Græcum:

Ηλίτες οὖν ως φαλλομεν μὴ σαντόμι αὐθός
Πλημελίη τις γὰρ ποστε γλεύκε τοῦ δὲ πιόν-
τ . Nimis preciosum esset vinum, si per
hoc quidlibet agere liceret. Quid enim ho-
mini verè euāgelico militi cū poculis, cū
Baccho, cū Sardanapalo? Quæ cōmunicā-
tio Christi ad Belial, aut lucis ad tenebras?
Sumus ferè ijs similes quibus cū viuimus.
Vidi ac noui nō paucos qui etiā decimum
sextū annū agētes nōdum vini aut cere-
uisiolæ guttā in stomachum vnquā trāf-
fuderant, natura sobrij & abstēnij. Imò si
aliquoties id efficere tentassent, dixisse
eos acetosum sumpsiisse liquorem, sic ocu-
los, sic labra cōtorquebāt. At cœperunt se
ebriosulis iungere, paulatimq; irrepit in
eorum familiam Bacchus, atq; breui acci-
dit, vt in arte potoria tācum promouerēt
vt cū porcis ac suibus, & cū quo quis silenq
potādi potestate decertare potuerint. Bo-
ne Deus quot cantharorū ansas triuerunt
postea? Vtinā lege publica cautum esset,
ne quis cum ebriosis haberet contuber-
nium, vel potius, ne quis vel ruri, vel in
vrbe

PERIPETASMA

vrbe reperiretur, qui ebrietate corrūpat
iuniores, laudis non parum meretur Iberia,
quam prædicant hoc morbo nondum
laborare. Etsi nec ita immunis omnibus
locis sit, vt nihil vsquam habeat nimis
bibacitatis, sed malum nondum tam latè
serpsit. Ob quam causam valde fœlicem
prædico gentem illam. Nam obsecro ad
quam insolentiam dementiamque non
pellit suos cultores ebrietas, furijs tarta-
reis nocentior? Hinc illud Vergilij Maro-
nis epigramma.

*Nec Veneris, nec tu vini, capiaris amore
Vno namque modo vina Venusq; nocent
Ut Venus encruat vires sic copia vini.*

Noti sunt reliqui versus. Addam & il-
Iud Horatij Flacci. Quid non ebrietas de-
signat? operta recludit, spes iubet esse ra-
tas, in prælia dicit inermem. Quis etiam
cætera nescit? Lubet simul & illud è fastis
Ouidianis adferre.

*Sole tamen vinoq; calent annosq; precantur
Quot sumant cyathos ad numerūq; bibunt
Inuenies illic, qui Nestoris ebibat annos
Quæ sit per calices facta Sibilla suos
Illic & cantant quidquid didicere theatris
Et iactans faciles, ad sua verba, manus
Et dn-*

ARGUMENT. INSIGNIVM.

*Et ducunt posito duras crateres choreas,
Cultaque diffusis saltat amica comis
Cū redeunt titubant & sunt spectacula vulgi
Et fortunatos obvia turba vocat.
Occurrit nuper, visa est mihi digna relatu
Pompa, senem potum, pota trahebat annus.*

Quis potitandi ne dicam insaniendi
modus apud priscos illos? ne quis omnes
eos vt nonnulli opinantur, planè olim so-
brios vixisse putet, sed hodie insolentius
adhuc furit ebrietas, pudor nullus, frons
nulla. Sed fortasse causam expectas, cur
hoc execribili vitio minus corrupta sit
Hispania, respondeo, cur populos vide-
mus quorū alijs alijs grauioribus & non-
nunquam velut peculiaribus quibusdam
vitijs obnoxij sunt? neque profectò id
accidit propter vllam agrorū, quos com-
plectitur amplissima illa regio, in tres
summas distributa partes, sterilitatem aut
infœcunditatem. Quæ regna quæso habet
orbis, frumenti, vini, aromatum & fru-
ctuum magis feracia quam sit Iberia? mo-
do agri ipsi suis ab agricolis ea, vt decet,
sedulitate, industria ac diligentia, marra,
rastro, sacculo, aratro, vomere, stiua, ligo-
ne alijſq; id genus, ad agriculturam con-
ducentibus

P E R I P H T A S M A

ducentibus instrumentis vbique colatur.
necessaria quippe agris hęc sunt aratra, li-
gones, labor, stercoratio, emēdatio, occa-
tio, pastinatio, putatio, zizaniorum euul-
sio, quę si defuerint semētis nō emerget.
Qua de re habes meum distichon.

*Nil tibi frugis ager gignit, nisi terra labore
Culta sit & sterilis, ni moueatur, erit.*

Vt hic opus sit Vergili; Georgicis, aut
illa adhortaciuncula misere nunc Meli-
bæ piros pone ordine vites. Porrò sunt
plurimæ eius amplissimæ terræ partes,
quæ nondum senserunt arantis manus,
aut ligone fodientis. Neque fortè agricul-
tura opus fuit multis in locis minimè po-
pulosis, & gens ea quietis ac dulcis ocij
natura amās est (si quibusdam credimus)
secus nimirum agens, quod nec laude ca-
ret, quam ex nationes quibus cupiditas
omnium malarum rerum radix cordi est.
Hispanis sanè nec ars serédi deest, nec ani-
mus, sed gens est paucis contenta. Quis
igitur Deus Heluetios, Germanos, Flan-
dros, Gallos, aliósque quamplurimos po-
pulos bibaciores reddidit? qui quū in diea
nouas morborum periculorumq; species,
huius execrabilis eiusdemq; tamen penè
assiduè

ARGUMENT. IN SIGNVM.

assiduę ebrietatis occasione in communę mortalium theatrum, velut per insidias prodire & videant & sentiant. Adeò nihil huius turpis seruitutis pristinatq; consuetudinis immutant, vt si olim unica manu calicem tenente vnum, cui piā p̄-biberint, hodie gula tanquam animis imperante, nō pauci duo simul calices etiam bene spumantes proximo proponant, & ad respondēdum miris vociferationibus, non tantum cogunt, ac vi quadam stimulant, ne desint armatæ preces. Sunt tamen & inter hos populos, ne probi vbiique desint, cōplures, quibus pulchrius suauiusq; est ab immodica abstinenre potatione, quā mensis, vt alij solent, ventres affigere pi- gros. Idque fit non tam quia hac via corporisculorum incolumitas magis salua adseruari queat, quam quia verè prudentes timent, ne quid contra euangelij legem perpetrent. Cuius docti norunt velle Christum, suos sobriè viuere, expectantes beatam spem, vt Paulus loquitur, & adventum gloriæ magni Dei. Profecto ut stultorum ita & sardanapalorū & ebriosorum penè infinitus est numerus, neque huic tantæ, qua res publica Christiana la-

V borat

borat & corrumptur, insolentia finis vilius futurus est; nisi hic magistratum ac principum summa diligentia vigilaue-
 rint oculi, & acri suoque eos affecerint
 suppicio, qui sese tot scandalorum præ-
 bent authores, domi, ruri, foris, militiae,
 & ubi non? Speculator qui è sublimi, vi-
 delicit ex eminenti turre aut specula huc
 atq; huc circunspicit, ne forte hostes gres-
 su præcipiti, atque per insidias in mœnia
 intrabent rem publicam offendit, si som-
 nio grauatus forte obdormierit, & meritò
 capitis postulaeatur. Idem fit & ijs, quos ci-
 uitas portarum constituit custodes. Si er-
 go tuemur idque tanta sollicitudine tur-
 res, ciuitates, arces, muris ac propugnacu-
 lis munitas, cur intra mœnia tot pestes fo-
 uemus? Certè fauere est si permiserimus,
 vt liberè & impunè quodlibet vitæ in-
 solentissimæ genus exerceant. Quot ma-
 la secum vehit ebrietas? quam dira belua?
 quam ferox monstrum? quanta orbis to-
 trius tempestas? Deum immortalem, sic
 nobis irata sunt numina, vt nullam ha-
 c tenus christianis ostenderint artem, qua
 huic tanto malo mederi queant? qua(in-
 quam, è medio prorsus tolli tanta possit
 perni-

ARGVMENT. IN SIGNIVM.

pernicies? Quis non vituperet eum qui
alijs præst, immodo madentem po-
tu? Clamat scriptura: Noli regibus ò Sa-
muel, noli regibus dare vinum. Scribit &
Paulus: Oportet episcopum esse sobrium.
Quis ferat eū qui populo multitudinj;
dicturus est, si mero vacillet? Quis præ-
ceptorem ac didascalum nimio vel Bac-
cho vel Cerere titubantem iuuentutem
docturum patiéti audiat aure? Quis mer-
catores non rideat, si quādo potu obruti,
pro decē aut sex aureis, numerent centū
aut quingētos? Quis ferat homuncionem
hostiatim mendicantem, saborram nimio
vino collectam è stomacho ante eos eu-
mentem, à quibus assēm petit aut terun-
tium? Breuiter quis eos non inculpet ac
vituperet qui nec ore, nec lingua, nec in-
dicio, nec pectore, nec pede vti possunt
insana ebrietate membris omnibus velut
obstupescentibus dominante? Quam fœ-
licem eum dixero qui euangelicæ profes-
sionis suæ memor, in aliquem usquam lo-
cū secedit, vt ibi in solitudine à reliquo
rum mortalium etiam parentum contu-
bernio abstractus, miseros huius fluxæ
etatis trāsigat dies, ne cōtagijs inficiatur,

V ij nimi-

PERIPETASMA

nimirum sic mortuos , suis mortuis, sepe-
liendos commendás & vnico animarum
seruatori Christo viuens ? Hæc ob id di-
xerim , vt palam doceam rem publicam
christianam valde malè habere , quod ea
tot nebulones alat, ferat, ac toleret, qui ad
nihil aliud videntur nati , nisi vt sua libi-
dine, petulantia, insolentia, insania, ebrie-
tate, voluptate, prodigalitate, ac denique
incredibili gulositate , cœlum (vt dici so-
let) terræ misceant , & omne mortalium
perturbent genus accorruptant. Merito
illud allegauero: Cretenses semper men-
daces, ventres pigri malæ bestiæ: & vbi
hodie non Cretenses aut saltem Creten-
sibus similes? gentis illius nomen non ha-
bemus, at virtia prauosq; mores habemus.
Quis ebrietati deditio ebriosus dici vult?
quis scortator, scortator? quis suppellecti-
lis patriæ decoctor, decoctor? virtia patra-
mus at nō patimur si quis vitiosos appel-
let. Ciuitates purgamus sordibus, immū-
ditijs, & peste, & interim his monstris da-
mus apud nos quietas sedes & subsellia.
Sed vt quibusdam visum est sat olim sup-
plicij pertulerint , si domini manus eos
etigerit, quod omnino credo futurum,
nisi

ARGUMENT. INSIGNIVM.

nisi saltem cum frigibus serò sapuerint,
& iucöperint vitæ suæ acta ratione &
ordine metiri. Timorem incutit sentétia
illa apud Sapientem, consideraui quod
cum qué dominus despexerit nemo cor-
rigere potest, & peruersi difficile corrigū-
tur, rarius qnipple contingit, vt testæ re-
centes, aliquo liquore prius imbutæ, sic
spōgia exugi depurgarique queant, quin
semper redoleant veteris primique odo-
ris reliquias. Porrò quid aliud sunt suæ
istæ de Epicuri grege, quā testæ quædam
quas assiduus rigauit liquor? testæ sunt
profectò madidæ, testæ inquam sunt ebriæ
ac putres, canes sunt ad vomitum reuersi,
tigrides sunt perpetuo sientes, & satiati
nunquam. Nulla sanè ex parte (si quid
meo iudicio tribuitur) potest mortalibus
ipsis vel nocentior vel periculosior mo-
lestia euenire, quā ab ebriosorum impro-
bitate insaniaque, neque enim immeritò
id vitij inter maxima orbis mala numero,
pueris & toti vulgò scandalo est ebrius.
Idem plærunq; & scortator est, & peri-
cijs deditus. Occidit, necat, turbas monet,
maledicentiaz pus in proximum vomit,
pijs omnibus ac probis importunè ob-

V iiij strepit.

PERIPETASMA

strepit'. Quis non mauult leoni aut vrsō
siue vrsæ raptis catulis, occurrere, quam
ebriosulo furenti ac insanienti? Hic sanè si
vsquam, summa prudentia opus fuerit, ut
hanc hominum colluuiem, si prorsus fu-
gere non liceat, nihilò tamen pluris fece-
rimus quam vel brutos tauros, qui cornu
petūt, vel alia quædam immitia animan-
tia, inter quæ oportet nos etiam si diuina
quadam mente cœlestique intus lucente
radio prædicti sumus, velimus, nolimus
obuersari. Hic siquidem canes latrant ac
mordent, inuadunt lupi, insiliunt leones,
tigrides humani crux sistentes circum-
currunt, apri furunt, crocodili deuorant,
angues, aspides, ac basilisci venenis necāt,
si inter hæc incommoda opus sit fortibus
animis, cur minus virium exerimus, aut
minus patiētiæ declaramus, quoties con-
tingit nos ebriosorum, aliorūq; hostium
turbis cingi & irritari? Qui Christi miles
est, certè vbiique in acie decertet, vbique
dimicet, vbique sui sit similis necesse est,
nisi saltē in hoc sui dissimilis esse cupiat,
ut seipsum diebus singulis quodammodo
superet & euincat, nimirum ad meliora
perfectioraque ardenti aspirans affectu.

Fortior

ARGUMENT. IN SIGNI V M.

Fortior est (ait Ioánes) is qui in nobis est,
quam qui in mundo est. Habeat orbis sua
tela, virtus ea facilè retundet, solaque vi-
ctrix contra feros hostes palmam obtine-
bia, canéque Io actriumphum ò christia-
ne insanos Helleboro quodam tuo iuua,
& sanaz mentis iudicio vt hos superes cu-
ra, imprudentes prudentia vincito, stu-
tos sapientia, superciliosos aut stulte gra-
ues animi candore atque humanitate, po-
tulates maturitate atque modestia, ebrio-
sos sobrietate, ignauos sedulitate, perfides
fide & pietate, quid plura? viue integrim
pios pius, ac Christo viuens discito paçi
quæ obijciunt orbis & fortunæ. A quoq;
animo cruces, calamitates, & breviter
quicquid occurrit infortuniorū tolera-
to. Oportet quippe nos multa ab ebrio-
sis, à bibonibus, à scurris, à maledicis, ab
inuidis, ab immodestis, à domesticis, ab
externis, à cœlo, ab imbribus, à feris, à be-
luis, dñique & à procellis perpeti. Adde
quod sæpe homo homini dæmonium est
aut lupus. Canes solum iguotis allatrant,
notis mitiores. At sunt homines qui ita
desierunt esse homines, vt cognitissimos
& prius amicissimos truculenter mor-

V iiiij deant,

PERIPETASMA

deant, & persequantur. Quis non videat
hoc sub sole commixta & velut inuoluta
esse ea simul quæ delectant, & ea quæ læ-
dunt? si te aliquoties fortuna beneficijs
refocillet exhilaretque, cur si eadem te
aliquando toruius aspiciat, duriusque
premat. Patiens non feres? Spinis proxi-
ma sæpe rosa est, in medio gentium sita
fuit Hierosolyma, quid aliud est Chri-
stianus quam lilyum inter spinas? Iuglan-
des vestit natura cortice quidem præ-
duro & veluti pelle succo amaro perfusa,
sed intus, si aperis, latet nucleus mel-
lifluus dulcisque. Aurum nondum for-
nace fabrilique depurgatum arte luto,
arenæ ac vilissimæ telluris mineris in-
nascitur. Quid plura? ut naturæ vis docta
sua munuscula confusè misceret, sic planè
hic totus orbis habet incommoda com-
modis permixta. Saccaro toxicum, cru-
tes sceptris, tritico zizania, fortunis gra-
tioribus molestissima infortunia. Vide-
mus aliquoties è nubeculis pluviolam in
aërem illabi ac spargi, sed interea lucente
Phœbo, & arridente penè tota cœli facie.
Ostendamus igitur nobis inesse quasdam
animorum vires, quæ tantæ sint ut rerum
præsen-

ARGVMENT. IN SIGNIVM.

præsentium turbis & tumultibus , nec
deprimantur nec flectantur . Sapientes
ipſi vt præmisi motus recipiunt quidem,
ſed eos domant ac compelcunt . Concu-
tiuntur tempeſtate naues,flectuntur,huc
& illuc,rapiuntur in altum,rurus demit-
tuntur in profundum , in imum,in aby-
ſum pelagi . Sed raro quæ aptis guberna-
culis & nautis probè rerum præſagis reīq;
naualis peritis reguntur, vel vi vndarum
aſſilientium lacerantur, vel merguntur
aut miserè concidunt . Quæ igitur ſeue-
riora moleſtioraque ſunt æquis fuſcipia-
muſ animis , non enim poſſumus perpe-
tuò læta fortuna exhilarescere . Qui ſic ſe-
cum non philoſophatur, quam indignan-
ti animo orbis moleſtias feret, quam in-
uitus tolerat? quā indignus eſt qui Chri-
ſti nuncupetur miles ? Non coronabitur
(ait Paulus) niſi qui legitime certauerit.
Supereſt igitur , vt animi constantia , lu-
benter huius æui iniurias toleremus,
ſiue illas nobis intulerint homines , ſiue
aliquis noxius Boreas immiferit . Cōmu-
nia mala minus ledunt . Solatio miſeriſ eſt
habere ſocios, vt putant quidam . Et vt in
ſumma omnia complector . Certè vt om-
nes ſub

nes sub sole viuimus, ita omnes nos ea pa-
tienter ferre oportet, quæ hæc infima ca-
lamitosaque regio, sua peculiari natura,
proferre immittereque solet.

*Lasciuia sordidius imprudentiusque
amantium.*



Vam fœdum vas, scortum est
& mulier impudica? quanta
spurcitia sordes animal? Quis
id benè perpendens, delectari
queat Veneris quamlibet for-
mosa osculis & amplexibus? Siquidem
quædā viri cloaca scortū est, eo quicquid
ipsa natura reijcit, effundi solet. Quid vel
ipsa laide sordidius? quid Phryne fœdus,
quæ quanquam formosissima esset, qui-
buslibet tamen sine personarum delectu,
sui copiam facere solebat? Certè si quid
verè vanum est sub Sole, mulier est. Neq;
id à me quisquam eam ob causam dictum
arbitretur, quasi velim Mantuano nostro
applaudere, qui fœmineum seruile genus
varijs epithetis, hoc est suis coloribus, ni-
mium sanè veris, depingat, aut Ouidiano
carmine ad hoc impulsus sim qui de amo-
xis remedio opusculū non inelegans con-
scribens,

ARGUMENT. IN SIGNIVM.

Scribens, incautiori iuuentuti, quænam artes mulieribus peculiares sint, quidque malignant, apertissimè ostédit, aut denique quasi Gallum illum poëtam legerim qui iustum volumé in mulierum decus euulgauit. Cuius titulus est, cōtraversia inter sexus ipsos, masculinū & fœmininum. Sed quoniam video viros has nymphas inter summas numerare delicias, cum re vera in hoc sexu multò plus aloes sit (iuxta Prouerbiū) quā mellis, & sēpius lateat sub melle venenum, atq; sub hoc lapide dormiat scorpius, ô pueri fugite, hinc latet anguis in herba. Consulo experire rerum naturas, flores carpito, legitio fraga, delectare vini suavitate, auditio dulces citharæ modos, adsciscito tibi, qui musico concentu aut conuiuum aut cubile demulceát tuum, emoriar si his in rebus capi non possit multò plus voluptatis, gaudij, & oblectamenti quam è meretriculæ sinu osculóque. Quorsum amplexus & oscula blandis porrecta labris arrident, audio, arridet oculi, genæ, frons, corporis statura, digituli, vestes, gestus, & quid non? At profectò quum eò ventum est quo cæcus rapit ardor, sēpius alter alteri

P E R I P E T A S M A

alteri displicet, ut pulchre refert Morus
in Eutopia, multaque sentit ac reperit
procus, quæ haud dubiè plus pariunt mo-
lestiae quam voluptatis. Extrema gaudij
luctus occupat & cauda scorpij venenum
gerit, neq; est cur tanti quisquam pœni-
tere emat.

Tristia amans sentit, quæ placuere prius.

Atque adeò de ipsius cōgressus turpi-
tudine, ne scortatores quidem ipsi, nisi
contracta fronte spuentes loqui possunt.
Dictu incredibile quanto zelo quotq; locis
has tam amaras turpēsq; Veneris delicias
paræmiographus ille Salomō taxet, vitu-
peretq;. Expert⁹ haud dubiè erat magnus
ille rex varias, ut ipse fatetur, rerū delicias
tandemq; experiētia prudēs sensit quam
vana sint omnia. Vanitas, inquit, ille vani-
tatū, & omnia vanitas. Hęc sunt eius ver-
ba Eccles. cap. 7. inueni amariorem morte
mulierē quę laqueus venatorū est, & sage
na cor eius, vincula sunt manus illius, qui
placet Deo effugiet illā. Rursus Proverb.
cap. 5. Ne intēderis fallacię mulieris, fauus
enim distillās labia meretricis & nitidius
oleo gutture eius, nouissima autē illi⁹ ama-
ra quasi absinthium, & lingua eius acuta
quasi

ARGUMENT. INSIGNIVM.

quasi gladius biceps, pedes eius descédunt
in morte & ad inferos gressus eius pene-
trant. Per semitá vitæ non ambulat, vagi
sunt gressus eius. Et præterea cap. 6. má-
datū lucerna est, & lex lux & via vitæ, in-
crepatio disciplinæ, vt custodiāt te à mu-
liere mala, & à blanda lingua extraneæ,
non concupiscat pulchritudinem eius cor-
tuum, ne capiaris nutibus illius. De-
nique & capite 7. adiicit, de fenestra do-
mus meæ per cancellos prospexi, & vi-
deo paruulos, considero recordem iuue-
nem, qui transit per plateas iuxta angu-
lum, posteà addit, & ecce occurrit ei mu-
lier ornatu meretricio, preparata ad deci-
piendas animas, garrula & vaga, nunc fo-
ris, nunc in plateis, nunc iuxta angu-
los insidians etc. & Ecclesiasticus cap. 9.
Omnis mulier fornicaria, quasi sterlus in
via quod ab omnibus cōculabitur pro-
lixū nimis foret, tot veterū nō sententias
solū, sed & euidentissima exēpla proferre
quā mihi displicuit turpissimæ cuiusdam
anus vox, quæ dicere solebat, quid est
osculari? perinde est, ac si labra tergas, cō-
miseri, est amicitiaz officiū. O sententiam
à Sathanā aut proserpina profectā. Sciūt
omnes,

PERIPETASMA

omnes, quā grauiter Deū offenderit Dauid, qui Bersabeā illā rapuit. Thamar Iudam fecellit quā putauit esse meretricem. Quid plura? Certè prēclarè ad Corinthios ita scribit Paulus: Bonum est homini mulierem non tāgere. Est tamen teste eodem Apostolo, honorabile connubiū. At quantæ spurcitæ, quantæ fœditatis est scorta complecti? Placet hic meminisse illius, quod Textor Rauisius hac de re satis ingeniosè scripsit, Troiam, Solomonem & Sampsonem introducens. Eia primo loco Troiam audire libeat.

Priamides phrygia si nunquam pastor ab urbe
Iset ad argolica florentia mœnia Sparta
Vxorem Meuelae tuam rapturus, haberet
Troia recens nomen, vicinaqu nubibus esset.
Clara domus Priami, nec putrida faxa lateret
In campis, nec tot Simois correpta sub vndis
Corpora Troianæ prolis cooperta iacerent
Si te inquā Phrysius nusquā rapuisset adulter
Tyndari non geminos bellis armasset Atridas
Vindictæ appetitus etc.

Dicat & Solomon rex tantus.

Ipse ego si nunquam muliebri captus amore
Liber, fæmineis donassem colla catenis
Friuola vanorum nunquā simulachra deorum
Pronus

ARGUMENT. INSIGNIVM.

*Fronas adorasse, non idololatra fuissens
A vera, sed quid me religione retraxit?
Fæmina, quæ menti rationis detrahit vsum.*

*Exurgat & Sampson qui suas quoque
agat partes.*

*Non me terruerat feritas fugienda drachonis
Non memille viri iaculis inuadere quibant
Rumpebam Paria fabricatas rupe columnas
Frangebam silices, superabā, castra, domabam
Extremos quicquid fuerat crudele per agros
Me tamen exciso delnsit fæmina crine
Fæmina crudeli connuero digna leoni.*

Porrò Veneris fomenta varia sunt, vt-
pote Baccus, Ceres, familiaris communi-
catio, literarū fasciculi, ocium, commen-
datiūculæ & salutationes per veredarios
pecunia, quis reliqua recenseat? De ocio
sic habe Nasonis disticum.

*Ocia si fugias periere Cupidinis artes
Extinctæq; iacent & sine luce faces.*

De pecunia quæ certissima annorum nu-
trix est, & illud audi: Nam sine re quis hic
vel alga vilior non est?

*Perdat opes Pbædra, parces Neptune Nepoti
Nec faciet pauidos taurus auitus equos.*

*Gnoscida fecisses inopem, sapienter amässet.
Diuitijs alitur luxuriosus amor.*

Cxv

P E R I P E T A S M A

*Cur nemo est Hecale, nulla est quæ cœperit Iras.
Nempe quod alter egēs, altera pauper erat
Non habet vnde suū paupertas pascat amorē
Non tamē hoc iāti est pauper vt esse velis.*

Adde quod ita apud Sophoclem muliercula loquitur adultero , suasu impulisti blandiendo illecta sum . Si quid in hoc amplissimo orbe , vt fallantur temporis tardia iucundum optamus , si varias deliciarum venamur species , quin vt innumera rerū genera prætermittam eo inuitante vere per virētes florentēsq; hortos , nos ipsos circumferimus , vt miris & innumeris spectaculis , variisq; diuitiis naturæ opibus oculos pascamus , animos refocillemus , & miremur opes quas summa sapientia vnius rerum omnium artificis condidit manus ? Quantum ad me atinet , vt ingenuè fatear , vsqueadè me capit iuuatque hortorum & agellorum verno tempore amœnitas . Limpidae fluuiorū ac riuulorum vndæ , suaves auium garritus , familiare ac doctū inter amicos colloquium , & huiusmodi nonnulla quedam , quæ inter non infimas naturæ delicias quamplurimi numerare solent , vt si his perpetuò sit carendum , nō minimam fœlici-

ARGUMENT. IN SIGNIVM.

fœlicitatis partem mihi ademptam putauero . Ad hæc accedunt instrumenta illa quæ Pan & Apollo latr̄is appararunt manibus, dulces organorum calami, lyræ, citharæ, testudines, Psalteria, tibiola, è ligno, cornu aut ære confectæ , & id genus musæ, quarum omnium rerum adeò me totum rapit ac delectat melodia, ut à nullo facile credi queat . Est quippe musica diuinam quidpiam propter incredibilem quandam suavitatem quam & animis & auribus parit ac reddit . Hic nihil turpe, nihil insuaue, nihil fœdum, totum veluti absorbet rapiturque hominem musicæ vis: & certè occupatio honesta est nec dannanda tam diuinę rei suavitate aliquoties delectari, neq; debet ars vsque ad nobilis, Priapo, Veneri, aut immodico potu ī obrutis seruire. Dignior est ac maior quā eius maiestas debeat vīlibus mācipijs aut officijs actur prioribus vīsibus violari prophanarique , quod clarè quamuis paucis edocui in libro meo, cui titulus est, Scēna rerum humanarum inuersa. Itaq; vt summatim dicam ac hinc me explicem, mille modis , mille artibus datur nobis huius vitæ rædium fallendi occasio, etiam si ad

X fordidos

sordidos venerisque amplexus nō con-
fugerimus. Quod qui suo æstu ac vrgenti
feruore tanquam vieti rapiuntur , quid
aliud tandem incauti experiuntur, vt ini-
cio dixi, quam tristia omnia? quam insua-
ria? quam turpia? Vt donemus interim,
non nihil mellis initio fortassis occurere
scortatoribus, sed tantò cum veneno pro-
dit, ac tantū gignit molestiæ, vt hic qui uis
sapiens iure illud dixerit, nō emo tati p-
nitore. Esto sit Lais specie vultuq; omniū
præstantissima, aliò nos vocat pudicitia:
qui igitur velit Corinthum accedat. Pos-
sunt sepius aucupijs & venationibus oc-
cupari, qui se maiorum imaginibus iactat.
celebres & claros. Possunt plebeij artibus
mœchanicis quod vita necessariū est, pa-
riare & conquirere, possunt sacrifici, mo-
nachi, Heremicoꝝ, & id genus alij sanctis
ac salutaribus exercitijs vacare . Breuiter
non est ullus mortalium qui modò velit,
non possit facile suis à naribus tantam
auertere fœditatem. Nec deerit nobis in-
uocantibus manus illa cœlestis , quæ stu-
dia, quæ labores, quæ conatus nostros iu-
uet ac promoveat. Deum immortalem
quāmfelix est it qui longa continentia
seculi vobis

ARGUMENTUM INSIGNIVM.

se angelis proximum reddidit, & ictus
lumbi cæco non ardent igne? Clamat in-
terior sapiens, non possum esse continentem
nisi Deus dederit, prapterea dominum ca-
tis rogaui præcordijs. Et Paulus ipse
suum cuique à Deo, donum esse afferit,
alij quidem sic, alij autem sic. Sed inter
felicissimos locum is meretur cui datum
est ut sese castret propter regnum Dei.
Stat illa Christi sententia: Qui pereat ca-
pere capiat. Connubium quoque hono-
rabile in omnibus, ego dico in Christo &
in Ecclesia, sed quid turpius quam contra
Dei legem assiduis, instar suis immersi
spurcitijs? quam passim scortari? quam
impudicos coitus congressusq; pudicitias
præferre, & denique scurrarum sequi las-
ciuam & libidinem. Considerato frater
Christiane quoties lecto incumbis tuus,
quot quoque eadem nocte viri sine sociâ
fœmina quieti dormiunt. Considera rur-
sus quantus eorum sit numerus, quibus
gratior esset casta nocte, quâ Hymen ad
Venerem prouocantis insolentia & pro-
cacitas. Quâtae voluptatis estnidum no[n]
conspurcasce immundicijs, & puris pleni-
bris nocturnas transiegisse horas? Quid

X ij sanctius

sanctius casto cubili & Christo non Cupidini dormisse? Quid magis laude dignatur, quam Diana cuiusdam, quam castitatis & pudicitiaz somnum consecrasse. Et instar tot diuorum, innocentem & pudicam seruasse cutem templumq; domini nulla violasse impudicitia? Hæc nimurum est vita illa angelica, quam perfectioris pietatis homines imitari conantur. Hæc est illa vita Christo digna, quæ pueræ innocentiaz sacra, nihil spurci, nihilque venerei habet admixtum. Parum potest qui sibi imperare non potest. Et si interim canat Diuinus ille Poeta.

*Fortior est qui se quam qui firmissima vincit
Mænia, nec virtus altius ire potest.*

Cur lumbos suos non succingit, renesque constringit christianus, ne in foræs dissiliat ruatque & dissolutus fœteat? Quid laudis refert, si in modum porcorum, vrsorum lascivientium & salacium passerum, naturæ ipsi obtemperet quolibet vocanti aut trahenti? Vnde hominis venis tanta libidinis vis insita est? quis signem igni adiecit? quis flamas flammis? quis oleum camino? sit Venus in venis, iugis & ignis erit. Quis Deus Nasone illum

ARGUMENT. INSIGNIVM.

illum èò lasciuiz pertraxit , vt tot versi-
bus bládo factis neruo,nos venereos istos
amores doceret? Nam sic initio canit.

*Si quis in hoc populo est artē qui nescit amādī
Me legat & lecto codice doctus amet.*

Facti quidem illum postea p̄nituit,
sed serò. Hinc illud, Ingenio peri⁹ qui mi-
ser ipse meo. Huius vestigia imitari cona-
tus est Faustus Andrilinus, qui hac quoq;
parte musis iniurius , diuinū suum Apol-
liné impudica sordidauit Venere. Audiāt
interim illud Mantuani huiusmodi Cu-
pidines & familiæ Priapicæ canes, nōn ul-
li è poëtis lasciuiores.

Sunt quibus eloquij datur aurea vena poetæ

Sed cadit in fardes inficiturq; luto.

Cur mille artibus , nos ipsos ad Vene-
res prouocamus,cum ad hoc mali genus,
hoc corpusculū satjs per se proclues sen-
tiamus. Idē sit quoties conuiuas vel blan-
ditijs,vel importunis ac molestis preci-
bus vel vi quadam pellicere nitimur ad
pocula . Certè natura plus satis ad im-
modicum potum sumus proclives, etiam
si à nullo stimulemur , nullumque no-
bis addatur calcar . Id qui faciunt nihil
minus malū proximo administrant,

X iiij quam

quām h̄ quicq̄o iuxta scripturām ponūt
offendicula. Fuere certe non ita pauci va-
tes, quos hic cęcusfutor, Nam Plato amo-
rem, aliquoties fūtorem vocat, amentes
fecit; & vrinam m̄inus lasciuia reliqui-
sent nobis multōrū monumenta. Sed hoc
versicūlo nobis adblandimur.

Hoc cōmune malū, semel insaniimus omnes.

Si qui igitur vel fuere olim, vel hodie
vivant, quorum exemplis aut scriptis ad
lasciuiam titillamur ac prouocamur, pu-
dicitia & castitate accēsos ignes restigua-
mus, et leti posteā cum Psalmographo ca-
nemus: Transiimus per ignem & aquam,
& induxisti nos in refrigerium. Sit nobis
Venus velut toxicum, sit aconitum; sit
malum nostro iudicio quo non aliud per-
niciōsius. Arrideat, saltitet, cantillet, assi-
liat, osculari velit, stem' animis velut in-
uincibilibus, nec illud dixerim⁹. Heu mi-
hi quod nullis amore est medicabilis her-
bis. Venerem ipsam pede teramus, & di-
uino innixi subsidio, ferocem beluā, pro-
culcemos animosè. Iam proximum est, ut
huic de id genus scortatoribus argumēto
colophonē imponens adolescentes com-
moneam, vt proinde nō nisi maturo con-
silio

ARGUMENT. INSIGNIVM.

Silio summaque prudentia vxorculas ducant, nec se eò temerè præcipitent, vnde postea enatare nō possint. Sed ubi Venus sua retia non protendit, quacunque data occasione incautioribus insidians. Quam multos vidi quos ducis Hymenæus in thalamos non preciosis auleis cœstitos, sed lachrymis madidos blando rāmen cœcharz pulsū inueniit? Quoq; quamq; generosissimis impostur dectus cupidus? Quot adolescentium millia ad hanc Charybdin naufragium secere, & miseri periere. Referam quidprā eius & hodie haud pauci testes esse possunt. Viuebam in Academia quadam natus forte annos triginta tres, noueram aliquot & ingeniosissimos & proba indole adolescentes, quos arbitrabar & studijs addictissimos, & paulatim ut pollicebantur initia, euasuros in viros summos & absolutè doctos. At hi secretò videlicet profunda vespera, ut posteà resciui, in eorum officinas irrepebant, qui opere quotidiano sese alunt & arte mœchanica suas fouēt familias. Porrò ibi non instar Pauli aliquid operis tractabant aut consuebant coria, nec codicum paginas lucente candela aut cereo aut lampade,

X iiii aut

P E R I P E T A S M A

aut lecytho, aut foco vigiles euoluebant,
sed quod ab ijs qui sese Mineruæ conser-
crarunt alienissimū esse oportuit, colum
& fusum & acum & scopas nimirum ar-
ma muliebria familiariter contrectabant,
nugantes (si dijs placet) cum ijs quarum
colloquijs genis, digitis, oculis & aspecti-
bus suas illecebras immiscuerat, incluse-
ratq; Venus, quibus imprudētiōres ines-
care solet. Quid multis? horum nonnulli
tādem capti sunt & in Cupidinis laqueos
pertracti. Eia, initio dulces sunt nuptiæ ac
suavis nupta, sed tristis rerū exitus men-
sibus aliquot elapsis miserabiles coniuges
reddidit. Hic solum vel vnicā illa senten-
tiola opus erat, ne feceris hodie, cuius
cras pœnitēas. Misérè vixerūt qui rejecto
omni fano consilio, inscijs inuitisque pa-
rentibus, huiusmodi capistrum sibi affi-
uerunt præcipites. Voluptatem non ra-
tionem in consilium adducentes. Quoties
pœnituit coniugij? quot suspiria? quot la-
chrimæ animos tristes testabantur. Hic
Iocum habet illud: Spem mentita seges,
nam quum initio præclara quædam pro-
mitteret, indoles adhuc in herba, paren-
tum expectationem mirè fefellit. Ador-
lescentes

ARGUMENT. IN SIGNIVM.

leſcentes huiusmodi multi erant non obſcura familia nati , benè diuites celebres, ingenio præstantes . Curo obſecro ſe non ſeruauerunt vtiles patriæ futuros, tonſorum, ſutorum, ſartorum, fabrorum lignariorum vitrariorum, bibliopolarum filias , ſi dijs placet , cupidinis arcu velut in præcordijs transfixi, vxores deligunt, qui alioqui olim vel canonici vel ſenatores, vel Consiliarij, vel Iudices , vel Prætores, vel Præſides erant futuri. Mag- ni enim viri in adolſcentia latent, ſic om- nium ſpectacula ; & veſtiti vulgi fabu- lœ tabe & mœrore tabefcentes, citò miſe- reque ſepiuſ hi emoriuntur , atque pa- rentibus quibus dedecori eorum laſci- uia fuit , certè mortis præmaturæ diem parant & aſciscunt, nec id ſatis eſt, verum quod hoc ſtultiæ genere iam quamplu- trimi iuuenes iuaniuerint , ſit ut non pau- ci nobiles , ciues & mercatores aliorum periculis facti cautiiores , eò ſuos minimè amplius mittat, quòd alioqui miſſuri erat, niſi nimia libertas iuuentutem corrum- peret. Quis non videt quantū detrimen- ti damniq[ue] hæc cæca laſciuia multis gig- nat? Adferam illud tritum.

Qui

*Qui cupit optatam cursu contingere metam
Mulca tulit fecisse puer, sudauit & alit
Astinuit Venere et Baccho, qui i pythia a cātē.*

Cuius rei memini in libro meo quem
inscripsi de capitibus Hydri, & in altero,
cuius titulus est, Scena rerum. Sanè id so-
lū iudicij in his lasciuētibus caballis quos
sic suis pūritus titillat desidero, cur mē-
sibus saltem duobus, prius secum circu-
spectius mente nō voluunt præudentq;
si quod facturi sunt, nocerē tādē nequeat?
Cur inquam circumspectiores viros non
consuluntur ardore potius quam ratio-
ne feruntur ad cōtractus? Sed in eos qua-
drat illud: Optat ephippia bos piger, op-
tat arare caballus. Penuria multo melius
ras quam saturitatem, dies suaves non fe-
runt, & rebus secundis insolescunt. Ex-
periri volunt sua forte non cōtenti, quid
sit miserè viuere, heu miseros. Gratianus
tamen è decretis Hormisdæ Papę colligit,
aitq; ibi præcipi, ne quis fidelis cuiuscūq;
conditionis sit, occulte nuptias faciat, sed
benedictione accepta à sacerdote publicè
vxorem ducat in domino. Et ius ipsum
ciuile eos taxat, qui in uitis parentibus ni-
mique leuiter matrimonia contrahunt.

Vt ta-

ARGUMENT. INSIGNIVM.

Vt tacēam quid conciliūm Tridentinūm
hac de re statuerit ac diffinierit. Deinde
tu serue, Veneris miles, recurre ad epistola-
m̄ primam Euaristi Papę, sic quippe ha-
bes eo loco, Canon renouandus est, in re-
formatione ad cauenda clandestina ma-
trimonia, quæ ipsa Venus solet contrahe-
re. Hęc legitō & prudens nota. Considera
quoquę quanta sit rerum vanitas & in-
stabilitas, videas quidem iuuenčulas iam
nubiles & viro maturas eleganter cultas,
& mire comptas, alacres, leui tibiolafaci-
tantes, dum calcant ne ouum quidē con-
tererent pede, vt Galli proverbio dicunt,
mensæ cibiq; immemores ex aliquando
choreas, toris sex horis ducunt, vultu mi-
rè blando, & oculis ac nutibus aliquoties
quoque osculis, procis ad blandiuntur, ge-
nis pinguiculis & vegeto corpore valde
placēt, at eodem (nō de omnibus loquor)
dum anno nuptæ expertæ fuerint coniu-
gij intricabilisque illius capistrī curas ac
molestias, macrescunt, tristes sunt, dicas
zyphar, nec intelliguntur capilli, nec am-
plius pinguntur genæ nec defricantur, ne
dicam quod nec sordibus quidem aliquo-
ties depurgantur. Alteram tibiam caliga-
sapo

P E R I P E T A S M A

sæpe totam inuestiunt, altera interim manente, seminuda, hic calceus, ibi crepidæ, hic scopæ, ibi matula. Quid plura? dicas mundo mortuas, sic in pedes labuntur animi, sic viuendi modum immutant matrimonij leges & curæ. Eam ob causam summus quidam princeps, si quando suis esset iratus, dum eos è cubiculo abigit, nihil aliud imprecabatur nisi hoc solum, cede tu hinc, abi. Utinam Deus aliquis te ad matrimonium adigat, &, utinam vxorem ducas, quasi videretur, illi cui malè volebat non potuisse peius precari, peculiare est iuuenculis callidioribus & astutioribus miris modis & artibus amatores venari, & inescare, agunt blandicijs, nutibus, cantiunculis, aliquoties & amatoria munuscula mittunt, sed ut precij ita & momenti minimi, utpote, poma, cerasa, fraga, racemos, tres nubes, liliola, rosas, aliósque flosculos lino reuinctos, nec dissimile est illud apud Vergilium.

Malo me Galatea petit lasciuia puella.

Et fugit ad salices, & se cupit ante videri.

*Quid plura? non aliter quam auceps sibillo vocula, sparso fœno & grauis ludic
irretitq;*

ARGUMENT. INSIGNIVM.

irretitque filis auiculas & captas, mox
plumis spoliat & necat, sic amica non de-
finit laqueos extendere, donec habeat
prædam. Et demum, dum voti compos,
iuvem inextricabilis coniugij filis irre-
tierit, clamat læta, Io, Nunc dicite Pean,
decidit in casses præda petita meos. Paulò
post rota fortunæ versa miserum diuexat
modis nō dicendis, s̄piūsq; contingit ut
quotidianæ morositatis iniurias ac tépe-
states nō ferēs, totus sibi displicens, mortē
potius quam diuturniore vitā sibi optet
infelix voluptatum seruus. Hinc illud ad
Hebr. Illo Sapiente Ecclés y. scriptum est:
Noli stultus esse, ne moriaris in tempore
non tuo, moneat te lasciuie amator, vel fa-
bula illa de leone ægroto apud Flaccum.

*Olim quod vulpes ægrotō forte leoni
Respondit, referam, quia me vestigia tenent
Omnia te aduersum spectatia, nulla tetrosum
Et illa de equo qui sefforem frenūq; receperat.
Sed postquam vīctor violens discessit ab hoste
Non equitem dorso, non frenum depulit ore.*

Aliorum quoq; te edoceant vestigia,
quæ nusquam non parent, semel irretitus
captusque non poteris iugum excutere,
vulpes annosa capitur non facile.

Cantus

P E R I P E T A S M A

*Cautus enim metuit foveam lupus, accipiterq;
Suspeſtos laqueos, et opertū, miluius hamum.*

Libet narrare quod non sine risu audi-
ui. Duxerat iuuenis quidam imberbis, li-
teris humanioribus nauans operam ele-
gantem nec specie contemnēda puellam
vxorem, prodit ſcetus ante menses octo,
veluti ſcilicet aliquoties prēcoces ficus ex
arbore matre decidunt ante tempus, dum
fortè nocte quadam ſimul, vt ſemper, de-
cumberent maritus, vxorcula & proles,
manè vxori ipsa, quaꝝ muro proxima ad-
iacebat, exporrectis in altum brachijs ni-
titur puſionem ſue infantulum ad famu-
lam lecto aſtantem per manus transmit-
tere. Porrò tunc maritus iacebat ſupinus
ore aperto. Itaque dum ſic transfertur ac
transmittitur infans, is inſtar h̄yrundinū,
quaꝝ etiā volātes ſimū aliquoties emit-
tunt, excludit, emittitq; non ouum, ſed
ſtercus glaucum. Cuius portiuncula ſue
pars quaꝝdam incidit in os mariti ſterten-
tis, ac prædam deglutit imprudens. Sed
veluti acetum ſolemus, corrugata con-
tractaꝝ; fronte ac genis, mox expperrectus
clamat, putabam (inquit ille) in matrimo-
nio omnia eſſe ſua via, hoc ſaltē quod iam
vorau,

ARGUMENT. INSIGNIVM.

voraui, non admodum suave, nescio an
pillulæ sint, certè plus aloes quam mellis
inerat. Postea toto triduo ob bolū quem
inuito stomacho sumpserat, nihil aliud
quam spuebat. Alius quidam etiam opti-
mæ spei quem parētes, vt literarijs exer-
citijs diligenter incumberet usquam mi-
serant, inuitis suis omnibus puellam for-
ma egregia, flauis capillis, & genulis pur-
pureis sibi quoque in uxorculam assidue-
rat, dulce malum. Quid plura? viuunt
quatriduo simul, illa mox cœpit furere,
iras & turbas suscitare, & veluti cœlum
terre miscere domi, tum misellus maritu-
lus ille suspirans ait. Arbitrabar anteà te,
vt vultu ita & animo mitem, mansuetam
& blandissimam esse. Quid istud est? quid
tragædias tantas & lites commoues. Por-
rò illa annis aliquot, dissimulare consue-
uerat feri pectoris insaniam, atq; quoties
ira fuisset commotior, nec vlciscendi se
aut vindicādi daretur locus, sursum con-
scendebat, ac vi dentium arrodebat tra-
bem, iamq; media arrosæ trabis pars dis-
cerpta erat insania sèpius furentis puellæ.
Propterea marito respondit. Vxorem
accepisti cuius mores nō noueras, cōscéde
ac vide,

PERIPETASMA

ac vide, vbi animus mēs bilis impatiēs fe
aliquoties vltus sit & vindicarit. Addidit
et hoc, iam tu meus es teque possideo, si in
prēdūrū lignum hactenus dentes strinxi,
migi posthac minus erit molestum in te
experiri quid valeāt dētes mei vnguēsq;. Adferam meritō illius Sapientis senten-
tiam . Melius est sedere in angulo doma-
tis , quām habitare cum muliere rixosa.
Sit nobis Socrates quoque exemplo , qui
per duas vxores domi patientiam se didi-
cisse affirmat. Dea immortalem in quā
pericula se coniicit ac præcipitat adoles-
centia, secluso aliquoties omni cōfilio ra-
tionisq; iudicio? Quam sēpe æstu quodam
rapti plusquam amentes ea leuiter facere
non verentur, quorum etiam die sequēti
citō quidem , sed nimium serō pœnitent
miseri? Euge vel hoc vnicum eos deter-
rere debuit, quod, vt nihil aliud , tantas
audiamus, eorum qui hoc capistro illigati
sunt, quærimonias, quas cum varię sint in
medium proferre non lubet. Admitto ta-
men (vt æquum est) & fāteor aliquoties
in mulierum moribus pietatis non pluri-
mum deesse. Atque etiam quiddam inter-
dum esse perfectius quā in virorum vita.

Si quis

ARGUMENT. INSIGNIVM.

Si quis potissimum aliquas Deo deditas
propius spe&tet & consideret, viris ipsis
frequens est in ore iuramentum & periu-
rium, Iouem audaci ore nominant, per
Christi mortem, per membra, per sanctis-
simum crux, per fidem, per sacri mysteria,
& per quid non? Iurare illis pro ludo est
aliquoties & vel leue iuramentum ab eis
estimatur? At foeminulæ tremulis natibus
exhorrent, si quando per ranas, per bufo-
nes, per vespertiliones, per plumas anse-
rinas, per mutum pescem iurauerint. Ac
mox etiam se manu, crucis signo muniunt.
Præterea hic muliebris sexus, pius, devo-
tioni, ut dixi, ac religioni deditior prædi-
catur. Ad hæc multi viri Baccho & Cere-
re, se obruere solent, dilapidant sua pro-
digi & aliena sæpius deuorant. Deinde ex
his plures furcis ac crucibus suspénduntur
ob crimina quam è mulieribus. Verum si
animorum malitiam malevolentiamque
inspexeris, quid habet orbis mulierū ani-
mùs furiosius si quādo cœperint furere &
& insanire? Quā periculosa? quam ferox?
quam nullo remedio aut arte placada est
mulieris ira, ut non abs re scriptum sit, nō
est ira super ira mulieris, vel vehementer

Y mat,

amat, vel te capitaliter odit. Vbi mediis
taxas, insectarisque ματάιολόγιαρ? Certè
nullus sub Sole viuit huic morbo magis
obnoxius, quam muliercula. Leuitatem
culpas non est qui vel leuius iudicet vel
leuius de rebus deq; proximo dicat. Omnia
præcipitat. Lites dānas? Dos est uxori
ta lites, ut nō abs re Hebræ ille hoc pro-
nūciarit: Melior est iniqitas viri, quam
mulier benefaciens. Porro huius loci non
sunt diuæ illæ sacræq; Nymphæ quas sin-
gularis virtus, orbi reddidit æternum ad-
mitabiles. Quam illustres? quāmq; magni
nominis sunt in scriptura, Sara, Rebecca,
Rachel, Sephora, Delbora, Ruth, Susan-
na, Iudith, Hester, Abigail, regina Sabza,
Sara Raguelis, Elizabetha, Martha, Ly-
dia, Tabita, & harum omniū cœli orbisq;
decus Maria virgo mater? At cōtra, quam
obscuræ infelicisque famæ sunt Jezabel,
Athalia, Dalida, Micol vxor Iob? (eas in-
teriorim prætermitto taceoque, quas prisci
poetæ furijs similes dixere) Herodias, Za-
phira, & reliquæ multæ? Sed quorsum hy-
storia prolixior & plus satis loquax? Chri-
stum precor, ut qui coniugio sese intu-
erunt, in eo pūrè christianæque viuante
ac per-

ARGVMENT. IN SIGNIVM.

ac perseverent, siue Principes, siue Plebei
sint, siue agricolæ. Coniugij enim magna
dignitas est & excellētia. Præterea ut qui
cœlibatu castaque virginitate delectatur,
dignos Christo habeat mores. Quis tamē
eos non taxet vituperetq; , qui forte capti
voluptatum illecebris atque irritamentis
scortationis, impudicitiaz ac Veneris se fe-
runt mancipia, & quibus curz non est sua
salus? ijs certè saniorē precamur mentem,
quippe nihil turpius quam à carne vinci;
at qui huius stimulos retuderit propter
cordis munditiam habebit amicū regem,
en testatur spiritus: Qui vicerit, dabo ei
manna absconditum, dabo calculum no-
uum, dabo edere de ligno vitæ, hic nobis
quidpiam amabo dic dñe Ambrosi, cuius
mellitissimus sermo vel quauis Ambro-
sia suauior est, itane sic ais? Supergreditur
virginitas conditionem humanæ naturæ
per quam homines angelis assimilantur,
maior enim victoria virginum est quam
angelorum. Angelinamq; sine carne vi-
uunt, virgines in carne triumphant, quid
quod & ipse Augustinus hunc in modum
scribit, idque tractans illud Apocalypses
explicat. Virgines sunt & sequuntur agnum
Y i j quo cunq;

PERIPETASMA

quocunque ierit, pergit sancti Dei pueri
& puellæ mares ac fœminæ, cœlibes & in-
nuptæ, pergit perseveranter in finé, lau-
date dominū dulcius quē cogitatis vbe-
rius, sperate fœlicius cui seruistis instatius.
Amate ardentiū, cui placetis attentius,
lumbis accinctis & lucernis ardētibus ex-
pectate dominum quando veniat à nup-
tijs, vos adferte ad nuptias agni canticum
nouum quod catabitis in citharis vestris:
vtiq; tale quale nemo poterit dicere nisi
vos, neque enim omnes vicit aut possi-
det Cupido teste poëta illo Nasone qui
ita cecinit, quamobrē age ac pugna Chri-
stiane miles. Tot sine amore viri, tot sunt
sine amore puellæ, sic tibi cū magna lau-
de, triumphus eat, para inquam tibi glo-
riosos è cæso cupidine triumphos non te
euincant, collidantve obliqui prauiq; ar-
cus, non te immani vulnere & perfodiāt
sagittæ, deniq; non te vrant ignes Vene-
rei, pugna quemadmodum iij solent
qui ob animi robur fronte vi-
etrici recipiunt
lauros.

1111

Otijs

Otium iurpe.

Tam improba (id enim præmittere lubet) insolēnsq; est mortalium libertas , vt non defint qui prodigiosa quædā, aliquoties absurdā ac ridicula sibi optent. Quāquam sint quibus nec sobria mens in optandi ratione desit, paucis hic dicam absoluamque, sunt qui optarint se ab aliqua bona fortuna impretrasse, vt ij omnes qui eis volūt malè, amici siāt verè synceri, neque optarint arbitror, vt crucibus,furcis,aut stipibus infixi coruos passerent . Quanquam tamen sat supplicij subire viderentur, si tibijs funibus colligatis,ante centum bene famelicos ac furiosos lupos,attoniti cogantur procurrere. Vt si salui euadant,sit verè mirabilis ac noua orbi narranda historia . Sunt quoq; qui optarint sibi prælongum nasum, quod commodius & absque periculo perspicilla vitrea ferant senes. Nec defunt, qui secundas mēsas tristes vident apponi,quod hoc sit,quoddā conuiuij finis præfigium. Inuenias & multos,qui optarint,vt quoties ventris edunt sibilum, toties possint & tussire , vt iuxta vulgatum adagium,

Y iij tussis

P E R I P E T A S M A

tussis crepitum dissimulet. Reperi etiam quendam insignem bibonem qui collum gruinum sibi optaret, ut bibetem diutius delebetare vini influentis suavitatem. Audiui & alium huic non dissimilem, qui in summo eminenti^q; vertice vel in crano, optaret sibi constructum caminum, per quem facilius euolarent vapores ac fumi ipsius stomachi, quoties largius potasset. Nam is inter Silonicos athletas paru^r valebat neruis ac corporis robore, obnoxius familiari cuida^r capititis grauedini & morbo anniversario propter nimiam bibacitatem. Quid quod nec defuit inter stultos qui sibi optaret ventrem sic natura cōfēctum, ut ligaminibus siue funiculis posset claudi, ut t^zda aut c^zreo succenso liceret inspicere, euoluere, & per ocium visitare ilia, si quando morbus intus cruciaret. Vidi & quedam mendicum, quem valde male haberet, quod vi cuiusdam medicamenti, visum receperisset, quū postea sentiret dura experientia, benē oculato non iam esse tam utilem ac pinguem mendicitatem quam olim fuerat caco. Nam aiunē quidam eum, ut erat astutus, se se aliquot annis simulasse cœcum quoties esset in publico.

ARGUMENT. INSIGNIVM.

publico. Quid multa? Optant plurimi ut
in retum omnium statu operculum per-
petuò bene quadret suz patinæ. alioqui
quorsum etiam infantes illud iactat; dig-
num patella operculum? Et utinam hoc
ante Decembres duos videre liceat a iunct
quidam, vt Oenopolæ, aromatarij, Biblio-
polæ, laniones, fructuarie, & omnes qui
iustibet generis mercatores, qui vendere
solent, sic discant, quid sit beatè vivere (si
iocari licet) ut posthac vendant nūquam,
sed dent ac vltro suas portigant ~~merces~~
omnibus, iuxta illud: Beatus est dare quā
accipere, haberemus sane forum populqr
suis, iam nisi grauis ære veniat dextra, ni-
hil illiac domum retuleris: atque hinc act
cidit, vt furibus scatent strataq; siq; omni-
nia. Nam si ibi quæ diuendi soleant, vltro
aduenientibus darentur, hac arte forsitan
purgaremus furibus ac rapacibus istis mil-
uijs ciuitates quam pluim. Ad qd
velim anus ipsas nec intro, nec minij, nec
lixiuio facies suas lauare aut pingere, Nā
quorsum simiarum pinxeris nasos? Argi
in hūc modum diutius liberet ridere, nisi
argumentum magis scrium, & grauius
parare. Sed his inanibus narratiq; pulis

XVij super-

Superfedeo cupiens quædam pertractare
 quæ ad Reipublicæ nostræ Christianæ
 præcipuum decus, commoditatem & uti-
 litatem in primis videtur spectare. Quid
 enim est cæpidioris aut turpioris ocij quæ
 supino pectorè sub umbra iacere & com-
 pletis brachijs haud scio quæ rerū genera
 fingere & optare. Porrò omnino ac planè
 fatui & impudetis est, iste desiderare quod
 assequi aut obtainere nequeas. Quid pro-
 fuit Adamo nostri generis principi è po-
 mo illo gustasse, posteaquam Euæ huius
 uxori prædixisset mendax serpens, eritis
 sicut dij? Vix certè nullus est sua contetus
 sorte, etiam Scarabæus cum Aquila de vo-
 latu certat. Et si qua fides Nasoni in Me-
 tamorphosi, pulchra Daphne in laurum
 mutari cupit. Io in vacem pilo candido
 transformatur. Rursus exuvium pertusa
 suum formam optat pristinam. Passeru-
 lis mitetur garitu Philomenam imitari,
 qui vix simia est aut Coridonis umbra,
 vult magnus, vult mirè splendidus, vult
 eloquens, facundus, Græculus (penè dixe-
 ram) græculus, aut in summo gradu Ho-
 braeus haberit. Ne dicam unus omnia esse
 vult. Et nunquid Saul inter prophetas,
 aque

ARGUMENT. INSIGNIVM.

atque anser inter olores? Ad hæc qui integræ etate adhuc floret, vult canis senioribus ascribi. Rursus qui menti canicie testatur senium, iuuenis videri optat, canamque barbam vult haberî pro flaua. Qui humili sorte ciuis est, nititur ad splendorē nobiliū & generosorū. Hinc rursus aspirat ad gradum principū, inde ad Regum fastigia. O curiosos, & ardentes, & cupidos, superbos, ambitiosos, insatiabiles ac proinde verè infelices atque insanabiles mortaliū animos. Num vnus orbis vobis satis est? Optabat Alexander ille Macedon tot victorijs clarus & alium secundum orbem, tanta inerat animo rei nihil sitis. Nec Hercules desiderijs modum aut mettam aut legē ponit, quod satis est cui contingit, nihil amplius optet. Sed & dij immortales, quos vnq̄ iuuenes? quos senes? quos ciues? heroas? aut Principes contētos ac quietos reddidit sentētia hæc, breuiuscūla qdē illa, sed optimo loco dicta? Proh Juppiter, q̄ indigniores sunt ij s̄epius maxima summaq; appetūt, & fit aliquoties, ut quibus fortuna fæliciter cōfculuit prospexitq; etiā experiri velint eorū inopiā q̄ nucib⁹ aut legumine vētrē pascūt, iuxta illud;

illud: A bob^o ad asinos. Et optat ephippia
 bos piger, optat arare caballus. Sed quid
 his diutius immoror, alij alia atque alia
 optat, multa sanè lubet optare quæ rarius
 volo impetramus. Quid quod audias
 quosdam quæ hominum malitia est, qui
 optarint, ut vel diuini spiritus afflatu ad
 id quod pium est conuerterentur iij qui
 solēt maledicētiæ labe proximi famā for-
 didare, vel vt maledicas linguas simul col-
 lectas ac mox oleo incoctas beneq; frixas
 aliquis gruibus & ciconijs, quæ extis deler-
 etantur, vorandas præberet. Sunt & alij
 (vt alia multa omittam) qui sibi timētes
 salubritatiq; opportunè consulētes, op-
 tarint vt suus cuique in conuiuijs appo-
 neretur cyphus ne cogantur cōuiuæ om-
 nes simulex eodem bibere poculo, que
 certè quid esse queat periculosius ac mor-
 lestius? neque enim non minima morba-
 rū pars hinc multis nata est, quum s̄pius
 adsint qui lepra laborent aut scabie His-
 panica aut contagiosis febribus aut aliò
 quopiā crudelis morbi genere, & tamen
 audacter quoque vt alij è communione
 poculo bibentes, volunt integri incolu-
 mēsque vidēri iij haud dubiè max pesti-
 lenti

ARGUMENT. INSIGNIVM.

Lenti & contagioso anhelitu spirituq; ipsum potum inficiunt, et noxium babituris reddunt. Aliquoties inhærent labris pustulæ aut vlcera aut alia scabiei species, aut foedæ sordes. Quid hic faciat qui totus ardet siti nō ausus alijs opprobrare suam scabiem & vlcera. Ut sit illi aliud vas quo utatur, petendi occasio? Sunt populi certè apud quos usus recepit, ut suus cuique cyphus vitreus apponatur. Apud multos unum poculum dari solet, etiam si quindecim confideant. O contagiosas mensas, & periculis obnoxias. Sed pergendum ad grauiora censem. Optarim serio ut ab omnibus pluris fieret pietas quam Carolinorum, dalerorum, philippicorum, coronatorum, angelatorum, ducatorum, nobilium & id genus nūmorum acerui. Nihil enim teste Hebræo illo, iniquius quam amare pecuniā. Et Christus clamat: Nolite thesaurisare vobis super terram, sed verum est illud Flacci.

*O ciues ciues quaerenda pecunia primum
Virtus post nummos.*

Sanè si verè Christiani simus, ea orbi huic misero à numine concedi optemus quæ salutifera sunt, utq; nulla legis ullius iuris ve

P R I P E T A S M A

iurisve fiat labefactatio. O si versicul^o ille
nullum nostro æuo haberet locum : Dat
veniam coruis, vexat censura columbas.
Optarim vt omnes abie&tis dijs alienis,
Baccho, Venere , Auaritia , Simonia, de-
fidia , dolo , fraudulentia , fastu , luxu,
odio, vni summo deo pij inseruient , &
qui sceleratè vixerunt resipiscant , pal-
nodiā ex animo canentes. Et qui à Chri-
sto perfidia fuere alieni , fidei splendore
ad veram lucem conuertantur , lubens
quippe illud diuinæ cantionis ore voluo.
Confiteantur tibi populi Deus , confi-
teantur tibi populi omnes. Charitas enim
quærit non quæ sua sunt , sed quæ Iesu
Christi , itaque opto vt omnia quæ apud
nos sunt Christum & sentiant & sapient
& referant , hæc corpuscula , hæc animæ ,
voces , colloquia , studia , labores , artes ,
opera , & vt denique Christi sobrietas in
cultu,in incessu, in mensis, in poculis , in
dapibus,in ædificijs, lectis, patinis, lanci-
bus clarè eluceat . Breuiter loquantur
omnia Christum cuius regnum est & po-
testas , & in cuius ditione cuncta sunt sita
ac posita . Optarim præterea vt vinculis
Stygijs neruisque sic illigatus viactusque
sub

ARGVMENT. IN SIGNIVM.

sub orci turcis vnguibus sepeliatur Mars,
vt pax candida quæ à Superis in hasce
terras descendit, tuta possit tranquillos
omnium regionum fines & angulos per-
petuò seruare dulciterq; fouere? Optarim
vt euulsa omni fœda hæresi, ij qui se se-
aiunt Christum profiteri catholice viuát,
& vt quoque minus scandalorum adfe-
rât ij quorum est alijs esse exemplo. Atq;
vt omni hypocrisi depulsa, affectus veri
in Christum, in sacra diuósque aperian-
tur. Optarim quoque vt solliciti simus
omnes, spiritus vnitatem seruare in vin-
culo pacis. Denique vt ad rem & ad insti-
tutum nostrum tandem veniamus id po-
tissimum optarim vt tam benè habeat
Christianorum respublica, vt in ea rario-
res paucioresque essent vel qui inutili
ocio delectarentur veluti cōtinuo tædio
contabescentes, vel qui superuacaneis in-
frugiferisque artibus & negotijs vacaret,
vel qui omnino vanis manibus stulte cu-
riosis & aliquando ridiculis occupationi-
bus exercitiisque toros vitæ dies trâsige-
rent tererentq;. Sic nimirum insania qua-
dā moti bonas horas malis in rebus quasi
& Penelopes telam retexant collocantes.

Qyorum

PERIPHTASMA

Quorsum enim ocium? quorsum animorum corpor? quorsum quoque anxia curiositas? cum te consultius facturum non ignores, si nec ullam quidem horul? partem, sine fructu effluere patiaris? Vita breuiscula est, propterea optimis quibusq; rebus & exercitijs merit? dicanda, non otio turpi prophana?da, aut violanda fuerit. Allegabo id quod scribit Cicero 1. Offic.libro: Nulla vit? pars neque publicis, neque priuatis, neque forensibus, neque domesticis in rebus, neque si tecum agas quid, neq; si cum altero contrahas, vacare officio potest. Et Scipio senior dicere sollet, se n?quam minus esse ociosum, quam quum esset in ocio. Quanquam Socrates Philosophorum decus ocii. vocarit possessionum omnium optimam. Sed quietem arbitror post asperos labores necessariam esse intellectus n? ocium turpe. viratus probauit, qui veluti familiari quotidianoque proverbio dicere solebat, id quod Hesiodum esse arbitror.

Ἐγοι γατόδειρη ὄντες αερίσιν δέ τὸν οὐρανόν
Id est, non probū est operaria est est cœfusatio probrum, quo dehortabatur omnes non modo ab ocio, verum etiam ab omni bus

ARGUMENT. INSIGNIVM.

bus actionibus infrugiferis . Et Portius
Nasica adeo abhorrebat ab ocio , vt iam
extinctis Græcis & Carthaginensibus in-
seruitutem redactis, suis Romanis timue-
rit, ne quum iam eorum res in tuto essent,
per ocium dilaberentur ad turpissima &
inhonestissima , & Appius Claudius di-
cere solitus est , populo Romano multo
melius committi negotium quam ocium,
fentiens ciues in pace ad luxum et volup-
tates ex quibus reipublicæ patriæ obori-
tur exitium, plerumque defluere , & cu-
iusdam lubrici turpitudinem sic paucis
detegit poeta, in promptu causa est desi-
diosus erat. Dauid tatus rex , vt est in lib.
Regum , in quam graue scelus lapsus est,
dum domi absolutis belli laboribus quie-
tus ac ociosus agerer? Clamat Sapiens il-
le. Quicquid facere manus tua potest , in-
stanter operare . Et Paulus : Audiuius
quosdam inter vos ambulantes in quiete
nihil operantes, his denunciamus ut in si-
lentio operantes, panem suum manducet.
Et: Qui non vult operari, nec manducet.
Christus quoque exclamat: Quid hic sta-
bis tota die ociosi? Ite & vos in vineam
meam. Vade ad formicam piger, serue ocij
& sa-

P E R I P H T A S M A

& sapientia quidpiam addiscito. En grā
nula in foueam conuehit assiduè, vermi-
calus vix semireptilis, en videto ocijime-
patiens aranea assiduè telas conficit, apes
volitat diligenter ut colligat aliunde me-
tyn, aliunde pissoceron, aliude propolim,
aliunde Rhithacē, aliunde sobolē, aliunde
mel, nec luna ociosa est. Quicquid luminis
à sole accepit, mundo refundit. Imo ne
mūdus quidē ipse cui è philosophis multi
animam quandam siue spiritum inesse
aiunt, ocio potest conquiescere, iam floret
ver, iam ætas arridet, iuxta illud: Omnia
nunc rident, nunc formosissimus annus,
iam autumnus racemos, frumentū, & po-
ma colligit. Iam diri frigoris & niuiū in-
clementia nos premit hiems. Nubes atq;
cœli volumina imbres & pluuias fundūt,
iam Aquilo sœuit siue Boreas, iam Auster
flat aut Zephyrus, quis omnes vigilis na-
turæ actionēs explicet? Sol pulcherrima
orbis lampas, diei ipsi mane oboritur, or-
tus nunquam quiescit, sed motu raptuq;
celeri voluitur in ipsam occiduam partē,
qua vesperi nobis occidit, rursus elapsis
horis aliquot, diei sequenti renascitur, sic
perpetuò somno indulgentes nos, nouis
radijs

ARGVMENT. INSIGNIVM.

gadijs excitans & ad officia, operaſq; quo-
dammodo inuitans atque propellens, ca-
nit Hebræus Psalmographus: Ortus est
Sol, & ecce abit homo mane ad operatio-
nem suam, vesperi autem domum reuer-
titur, atatra quadrigasque trahunt boues.
Fluit ac refluit Euripus, annis labitur &
labetur in omne volubilis æuum, auiculæ
garritu Deum laudant, annus anno suc-
cedit, mensis mensi, diei dies, nox nocti,
datq; dominus quod canit Ecclesia. Tem-
pori ipſi tempora, vt alleuent fastidium,
& interim solus homo quem neutiquam
ad turpe ociuni creauit Deus, quod facilè
constat è libro Genesio: Ocio torpebit &
contabescet? Pigrum & inutilem seruum
non fert Christus. Certè si in suo quisque
statu philosophari velit satis quod agat
facilè viderit. Ociosus haud erit princeps
si rempublicā sollicitè administret, ocio-
sus minime viuet episcopus si oues pascat
suas, & sacerdos qui quam ſepiſſime ſa-
crum facit orans pro populo religioſeque
meditás in lege domini die ac nocte aded
ociosus non est, vt omnibus videri queat
vtilissimus, quo magis miror esse qui exi-
li viliique ſalariolo volunt ſacerdoti pro
z sacro,

sacro proq; officio satisfacere, quum dicat lex: Non alligabis os boui trituranti. Et Paulus: Qui altari seruit, ex altari viuere debet. Referam quod audiui: Externus quidam sacrificus elonginquo venerat in ciuitatem quandam, vbi solum stufferus solet dari ei qui sacrū facit, is fortè in templo deambulabat. At mox eum matrona quædam adit ac rogat, num vellet sacrum facere? ille annuit respondens se velle. Quid multis? rem tractat perficitque religiosissime, absoloto sacro illa assem siue stufferum vnū altari superponit ac mox abit. Porrò ille pntabat quod vbiique solet fieri, duos ad minimum stufferos esse superpositos, exuit sese, gratésque domino agit, postea conspecto tantum stuffero siue asse uno, cepit alterum disquirere, arbitratus humi decidisse, verrit vertitque arenam ac puluerem digitis, sudat scalpēs & defricans paumentum, neque id vituperet quisquam, nam turpe non est quod tibi excidisse putas ac perijisse diligenter perquirere. Postea matrona fortè per templum iter facit, transiensqne petit quid tam laboriosè queritaret? Stufferum inquit ille alterū. Quid? inquit illa, Num vnum

ARGUMENT. INSIGNIVM.

Vnum stufferua reperisti? Nam vnum spolum tibi, ut hic moris est, dedi. Tum ille admirans quid sibi in re sacra populi ingratitudo vellet, abiit. Hui generis sunt ciuitates non paucæ, quæ potius histrio-nes & ludicrorum actores annuo redditum alunt quam egregios concionatores, qui tiues salutaria doceant. Atqui causidico sèpius de lana caprina asiniq; umbra tres clepsidras garrienti, aliquoties cedunt coronati duo, procuratori ciuili duas cartæ paginulas atraméto denigrati, totus philippicus sèpe præbetur, ò ingratam manu quæ sacra facienti tam parca est ac tenax, vbi hodie duplex honor, qui pastori? qui presbytero bene præsidenti debetur? si spiritualia seminamus, est obsecro magnum si carnalia tempora liaque metamus? Sed plus satis hac de re, iam quis non vituperet quorundam ciuium ignauiam desidiāmque qui totos dies ociosis colloquijs ac nugamentis transfigunt cōsidentes aut obambulantes in foro, complicat manus, oscitantur, screant, spuunt suauiter ridet, texunt, narrantque fabulas, sic vespertina nam cœnam expectantes ociosi, spectante miseros fabros, vbi opinor spectatores

Z ij agere

agere malunt quam actores, si habeant
 vnde viuant, cur nō perquirunt si vsquā
 in vicinia non sit vidua quæ vim aut fa-
 mem, aut egestatem patiatur? si nullus è
 pauperibus loci illius indigeat ope auxi-
 lioque? nam vbi pauperes non sunt? cur
 ægrotos in xenodochijs non visitant ali-
 quoties? & in téplis, orationibus cōtinuis
 nō incubūt? quū nihil habeat quod agat?
 quid ocio inutilius? quid est causæ, cur
 tanquam inutiles stipites velint viuere?
 aut ad quid etiam terram occupant? osté-
 dant in corpore membrum, quod perpe-
 trio ociosum debet natura quiescere? pro-
 fecto, vt nulla corporis pars est, quæ non
 fungatur aliqua actione, ita nullum vita-
 gēpus ocio torpere debet, ociosis enim
 nulla debetur merces, otium sentinā scelerū
 gignit, cacadæmoni ianuā aperit, paratq;
 rimā p quā in eorū domicilia intret quos
 videt nullis exercitijs negotijsq; vnq; oc-
 cupatos. Ociū charitatis quæ ociosa esse
 nō vult, ignes extinguit. Ociū Endimio-
 nes & ignauos parit, prodigos & perditos
 facit. Ociū dissoluit hominis vires & per-
 stus effeminat. Ociū reddit animū turpē
 ac seruū Prícipibꝫ noxiū est, plebeijs per-
 nicio-

ARGUMENT. INSIGNIVM.

niciosum, Sacerdotib⁹ turpe, monachis insuaue, huius occasione steriles fiunt agri, plátē hortiq; pereūt, artes lugēt, literæ calcatur, ciuitates percunt, pietas elāgueſcit ac ſepelitur. Iam quorsum fronte ſolum ſimulas te velle multa perquirere & moriri, & haud ſcio quibus quantisq; rerum labirinthis animum tuum aſſiduè immergere & inuoluere, quū interim nihil vtilis bonæque rei tibi ſit cordi? Neque enim tempus preciosissimū ocio aut vanis inutilibúsque animorum perturbationibus debet quiſquam, dilucidius dicam quid profuerit ſi certò ſcias quando latrat canis? quando mugit bos? quando hinnit equus? quádo grunnit ſus? quando gannit vulpes? ſtridet cicada? blaterat camelus? barrit elephas? frendet aper? fremit pardus? gemit vrsus? rudit aſinus? balat ouis? ſtrepit anfer? garrit pica? cornicatur cornix? crocitat coruus? crepitat ciconia? turdus trutilat? plauſitat palumbes? tetruuit anas? grus gruit? pipit accipiter? pupillat pauo? vlula vlulat? clangit aquila? pulpatur vultur? quorsum attinet, etiam ſi harum rerum nihil penitus ignores? eſt ſua cuiq; animantū vox & ſuus cuique audi cantus.

¶ iij Præterea,

Præterea, quid frugis aut velicitatis, si te
neutquam fugiat, quo quantumque spatio
inter se distent ambae proximi tui auriculae? aut cur hic diutius alat barbae pilos
quam ille? aut cur sidera, cometas, stellulas,
solem, lunam, nubes non liceat digito
tangere? aut cur Ioannis pulmo plus im-
bibit hauritq; aëris, quam Petri? aut quid
tandem scire refert, quali cute tectus fue-
rit olim Crœsus ille? aut Pygmalion? aut
Priam? aut Mydas? Iuppiter? Orcus? Ath-
las? Hercules? aut Heracletus? aut Zeno-
crates? aut Diogenes? aut Saturnus? aut si
nares emunxit suas Rhadamanthus, aut
Vlices? si Epicuri venter fabis tumuerit;
aut pisces, aut oleribus? aut lactucis? aut
veruecinis carnibus? siue arietinis? bouil-
lis? aut suillis? si rarioribus aut frequetio-
ribus aut pluribus setis sues Beoticæ te-
gantur, quam illæ, quas alit silua, quam
vulgaris Ardennam vocat apud Lucemburgenses,
si casta Penelope limen domus,
nunquam sit egressa absente marito, quos
fictilia pocula habuerit Codrus? quod ter-
pora bidui spatio, emittant hirundines?
quanti clavos aut claves vendebat Vul-
canus? aut quibus delicijs amicisque sibi
oble-

ARGUMENT. INSIGNIVM.

oblectauerit Pilades ? aut Thersites ? aut Orestes ? si adhuc hodie vsquam superfiat rerum Troiananarū aut Carthaginēium reliquiae. Tum qualem vaginam habuerit annibal, qualem ensim aut capulum, aut arcum, aut sagittas, aut lanceam, aut bombardam, aut galeā, aut thoracem, aut balteum, aut clipeum . Præterea qualis eius suppellex fuerit, quales lodices, cortinae, aulēa, mensæ, sellæ, mantilia, disci, cantari, ciathi, cochlearia, pelues, ollæ, chytropodes. Si Pā calamos, quibus opiliones vñatur primus cera iunxerit , si curet oves ouiumque magistros , si fileat Lesbos Arion, aut si cedat aut cedatur Achilles, si Lucretia, si Dido, si Juno, si Ceres, si Lais aliquoties hilares riserint aut tristes fleuerint, quoties dormierit Licurgus, aut Agesilaus, aut Chilo, aut Aristippus, aut Demetrius, aut Aristides, aut Thucidides, aut Scipio, aut Ptolomæus, aut Zeno, aut Anaxarch⁹, aut Demostenes, aut Accius, aut Euripides, aut Prometheus, aut Antipater, aut Proclus, aut Hermogenes, aut Æschines, aut Xenophon, aut Metrocles, aut Epictetus, aut Crates Cynicus, aut Carneades, aut Lacydes , obsecro quid

Z iiii frusta

P E R I P E T A S M A

frustra terimus dies & annos & nobis
præstantiora curæ non sunt ? Euge quid
tandem agis, si petas aut si etiam exactè
teneas, quot numero pediculos ac vermes
vorauerint tres edaces simiz? aut quo di-
gito suas nares emungant, aut quantum
leguminis vrsi, qui Attrebatii in diui Ve-
dasti cœnobio alitur diebus singulis de-
tur ? Quid inter sit inter ouum & ouum,
aut quot vndis infletur Oceanus ? quotq;
naues vehat Neptunis ? quoties rixentur
mulierculæ Parisijs, dum plateas verrunt
ac ciuitatem luto purgant ? quot nuces ?
quot moræ ? quot poma ? quot pira ? quot
racemos peregrini viatores et mercatores
manu rapiat aut fuste excutiant, dum tem-
pore Autumnali, ad nundinas Francfor-
dienses, sese gregatim conferunt quoties
draco ille æneus auro lucens, apud Gan-
denses vento circumagatur ? aut quoties
prata Armenteriana rigarit inundans Li-
sa ? aut quoties titubarint vacillarintq; in-
fantulorum & puisonum, quos orbis ante
annos mille peperit, linguz, aut cur Bru-
gis lenta sileant stagna nec fit celer aqua-
rū tractus. Cur Ceres faueat Meneniensi-
bus in Flandria ? & Hougardicis in Bra-
bantia,

ARGVMENT. IN SIGNIVM.

bantia , atque Bacchus Belnensibus aut Rhodijs? si è lōginquo ipsa vrbs Bruxella aut Diuæ Gudulæ turre gemellæ cōspicatur, si Lilerium ciues alat aut rusticos. Cur pons in vico Diui Venantij , quoties subtrus prætereunt nauiculæ onerariæ, aut scaphæ roties in partes olim distrahebatur ac mox restaurabatur . Quid sibi velic quod ciuitas Insulæsis populosior sit Thebenensis aut cur Duacum tantū condat promatque frumenti? Cur Cameraci regnet Orpheus & vocum musicè canentiū fœlicitas? Cur vinum quod in Brabantia nascitur , vix aliquid vino dignum habeat præter nomen & colorem ? si odorem ac saporem exuxerint apiculæ aut aliæ musicæ, cur qui ingenio minus valent magis se extollunt iactantque & quantò quis ingeniosior est aut eruditior, tantò laboriosius doceat & molestius? Cur Erasmus tot inuectiuis & obliquis scommatibus petierit sacrificos & monachos , ipse olim sacrificus & monachus ? Cur monachis Aquicintensibus, iam cubitum ituris, potius detur vinum, quam ijs qui in monte Diui Eligij degunt, aut ijs qui apud Nervios in Diui Martini cœnobio commorantur,

rantur, aut Bertinicis apud sanctum Audomarum, aut totieuis concionatoribus, qui per rura & oppida fessi diuagantur? Cur nonnulli abstinent à caseo Flandrico? Alij à Bethunico, alij à Parmensi, alij à Brirannico, alij ab Hollandico? Aut cur serius huic doleant dentes quam illi, aut quid causa sit, quod sux cuique crepidæ suauiter oleant, & suum cuique sit pulchrum, aut cur tot mortalium animos infanos reddat sua φιλαφτια, aut si Pierides Italiam, Græcias orbis olim magistras præferant, aut si cursitent Antipodes, aut aliquando nimio fatigati cursu conquiescat. Si hominis Flandri crepitus altius resonet, aut molestius foeteat quam Germani aut Heluetij, aut Poloni, aut Iberi, quot flosculos cum spicas una æstas gignat? Hic audiendū erit illud: Oleum & operā perdis, mulges hircos. Ne qd nimis. Et illud: Nihil agis. Præstat quippe etiam ociosum esse, quam nihil agere. Et: Ne suter ultra crepidam. Serio tractanda sunt quæ putas tibi fore olim honesta utiliaque. Nam ordinem quandam ac modum habet in rebus, is qui minimè ocio capi delectari que solct. Porro etiam inter ociosos non inserviunt

ARGUMENT. - INSIGNIVM.

mum locum occupant mendici quidam
errones, qui quanquam multum possint
viribus brachiorum, ne digitum quidem
vllum ad labores operaque admouent,
roga ut duos fasciculos gerant in coqui-
nam tuam, subito fugient, mallentes alio-
sum sudore educati ociosam agere vitam,
quam vel tantillum agere, in cuiusquam
gratiam, horum animi podagra quadam
laborat & reor ab ipsis primis annis con-
coxisse stomacho maticas, qui validi sunt
& integri adigantur ad opera, verè egen-
tes alantur eleemosynarum ærario. Hic
rationem iudiciumque habeat magistra-
tus, neutiqua ociosus, quamuis erro, vixit
Ulixes, qui toties per freta diuagatus est,
& Penelope huius vxor diligenter nebat
domi, tades referre innumera exempla.
Tullius asserit ignavis pigrisque senibus,
suum senium graue esse, quod nolint
arcium præsidio, etatis per se tristioris,
fallere tedia, & iuuētute ipsa an quicquā
perulantius si defluat ad ocia & volup-
tates? Deinde quid corporibus insalu-
brius esse queat, quam ocium? Nam qui
sele non exercent, non benè concoquunt
stomachi laburam & perniciofis morbis
crebrius

crebrius lèduntur. Quidam ex ijs qui Alphonso optimo Aragonum regi familiares erant, semel ostenderunt rusticū velut ignauiz exemplum, qui porrectus humi vescebatur vuis, hic rex, vtinam mihi sic per ocium comedere datum esset à superis, nec dissimile est, quod narratur de Ptolomæo rege, is dum podagra correptus, dirè cruciaretur conspiciens Plebeios sic temerè apud flumen discubentes, dixit: Utinam saltem ex ipsis unus essem, meritò sanè sibi optat ac vindicat aliquid dulcis ocij princeps tanto rerum onere grauatus, nam quis Athlas cœlum perpetuò fulciat humeris? Iam vt pergam, manifestum est id quod Dionysius cuidam percontanti, num ociosus esset, paucis respondit: Absit, inquiens, vt hoc mihi unquam accidat, sensit turpissimum esse ei, qui rem publicam administrat, si tunc ociosus sit, cum ratio virum præsentem postulat, & proverbio dicitur, ignavorum esse ocium, regium quiddam esse operari, vacareque negotijs. Quam parum quietis ac somni sibi quondam permisit Aristoteles qui assidua diligentia, tot naturæ arcana scrutatus est, atque tam abditas

ARGUMENT: INSIGNIVM.

abditas rerum causas perquisiuit? Quam
procul ab ociosis aberant Plato, Dioge-
nes, Socrates, Isocrates, & Aristophanes
ille, qui plus olei quam vini con-
sumpsit? Quot memorabilibus gestis
clarus est Hercules? Moyses Israëlitarum
dux, quantum onus humeris imposi-
tum tulit? Quis Paulo electionis vase la-
borum patientior, & ocij impatientior,
qui nunc Hierosolymis erat, nunc Ro-
mæ, nunc Euangelium prædicat, nunc
contra Iudeos disputat, nunc in iti-
nere periculis agitatus, nunc in mari,
nunc in ciuitate, nunc ruri? Et Hierony-
mus senex etiā peregrinatur, scribit, do-
cer, Pelagianis resistit. Deinde quoties
somni delitiarumque immemores sese fa-
tigarunt iij qui Græca & Hebræa verte-
runt? aut assiduis lucubrationibus pri-
stimum linguæ Latinæ nitorem, nisi sunt
in auras reuocare. Quanta suppellectile?
quamque preciosis opibus ditarunt bib-
liothecas, Dionysius Areopagita, Ciril-
lus, Basilius, Augustinus, Gregorius Na-
zianzenus, Chrysostomus, Cyprianus,
diuus Bernardus, Thomas, Mantuanus?

Aliiq;

PERIPETASMA

Alijque quorum omnium nomina recen-
tere graue sit. Et ne illustrissimos princi-
pes omittam Ioánes ille Burgundionum
dux, ocij ut fertur fuit impatientissimus,
clarus rerum gestarū magnitudine. Phi-
lippus huius filius nunquam non tracta-
bat summa cum maturitate , nec minus
diligenter suę reipublicę negotia, nec abs
se de illo posset dici , cum tot sustineas &
tanta negotia solus res proprias armis
defendas moribus ornes . Deinde Caro-
lus quoque huius filius , quos agres non
calcauit pede , & quod non duxit milir-
tem? Deum immortalem, quam vigil pe-
ctus? Quid quod Carolus Cæsar huius no-
minis Quintus ne scivit quidem vñquam
nec didicit , ipse vnicū principum decus,
quid esset sociari , perpetuis laboribus di-
fractus huius soror Maria Hungarorum
Regina princeps omniū ingeniosissima,
otium peius cane & angue oderat, totoq;
et at in negotijs, consilijs, in rerum cauſis,
in oratorijs, aliquoties in venationib⁹.
Et Philippus hic noster, ab eo tempore
quo eum zetas virum fecit , nullam sibi
quietem coiūm⁹; permisit , perpetuò vi-
gil, diligēs, fælix, dexter, omnibus ut hu-
mani-

manissimus, ita et longè gratissimus. Atq; si Horatio credimus, Democritus ille quā totus erat in suis exercitijs ? Miramur, si Democriti pecus edit agellos dū peregrē est animus. Noui quendam virum probū, qui noctu diūq; tam indefessis oculis veterum scripta volueret, omittens quoq; aliquoties & ipse suos fœtus in cōmunem lucem minimè contemnendos, vt quoties ad prandium vel cœnam vocaretur, velut sursum raptus, ac quodāmodo sui rerūq; humanarum oblitus, s̄p̄ius responderit. Quid? est opus cibo aut potu? O miserum corpusculum, cui toties inferniédum est. O dicebat ille quā auditu suaue est illud Pauli? Seminatur animale, surget reuiuiscerq; spirituale, & vita nostra in Deo abscondita est, hic illius versiculi Vergilianni meminisse oportet. Immemor herbarum, quos est mirata iuuenga. Vixit quoque olim vir sanctus quidam qui & ipse altis studijs immersus, dum ardentiter fitiret arripuit poculum oleo plenum, ac babit nec sensit se oleum deglutinisse nisi dum ostensum posteà fuisset a quodam mentum ac labra habere adhuc olei reliquias. Ad hanc legi de alio qui non

naginta

PERIPETASMA

maginta annos natus totus decrepitus condicem conscripscerit . O cygneam cantionem . Noui quoq; virū genere illustrem, qui quoties vsquam se cōferret, ne totum illud tempus, quo equo insidendum erat, periret, semper libellum precatorium gerebat manu , vt etiam inequitās preces & quædam alia sacra perlegeret . Hic mihi occurrit , quod de Eunucho illo habent Acta Apostolica , qui in curru Esaiae prophetias lectitabat . Vidi & alium infimæ obscuræq; sortis virum , qui quoties sacri audiendi causa templum peteret , secum lanam sinu & gremio cōportabat , vt saltēm eundo & teuertendo digitis eam dispereret purgaretq; , nam lanificiū exercebat . Porrò ab ociosis nō ita procul mihi abesse videntur inutiles quidam artifices, qui solum ad hoc nati videntur, vt oblectent effeminatorum oculos, nō vt rempublicam labore industriaque iuuent . Certe mundo toto ociosi sunt qui inani exercitio dies transigunt . Hos sanè verè vtiles orbi existimauero, quorū diligētia, sudor & ingeniū valent ad adiumentum atque administrationem earū rerum quæ huic præsenti vitæ necessariæ sunt . Morus scribit

ARGUMENT. INSIGNIVM.

Scribit Vtopienses nihil fecisse eos qui eas artes solum tractarent quarum usus ad ostentationem, superbiam, fastum luxum & voluptatem tantum videretur spectare. Quorum enim passim in ciuitatibus tot lapidarij aut fabri quorum sex aliquoties tribus mensibus occupantur annulo aureo lapillum inserendo dum centies cudent, recudunt, singunt, fricant, & ornant? Quot elabuntur excurruntque dies dum fornace aut forcipe purgant unam gemmam? quoties sudat aliquoties decem sartores dum vel unius tunicæ oram conficiunt, resarcunt, & curiosè dissecant? Et mulier ut est apud Terentium dum comitur, annus est, videoas aliquando tres præstantissimos pictores, qui septimanis octo se se cruciant laboribus ut simij aliquius nares ad viuum reddant & recte depingant. Adde quod infinitus penè earum puellarum numerus est, quæ nihil aliud, quam bicoloribus filis industria linea exornant attexentes addentesque saepius cellaria rugata rectas vermiculoru sedes & latebras pulicibus utiles, rerum quaerundam ornamenta non improbo, scio aliquoties equo senescenti & iam pigra

Aa opus

PERIPETASMA

opus esse pulchris faleris , sed nobis cito
morituris: nam breui quo durat huius vi-
tae tractus,iuxta illud Pauli s.ad Corinth.
7. Tempus breve est. Non video iustā esse
occasione cur tā ambitiosè nos iactemus
corpusculaq; hæc nostra , quum sint teste
Bernardo quidam stercorum sordiūmq;
sacci,tam curiosis sectionibus , coloribus
& formis decoremus,ad sit,admitto , ho-
nestas quēdam in cultu, sed ita interim, vt
sobrietas christiana non desit , qui molli-
bus vesiuntur in domibus Regū sunt, ait
dominus,& purpura regum est , non ru-
sticorum,non opilionum,iam quot mon-
stra rebus addunt pictores , sculptorēsq;
Fortè illud etiam à pueris tritum aliquis
proferar,pictoribus atq; poëtis,quidlibet
audendi siue vt alij dicunt , quidlibet ad-
dēdi semper fuit & qua potestas, aut illud:
Humano capiti,ceruicem,pictor equinam
Iungere si velit & varias inducere plumas.

Reliqua nota sunt, sed potius conside-
randum fuerit , quid iam Christianos de-
ceat,non quid olim , gentilitij illi populi
fecerint,nam nimia in rebus libertas facit
vt raro seruemus ordinem,quot fabri lig-
narij,vitrarij , ferrarij, in ijs occupantur
hęrentq;

ARGUMENT. INSIGNIVM.

hærentq; toti, quorum usus ad nihil utilis est, nisi ad oblectandum et veluti lenocinio quodam, aliquid detinendumq; ociosos curiosorum & stupidorum oculos? Cur tanta libertate luxuriare iuuat miseros mortales in rebus superfluis? cur insanimus cæci? Æ inanes labores, Æ steriles artes, Æ ocia, Æ superuacanea mortdlium studia, dum toti sumus in ijs, quæ nihil conducunt ad sanctè beatèque viuendum, fortè ijs artibus alutur multi, at quot sunt mercatores, qui fucos vident medacijsq; ac fraudibus aluntur? Profectò si his in totum omissis relictisq;, quæ nihil reipublicæ utilitatis gignunt, omnes ad ea adserant admoueantque manus, quæ utilia sunt, melius haberet rerū status, fieretq; usqueadè veluti vile rerum vitæ necessariarū precium, ut nihil nobis agendum superesset, quam ut religiosè conuiuëtes summas immortalésque æterno numini grates referremus, idque ob innumerâ assiduâq; beneficia, quibus nos pietate dignatur sua.

Aa ij Mundii

PERIPETASMA

Mundi huius senium etasque extrema.

Aud aliter quam fieri vide-
mus, ut quanto quis etate se-
nior est, tanto plus sentiat
molestiarum & incommodi-
tatum, quum non desint qui
senium ipsum morbum quendam appel-
lent ita planè accidit & huic senescenti
mundo ut quanto vicinior sit fini extre-
mo suzq; (ut sic loquar) morti, tanto plu-
ribus malis & incommoditatibus prema-
tur. Huic affine videtur id quod Marcus
Tullius narrat initio libri de senectute ho-
minum, etenim inquit quum complector
animo, quatuor causas reperio cur sene-
ctus misera videatur, vnam quod auocet
à rebus gerendis, alteram quod corpus fa-
ciat infirmum, tertiam quod priuet om-
nibus ferè voluptatibus, quartam quod
haud procul absit à morte, nō hic iam di-
co de metamorphosi illa omnium mani-
festissima oculis, nimirū quod solū ipsum
complusculis locis minus videatur ferax
quam superioribus illis auorū nostrorum
annis, aut quod minus fructuum referant
horticultoribus, quā olim aut quod nu-
ces & pomī ut multis videtur, suas mi-
nuerint

ARGUMENT. INSIGNIVM.

nuerint delicias & aliquid durum acer-
bumq; addiderint satori quem suauissi-
mum aut certè paulò suauiorem experti
sunt ij qui nos ante aliquot secula præces-
serunt, sed quod in immensum accrescens
mortaliū impietas, & ui orbis que totius
violauerit fœlicitatem, porrò de mundi
senio palam sic pronunciat Paulus ij su-
mus in quos fines seculorum deuenerunt
quod & Ioannes in prima ipsa canonica
asseuerat dum hoc tempus horam quan-
dam nouissimam dicit ut ne commemo-
rem quam clarè id nobis ob oculos posue-
rit Gregorius ille Romanus Pontifex, si-
quidem is exponens locum illū euangelij
apud Lucam: Erūt signa in Sole & Luna
etc. Hæc ipsa verba in medium profert,
Dominus ac redéptor' noster paratos nos
inuenire desiderans, senescētem mundū,
qua mala sequantur, denunciat ut nos ab
eius amore cōpescat, quando obsecro plus
& gritudinis & malorum inuadit hoc hu-
manum corpusculum quam dum iam in
cimbam Charontis incipit concidere gra-
ui depresso & uo? ita quid aliud quā hor-
rendæ quædam mundi calamitates sunt
qui iam in proximo vergēs ad extremum

Aa iij tot

PERIPETASMA

tot locis perpetitur pestilentias? famem?
terræmotus? prælia? seditiones? Oceani
inundationes, ventorum turbines tēpe-
statésque? Quid queso hęc omnia simul &
refrigescens multorum charitas & abun-
dans iniquitas, breuiter tanta peccandi li-
centia qua hodie vtuntur mortales nobis
significant quam graue mundi senium &
iudiciū Dei non procul abesse? Neq; enim
perpetuus, vt est, stabit durabītve orbis,
& discessio vt Pauli verbis vtar, nónne
iām quodammodo facta est argumentum
signumque finis rerum mundanarum?
Nónne quamplutimi à fide? à Romana
sede? ab imperij Romani legibus ac iugo
defecerunt? Nónne à Christo Asia? Africa
& pars Europæ? Quum vcnerit filius ho-
minis num fidem inueniet in terra? Erūt
quippe homines, & hodie tales sunt, seip-
sos amantes, cupidi, elati, proterui, paren-
tibus & maioribus non obedientes, & vt
summatim dicam: Omnis caro corrupit
viam suam, trahitq; sua quemque volup-
tas, nec legibus nec præceptis paremus,
somniaamus honores, ditiones, fastigia,
sceptra, diademata, glorias & infulas, nec
satiamur præsentibus quū clamet Paulus:
Contenti

ARGUMENT. INSIGNIVM.

Contéti estote præsentibus, quotusquisq;
est qui audacia incredibili non degenerat
ab institutis eorum qui pietatis veræque
religionis seminaria prodiderunt morta-
libus? iam si quis diligentius secum expé-
dat, quanta sit eorum impudentia quibus
sua conditio nō placet, aut qui hoc modo
administrent suas familias, aut rerū præ-
sentium statum, quasi nec Deus videat
sciātq; quicquā, nec post funera sit quid-
piam melius aut peius futurum moriēti-
bus? Consuluerim vt qui pedum gestat
manu, secum cogitet, quāta sollicitudine
sese onerauit, iuxta illud: Qui præst in
sollicitudine, sed onera tāquam pilas pal-
marias in alios inferiores vicarios rejici-
mus, qui gladium tenet in republica, cu-
ret sedulo ne vsquam offendantur iura &
leges, minister enim dei est nec absq; cau-
sa gladium portat, qui cucullatum habet
verticem, sit verè mundo mortuus, Chri-
stoq; viuat ob id enim tot locis, in tot ci-
uitatibns, municipijs, pagis, montibus &
vallibus, antiqua illa pietas struxit cęno-
bia heremosq;, vt tāto plura essent mun-
do luminaria, vt inquam hisce nouissimis
temporibus monachi & ecclesiastici tanq;

Aa iijj lamp-

PERIPETASMA

lampades aut stellæ quædam lucidissima
iter vitæ reliquo populo præstruerent, ac
velut digito ostenderent, eget enim ple-
becula ducibus præuijs & velut indicibus
quibusdam vel ut seruetur in fide vel ut
recta in fide stans ducatur per exemplaria
in patriam cœlestē, & utinam in nullum,
qui hoc ætatis supereft, quadret illud
Euangelij: Cæcus si cæco ducatū præstet,
ambo in foueam cadūt, & illud: Sicut po-
pulus ita & sacerdos, utinam non iam vi-
deamus signa in Sole & Luna, utinam
amota omni nube, purè verèq; luceat Sol,
Sol ait dominus conuertetur in tenebras,
& Luna non dabit splendorem suum, &
stellæ cadent è cœlo? Iam illius sententia
meminisse oportet nos si lumen quod in
te est, tenebrae sint, ipsæ tenebrae quantæ
erunt? Et, si sal euauerit in quo condie-
tur? id planè & iam decrepito euenit, ca-
cutit enim aut lippitudine laborat, sic
mundus conscenescens, non mirum est si
quam cæcitatem contrahat, sed qui cæcus
est aliquoties argo se oculatiorem esse pu-
rat. Vé ijs qui sapiētes sunt in oculis suis,
sunt sanè hac ætate qui quum se circum-
spectissimos existiment & linceos habere
oculos,

ARGUMENT. INSIGNIVM.

oculos, in ijs tamen quæ salutis sunt cœcūtiant ut noctuæ, noui quendam quamuis procul à nobis habitet, graui procero & obeso corpore, ut verè dicam, camelō non dissimilem, qui dignus est quem hoc se-nescens xuum pro germano filio agnoscat. Is penè iam septuagenarius quoties loquitur mirè adducto contractoque supercilio, sic sese gerit, ut videatur quāuis pulsis plurimum dum verba facit, dicas illius inesse gutturi, tamen velle sententiam iudiciumq; suum constituere supra omnes qui recte saneq; sapiunt, quæ res facit, ut arrogatiæ haud parum videatur, non domi tantum hoc est pectore recondere suo, sed omnium oculis palâ ostendere, video hominis gesticulationē quam ore, quam fronte, quam manib; præfert, quoties datur adesse, ð oculatum virum, qui oculis vel cum talpis certare queat, hunc olim vidi & puto adhuc viuere, dicat aliquis, atqui duos habet oculos mirè patentes, respondeo, tanto deterior est quod diabolica astutia simulet se non videre aut percipere quod sole vel ipso manifestius est. Siquidem familiarem quendam tanto amore amplectitur ut nec dici

nec

P E R I P E T A S M A

nec credi queat à quoquam , quem constat tamen onuslum beneficijs, prēbendis & sacerdotijs plusquam viginti tribus, quæso non videt onagrum? non videt cupiditatum seruum ? nō videt pinguem & nitidum bene curata cute Epicuri de grege porcum ? Mirabatur quidam philosophus cui vsui is esset reipublicæ inter cuius guttur & inguen nihil esset nisi vēter. O venerabilem, & illustrem virum, scilicet quem decet ornari iuxta canonem, pluribus beneficijs, & vtinā rectius saltē aliquator beneficiorum pars collocata esset in duobus aut tribus eruditioribus & pietate melioribus ac præstantioribus viris qui plus vtilitatis adferrent Ecclesiæ quam fus illa dupli grauata mete, is scilicet leguminū Epicuri hæres, ferre Hecquetium non potest, nec ego sanè ferre velim tam graue plumbū aut humeris imponi meis saccum tot onustū portionibus, vsquequo dominus tacet super contemptorē cōculcante impio iustiorem se ? nō vides senescens orbis, pantolabos lābentes in theatri medio pocula Bacchi? atqui tot viri absolute docti sunt ac pij quibus nec vlla quidem præbendula ministrat panis frustum quum

ARGUMENT. INSIGNIVM.

quum tamen ecclesiæ sint utilissimi, quoties res ipsa postulat viros qui se muros opponant pro domo Dei, eaq; nec dubito mens est pontificis ac principum, vt beneficia sacerdotiaque dentur dignioribus non vt vñus inutilis tot exugat offas, ah quot locis idem mali videas? quā late grassetatur cōmune malum? Heu mortales quā miserè degenerauimus à vestigijs patrū? Quis Augustini, Martini, Nicolai, Veldasti, Leodegarij & talium diuorū virorū sequitur vestigia? quā recte instituta sunt omnia, si his, vt decet, vteremur? Sed quod palā cōspicuū est, videre nolumus, ð lippitudinē mundi atq; adeò cæcitatem non tolerādam, in aliorū oculis festucam conuellimus & in nostris ipsi trabem nec videmus nec sentimus nec desunt, nam quis id neget? qui apud Benedictinos aut Bernardinos, aut Præmonstratenses abbates esse volūt quum nē teneāt quidē aliquoties tantillum è regula Benedicti aut Bernardi, qualis dux? qualis Theseus qui viā nō videt nec recta graditur? inuenias & tā astute stupidos, qui cucullā Benedicti non patientur sibi injici, nisi certi sint se eadē hora diplomatibus ad hoc in prōptu, pa-

P E R I P E T A S M A

tu paratis, constituendos abbates aut abbatū coadiutores, quid hic interim dum domus dominicæ zelo motus loquor, audio oblocutores & momos? quasi vnde in nulla Galliz aut Germaniz parte tales occurrit etiam multi, quanto satius fuerat monachos diu mundo mortuos & veros sui instituti cultores euehi ad hæc fastigia? quam aperte ostēdimus cupiditatem animorum nostrorum velut Danaidum dolium, esse insatiabilem? pios viros laudo & amo, Neophitos tales amare non possim, & maior est Deus quā ð christiani, quorum impietas insolentiaque iam diuos & cœlum irritant, vt irrideri aut falli possit, hæc sunt malorum & tumultuum orbis fomenta hæc sunt quę simplioribus multa dicendi præbent materiā. Hæc denique sunt, quæ tot rebelles Lutherianos totq; Caluinistas quodāmodo confirmat in hæresi, atq; vt semel finiam, tot canes dormientes excitant vt sœue latrent, atqui leges diuinę & humanz totq; sanctorum Pontificum decreta & canones clarè docent nos, vt sobrijs & simplieibus castisque ac sinceris animis Deo militemus non quærentes quæ nostra sunt, & sunt

ARGUMENT. IN SIGNIVM.

& sunt nonnulli qui orbem correctiorem habere nolunt, sed quid facias orbi senescenti? qui dormiunt nocte dormiunt, & qui ebrij sunt nocte ebrij sunt, oculos habet mundus nec videt, non vult inquam sed quæ Iesu Christi, utque pietatis verisimus cultores non aspirantes ad opes & pingues census, magnus enim est quæstus pietas cum sufficientia, sunt quoque quos non fero, qui omnia sublata esse cupiant, videre ut mederi queat tot malis quæ quotidie suboriuntur in multorum perniciem. Habeat igitur Thesei filum quo educatur è Labyrintho, audiat sanè monentibus & certè sanè monentibus, quia per charitatē ad meliora inuitamus. Porrò si quis superior se attractum putat, nā pessimis peculiare est nolle reprehendi. Certè per me attract⁹ est qui talis est prorsus, qualem describo, siquidē taxo solum inutiles & indignos his officijs & beneficijs, quibus sese onerant, nunquam enim magis op⁹ fuit viris egregijs pijs dignisq; præfulibus, pastoribus, abbatibus & canonicis, quam hac ætate qua omnia scatent hæresibus, sed surdus est orbis nec audire vult, cæcusest:nec videre quidē vult sua vitia

PERIPETIASMA

vitia manifestissima & ea ætas est quæ cō-
téptis literatioribus inflatos spiritu mūdi
aliquoties promouet ad magna , delirant
plerunque senes, ita & senescens mundus
à delirio insaniaque s̄pius haud procul
abest dum amore sui excæcatuſ sanè pieq;
monentes audire non vult , nec is seni-
bus illis apud Danielem dissimilis est, aut
Salomonii illi , cuius cor in senecta deprā-
uatum fuit, senes facile ac leui negotio of-
fendūtur, sic hodie ob vnam voculam in-
juriaz, rixas mouet , homicidiaque perpe-
trat mundus incuruatus est qui ad annos
nonaginta peruexit, ac tanquam delum-
batus incedit, sic mundus hoc quod æqui-
tatis est ac recti, s̄pijssimè nec admittit,
nec considerat, nec intelligit, nec senibus
canum est mentum canum est capillitium
ac mucor pendens è naribns , sic mundus
suam habet caniciem, habet inquam præ-
ludia quædam & indicia per quæ colligi-
mus eum etiam si Aristoteli æternus vi-
deatur accepturum finē olim suū , maxi-
mè quum id Christus Apostoliique ac di-
uini vates antea dixerint non paucis in-
scripturis, iam quum rerū cupiditas au-
ritiaq; cum ætate ipsa crescant (quod vel
tonso-

ARGUMENT. INSIGNIVM.

tonsortibus & bubulcis notissimum est) quanta hodie pecuniarum sitis est? quādo vixere plures auari aut qui ardenter in-hient ad opes nummōsque congerendos quam his annis? Erunt inquit Paulus, in nouissimis diebus, homines cupidi, auari, etc. Neq; hæc pugnant cum superioribus illis vbi quodam huius operis loco zuī nostri attollimus decora ornamentaque, nā quis tā stupidus est qui neget mūdum hunc quāquam senescentē habere tamen adhuc quædā quæ laudes ac mireris? Sed hic quærimur tot mala & incommoda secum vehere mundi sénium, non tamen imitantes priscum illum Cham qui patrem risit nudū, quum huc impellat nos virtutis amor, vitia enim id peculiare habent, vt & ei qui ea penitus respicit, non possint videri grata nec amari. Agite igitur mortales, desinite vt iumenta computrescere in stercore ac fumo, præpare animos iudici domino, mūdus trā-fit & concupiscentia eius, restat vt qui emunt sint tanquam non ementes, & qui vendunt tanquam non vendentes. Præterit inquā cito figura huius mūdi, vnum est necessarium. Nihili ò mortales vobis sint

PERIPETASMA

Sunt thesauri & scrinia ære grauia , statutum est omnibus semel mori , & post hoc iudicium præuidere decet vos quo modo stabitis ante Christi tribunal , quo gestu?qua fronte ? quo vultu respondebitis Christo? Nam nisi me fallunt procemia , breui magnam rerum mutationem videbimus , scismata quippe ac pieratis contemptus haud diu in hoc incondito barbaroq; statu durare possunt . Agite inquā , Experciscimini & crapulas edormite , nulla vobis res tanti sit vt huius occasione sinatis tum animas , tum corpora perhenni interire exitio sanguis Iesu Christi in salutem orbis fusus est , seruabitisne prædam quam tulit tartaris? Considerate quid sit , ò dictu audituque horrendum , æternas pati flamas , Leo è tribu Iuda ortus clamat , en tuba , vt ait Hieronymus , parata est , adesse festinant tempora . Dormitis mortales? ah dormitis miseri? infundite oleū in lampades , & occurrite sponsō vt simul cum eo intretis ad nuptias , sequimini quinq; virgines illas sapientes , ornate vos veste nuptiali , ne nudi , sed vestiti appareatis . Mundus senex ad futurū iudicij diem , nos quodammodo trahit & inuitat ,

ARGVMENT. IN SIGNIVM.

inuitat , varijs indicij monet oportere
nos pararos esse, diemq; ad futurum for-
sitan breui. Siquidem è senio mundi id-
ipsum deprehēdimus ac colligimus. Eu-
ge, ad esdum philosophē, tu inquam qui
nulla erga Deum motus charitate , sed
fluxz gloriolz afflatus aura Platonem
lectitas, satius fuerat te ne alphabeti qui-
dem caracteres à limine salutasse , quam
huius philosophiz occasione forsitan per
superbiam demergi in baratum , melius
quoque tibi fuisse theologe , aut tibi iu-
risperite nihil prorsus eruditionis haussi-
se è libris, quam ob id perire quod literis
ac scientijs fueris abusus , & pedum vilis
opilioris, nonne utilius fuerat tenuisse,
quam regia sceptrum manu, si per hoc te
xternum perire oporteat ? nam potentes
potenter opprimentur . Et, Cui plus da-
tum est, plus ab eo requiretur , sed tamen
vt felix est agricola qui pie in caula ad
stiuam viuit, ita felix princeps est, qui
suo magistratu rectè vtitur . Amabo quā
satius fuerat nasci ac viuere idiotā quam
abuti ingenio eruditioneque , atque hac
via deuolui in perhenne exitium ? vos
monent præsagia , itaque præparate vos

B b morta-

mortales, & ad meliora conuersi expen-
 dite quid sit aut displicere Deo aut eidem
 placere, ut stipendium peccati mors est,
 ita gratia Dei vita æterna per Iesum Chri-
 tum certè benè didicit, multumque in
 Christianorum schola promouit, ac ut se-
 me dicam, verè & absolute eruditus est
 ac doctus est is qui ex animo Deum amat
 sincereq; colit. Qui diligit, ait Ioannes in
 canonica, cognoscit Deum, neque quic-
 quam harum rerum prodest homini, si ad
 malum & ad animæ suæ perniciem hoc
 mundo hocq; tam precioso tempore abu-
 tatur. Consenescens igitur mundi ætas
 cautiores prudentiorésq; nos reddat, dies
 siquidē mali sunt & hodie diminutæ pas-
 sim sunt veritates à filijs hominum, pru-
 dentes ergo esse oportet vos charissi-
 mis, prudentes inquam, sapientes & cir-
 cunspectos insidiantur nobis voluptates,
 sapiamus quę sursum sunt, non quę super
 terram. Ignes amoresq; nostri nimij sunt,
 ardorimisq; proh dolor toti ea quę huius
 sunt sensibilis mundi. At quanto vehe-
 menter in rerum terrenarum fluxarūq;
 studia ferimur, quanto inquam arden-
 tius complectimur ea quę procul absunt

à spi-

à spiritu, tanto remotius nos protédimus
auellimusq; à Deo viuo cui vnico sum-
mos debemus amores animorūmq; no-
strorū ignes, thura ac fumos ipsos, & hoc
ipsum nōnne euidens quæso argumentū
est orbis breui perituri? Si attentius pro-
piusq; mundi ipsius fabricam consideres,
nūquid ea vetustissimi cuiusdam ædificij
imaginem faciemq; videtur præ se ferre?
En hic rerum cariem quandam videas;
ibi arcium et murorum passim corruen-
tium audis fragorē, trahuntq; sensim omni-
nia suam quandam ruinam, atque sane
veluti præceps orbis moles decidit: Quis
enim dubitat hanc quam habemus euangeli-
j legem omnium, ut dixi, legum vlti-
mam esse tanquam nimirum omniū per-
fectissimā? Præterea negare nullus queat,
quin imperium hoc Romanum sit impe-
riorum nouissimum, vetusque huius
imperiū collabentis tempore Antichri-
stum. En habe ipsius Danielis hac de re
vaticinum, idque cap. 7. hz quatuor be-
stiz magnæ quatuor regna sunt quæ con-
surgent de terra etc. Paulò post voluit ip-
se Daniel sibi exponi quid quarta bestia
significaret, ea scilicet dentes habens fer-

Bb ij fecos

P E R I P E T A S M A

reos & vngues, comminuens omnia , &
reliqua pedibus conculcans bestia quarta.
Ait tum Angelus Danieli: Regnum quar-
tum erit in terra, quod maius erit regnis
caeteris. Et paulò post addit: Iudicium se-
debit ut conteratur potentia & dispereat
vsque in finem, hinc discito , finem orbis,
regnum quartum quod Romanorum est
secuturum, id porrò quis nescit ? nam tot
diuorū virorum vaticinia apertiora sunt
quam vt hoc quisquam negare queat.

*Ergo veni tu Calliope quæ sœper cruentas
Cedes & casus hominum cantare perita es
Flete & vos tu vera Erato, tu blanda Thalia
Tempus enim est, mundi iā iā aduētāte ruina
Quo velut extremā meditātur secula mortem.*

Tanto sanctius oportet vos agere, ait il-
le Apostolus, quāto magis appropinquā-
rem cognoscitis diem, ne dies ille tāquam
fur vos comprehendat , non simus noctis
aut tenebrarum , sed vigilemus ac sobrij
simus, si inepte saltamus extremas fabule
partes, si inquam ab hoste quod absit, vi-
cti succubuerimus , paratum est exitium
si vincimus, optatissima nos manet mer-
ces, spes premij minuit pœnā , igitur vin-
camus fortiter hostes , non enim corona-
bitur

ARGUMENT. INSIGNIVM.

bitur, nisi qui legitime certauerit. Et quidquid facere potest manus nostra, vt scribit Hebræus ille rex instanter operemur, quia neque ars neque ratio est apud inferos, atq; dum viuimus, operemur bonum, veniet enim nox quando nemo poterit operari, ne simul & illud poëticum adducam. Non est spes vlla sepultis, dum exterior hic mundus siue exterior hic homo corruptitur, superest vt renouetur, restauretur, augeat & ditescat homo interior de die in diem rerum salutarium opibus. Ibunt quippe filij Dei è virtute in virtutem donec videatur eorum Deus in Sion, senescit mundus, at leuemus capita sursum, dum fructum profert sicutinea, scimus quia in proximo est èstas. Ecce, inquit Christus, appropinquat redemptio vestra, expectamus enim Christū dominum qui reformabit corpus humilitatis nostræ configuratū corpori claritatis suæ, ea ipsa nimirum potestate qua etiā omnia sibi potest subiucere, abeat terra prima, abeat cœlum, vt inquit Ioannes, nobis tamen manet unus Deus heri & nudiustertius & usq; in secula, is enim semper idem est, annique eius non deficiet,

B b iij apud

PERIPETASMA

apud quem non est transmutatio personarum neque vicissitudinis obumbratio; ego sum, inquit ipsemet Deus, qui non mutor. At quam procul absunt mundi cardines ab ista immutabili æternumque stabili natura? omnis huius caduci theatri creatura ingemiscit & parturit usque adhuc, atque in seipso mouetur haec tanta mundi moles tremitque; iam mundus haud aliter quam solent senes esse tremuli, nam terræmotus futuros prædictit euangeliū, tremit, inquam, sed quo modo? Nimirum pri sunt haud pauci, qui exacte considerato rerum omnium præsentium statu ac diuinæ scripturæ testimonij, tremunt pauentque; toti ob iudiciū quod credimus tot signa ac portenta tandem secuturū dicebat Dauid: Confige timore tuo tuo carnes meas, à iudicijs enim tuis timui, reuelabuntur tunc quippe abscondita tenebrarum, & cōfilia cordium, apertientur libri. Et: Nihil opertum quod nō reueletur, nihil occultū quod nō sciatur. *Quidquid sub terra est in apricū pferet atas.*

Neque igitur non merito debet mundus iam senex contremiscere quodammodo præsenties iudicij illius mirabilem senten-

ARGUMENT. INSIGNIVM.

sententiam. Itaque saluate animas vestras mortales, saluate vos à generatione ista pessima. Nam si pergit, vt cœpit, sic semper in peius labi, quos tandem diabolos habebit? Sunt qui nolūt senes haberí, nec agnoscunt suum senium, quanuis incommoda ætatis prouectioris sentiant, hos vt alios quoſdam pueros centum annorum vocare possemus, ne quid peius dicam, ignauos enim, insipientes & stultos senes miris coloribus, hoc est verè proprijs de pingit Marcus Tullius Cicero, in opere illo suo quod de senectute inscripsit, nec dissimile huic mundo accidit, qui si prius consideraret hoc ætatis quo iam post tot seculorum tractus & curricula dœnit, circunspectius se vt reor gereret & minus admitteret insolētiæ, num sat erat quod Christus apertè prædixit? Prædicabitur euāgelium hoc in vniuerso orbe, & tunc erit consummatio? quid certius haec voce dominica? iam toties clamas, toties canit ecclesia vt illum huius ætatis moeat, & senium iam adesse ostendat, hymnis, canticis, concionibus, precibus & quibus modis non? Sed altius dormie quam vt velit intelligere vt bene agat, quot

B b iiiij. annis

P E R I P E T A S M A

annis antea Noë ille iustitiae prece auspicatus est archam illam suam lignis compонere priusquam diluvium orbem mergeret? Sicut, ait dominus, fuit in diebus Noë, ita erit & aduentus filij hominis, erant homines edentes & bibentes, & non cognoverunt donec venit diluvium, & tulit omnes exceptis nimirum animabus octo numero, stat Christi sententia, quorsum pluribus verbis opus? Si-
cut fuit in diebus Noë, ita erit & aduētus filij hominis. Ante quot dies annosq; vo-
cauit Ecclesia hanç etatem etatem ultimam? extremam? vesperam? horam no-
uissimam? tempus breue? vitam homi-
num momentaneam? fluxam? caducam?
ymbram?fumum? Canit palam de Chri-
sto nato: Vergente mundi vespere, uti
sponsus è thalamo, egressus honestissi-
ma virginis matris clausula. Cuius forti
potentiae, genu curuatur omnia, cælestia,
terrestria, nutu fatentur subdita. Audis:
Vergente mudi vespere. Rursus: Qui na-
tus orbi subuenis cursu declui tempo-
ris, huius generis multa passim recinit &
inculcat ecclesiasticorum chorus, & in-
terea

ARGUMENT. INSIGNIVM.

terea mundus ut frenesi haud scio qua
laborans , suauiter sibi ad blanditur ,
promittens suis somniānsque annos ad-
huc plurimos , nec senium agnoscere
vult , ò dementiam qua nulla periculoi-
sior aut perniciosa , ò iudicium quam
es præposterum , id enim malorum fo-
mentum ministrat , & quia cito con-
tra scelestos non profertur sententia ,
corda filiorum hominum , ait Sapiens:
implentur malitia . Quid igitur su-
perest? aut quid factō opus fuerit , quum
iam mundi senium diēsque extremos
ac caniciem quandam videamus? Äquum
fanè iudico , ut quidquid vsquam cœli
ambitu terraque continetur , conuerta-
tur ad gratiarum actionem , atque suum
veluti venerans artificem Deum , lau-
det ut potest , eum ex quo omnia , per
quem omnia & in quo omnia , potissim-
um h̄umanum genus nostrum pluri-
mum sanè huic diuinæ bonitati debet , à
qua ceu fonte quodam bonorum , tot
suscepit beneficia. Igitur clament omnes ,
gratias tibi summe pater humiles proniq;
referimus qui naturam hanc , hoc inquam
genus nostrum ab orbis initio fictum
forma-

PERIPETASMA

formatumque in hanc usque extremam
orbis metam summa pietate dignatus es
fouere ac seruare , in manu quippe tua
sunt omnes terræ fines, quod tot tuis alijs
creaturis nos præesse volueris , quod pe-
ctora mentesque dederis huic generi no-
stro quibus te agnosceret regeretque tot
tamq; varia animantia in usus vitæ homi-
nū necessarios, quod filij tui domini no-
stri Iesu Christi precioso cruce , admira-
bili fuso charitate, nos è fauibus Orci cri-
pueris, quod sedes æthereas nobis deniq;
apparaueris in aula illa cœlesti , est ò cle-
mens domine, quod nunquam intermo-
rituras, sed æternas immortalésq; tuę huic
tantæ pietati agamus gratias , absque te
fuissimus nunquam , quid enim melius
quam esse? esse inquam tibi & viuere tibi?
Omnia enim propter temetipsum opera-
tus es, quis similis tibi in diis domine? quā
admirabile nomen illud tuum glorioſiſ-
simum est in vniuersa terra? Frustra fuit,
haud dubiè frustra dixit qui te nec nouit,
nec coluit, nec tibi adhæſit , ò æternam
pacem quietemque animorum . Quum
tradideris ò Christe regnum Deo patri,
tunc erit Deus omnia in omnibus, pro-
misisti

ARGUMENT. INSIGNIVM.

misisti sic, inambulabo inter eos, & ero
dominus illorum in perpetuum. Proinde
doce interim hunc senescētem mundum,
hunc inquā senem Simeonē, pietatē, mo-
destiā, sobrietatē, castitatē, pœnitentiā, vt
te redeuntē ad iudicium, sic tanquam am-
babus porrectis vlnis te suscipiat, quem
admodum séniculus ille olim puerum Ie-
sum brachijs complectens dixit: Nunc di-
mittis seruum tuum domine, secundum
verbum tuum in pace. Quis enim ð mor-
tales ferat, eum annos triginta versatus
est in gimnasijs eruditorum si nihil quic-
quam didicerit crassiorq; sit asinis & sui-
bus? sic quis ferat si mundus, quem ab ip-
so primo exordio in hunc vsque diem tot
docuere patres, tot diuini vates, tot phi-
losophi, tot apostoli, tot doctores, tot pa-
stores, velut ignarus Dei & legum perdi-
tissimè se gerat dehonesterque venerabi-
lem alioqui ætatē suam ijs operibus quæ
etiam in iuuene merito possint taxari, re-
prehendiique? Est igitur dominus toties
frustra locutus? id ergo curent mortales,
vt fœliciter saltem rerum exitum finēq;
coronent, atq; ea religione, fide, pietate,
modestiaque compoñatur mundus, vt
honoris

PERIPETASMA

honoris gloriæque ob bonorum operum
messem plurimum referat, seq; (id nimis
rum postulante hac vltima æstate) circun-
spectius sanctiūsq; regat quā olim vnquā,
sint alijs nuces , excutiatur stultitia alli-
gata collo pueri, ne quis illud audiat, bis
pueri senes, fluctuant paruuli , moti scili-
cet omni vento doctrinæ ad circumuen-
tionem erroris, at nos qui in verba vnius
Dei iurauimus , Christoqué domino ini-
tiati inauthoratiique sumus , quæ futura
sunt diligenter præuideamus, ut cum hu-
ijs orbis theatrum mutauerit moueritq;
is qui rerum omnium author est, ipsi per-
henni fœlicitate stabiles morte omni sup-
pressa, extinctoq; graui senio ac breuiter
victis hostibus qui in nos sœuierunt om-
nibus, vni Deo domino omnium fœlicif-
sime coniuncti, summis illis bonorū the-
sauris æternum suauiter fruamur.

*Viuite mortales, perit orbis & efflit atas
Rebus in extremo tempore finis erit.
Vnica durabit virtus, quæ sola perhenui
Olim ditabit pectora sancta bona.*

Habita-

Habitatio commoda.

T si velut cōmūnē quandam mortalib^o domū, hūc amplissimū eūdēq; pulcherimū orbē, Deus optimus maximus mira arte cōdiderit, iuxta illud Psalmographi: Terram dedit filijs hominū, tamē nullus ex ijs qui sub Sole vivunt arbitror, sane iudicauerit, alias regiones, alijs nō esse suis incolis & inhabitatoribus, tū meliores, tū salubriores, atque adeo etiā suauiores. Siquidem hic segetes illuc crescunt fœlicius vuę, quanq; interim suū cūiq; sit pulchrū, certè bene habitare, quædā huius vitæ fœlicitas est. Videas rusticos, q; nō possint adduci, vt lubéter morētur in vrbibus, rursus ijs q; hominū turbis, fumosis in oppidis, premi solēt, omne rus insuaue est, quod à Flacco aliquoties beatū prædicatur, meli^r nil rure beato, vt nō mirer, vel ipsos principes ac summos monarchas, malle aliquoties ruri humiles habitare casas et figere ceruos, quā semper in aulis, & regijs delitescere. Ad hæc q; insulas aut marinos port^o diu incoluere, raro aut inuiti migrat in eas regiones, in q; bus min^r reperias paludū, fluviorū, lacuū ac stag-

ac stagnorum. Qui apud Italos aut Ibetos
nati sunt & educati, frigidioris naturæ &
temperamenti climata non ferunt. Is rur-
sus qui Gallico vino assueuere, cereuisia
potus est planè barbarus. Quæ omnia,
quum verò veriora sint, negari nō potest,
quin sint sub cœlo prouinciarum quædam, in
quibus fœlicius mortales agant quam in
alijs terris & climatibus, atque duo quæ-
dam esse puto, etiam si innumeræ adduci
possint causæ, quæ ipsos habitatores fœli-
ciores reddant. Primo laco, cœlum ipsum
si salubrius sit, deinde gentis, cū qua mix-
ti sunt, morum gratia, fides, humanitas,
candor & aliz quædam id genus germa-
næ virtutes his non dissimiles, quæ viden-
tur conducere ad fœlicem ipsam cohabita-
tionem, quæ si procul absint, absunt haud
dubiè omnes omnium regionum deliciarum,
etiam si (quod fieri nequit) quicquid usquā
pede calces, quod Midæ accidit, aurum sit
& quicquid manu attingas lapillus, aut
smaragdus, aut topazius, aut aliquid his
etiam preciosius. Neque is absurdi fue-
rit iudicij qui conuenientem atque opti-
mam habitationem ab incolarum multi-
tudine sive ab ipsa populositate iudica-
uerit.

ARGUMENT. INSIGNIVM.

uerit. Sunt enim regiones quæ ob frigidorem aerem aut æstu feruentiorem rarus habent inhabitatores, clima aeris clementioris non absque causa populosius est. Porrò terra cui vicini montes solis Orientis aut saltem Meridiani faciem radiosque prohibent & inuident, insalubrior est, hinc, ut alias rationes taceam facili negotio colligas, quod in vrbe, quum quasi perpetuò dira pestis in populoſa quadā platea ſauiret, quæ ſi quando forte intermitteret ſeſe, mox tamen renascebat. Tandem medicorum philosophorūq; ea ſententia fuit, ibi pestis illius familiaris fomentum eſſe hoc vnum, quod videlicet omnium illarum domuum fenestræ ipſæ prospectuum in orientem ſiue in ſolem antemeridianum minimè haberent, atq; id verum fuiffe experimento didicerunt ciues, quanquam ea climata, quæ natura voluit nobis eſſe optima, non raro corruptum pamus varijs modis. Suntq; haud dubiè ſibi ipſis mortales præcipua omnium malorum cauſa, dum vel arte non iuuant naturæ initia, vel dum id nō ſeruat quod natura vltro dedit. Sunt prouincię quoq; quæ ſuis lacubus & stagnis incolumente corpor-

PERIPETASMA

corporum lœdūt, atq; ex quæ iuxta magnum flumen sitè altis rupibus cinguntur, quod, vt in Sabaudia & Auernia, vbi ex altis per agros sparguntur montibus vmbraz, ita & inter Namurcum & Leodium facilè videas : Nā ex huiusmodi vallibus, cauis, auernis & baratris perpetui humores ac pestilentissimi vapores fumiq; quidam mane, vt videre est, emanant, hōsq; imbibentes ieuni stomachi facile morbos recipiunt. Nam noco enim nihil salubrius aut fœlicius, nisi mōs quidam vicinus ipsa ciuitate altior, aërem corrumperet & humidiorē redderet. Reperias climata quædam, in quæ rarius pluuiam effundūt nubes, atque quod hac occasione infœcundiora sint, raros habent incolas, quis Nilum in Ægypto accoleret, nisi circumiacetem agrum, sæpius rigaret effuso, exundantique flumine. Præterea multis nullius incommodi loco est, vbi infrequenter sunt syliq; ac nemora. Sunt qui non admodum libenter eo in loco nidulantur vbi perdix pluris quam bos veditur, aut vbi magno emuntur amici, aut vbi gens est, quæ amicis, vt equis vtitur, eos nimis rum assiduis officijs ac laboribus gratuás,

Neque

ARGUMENT. INSIGNIVM.

Neque etiam ea regio grata aut cōmoda
esse queat, vbi homines pluris aliquoties,
non sūnt quam pecudes, aut vbi morum
nulla gratia ciuitásque, aut vbi raucus
est causidicus, nisi fasianos, cappones pin-
gues, anseres aut boni pōderis pecuniam
videat, aut in qua silet dormitque ius,
aut vbi plurimi viuunt qui malūt quinq;
nummulos quam decem amicos. Sed om-
niūm pessimū existimauero, si in ea quoq;
nec sapientia, nec eruditio vlo in precio
habeantur, & mea quidem sentētia satius
suauiusque fuerit ea in prouincia hospi-
tium sedemq; collocare, etiam si externa
peregrinaq; nobis sit, in qua floret pietas
simul cum literis & artibus, quam vel in
patria nataliūque solo, vbi nihil sit virtus
& scientia sordet, velut ordo charitatis
suadet ut externūm piè viuentem potius
amemus quam cognatū aut nepotē im-
piūm ac sceleratum, hanc obcausam pro-
bo id quòd Anacharsis Scyta in patriam
requersus dixit, cum ad Græcorum insti-
tuta, Scytarū leges nouaret, is in venatu
à fratre sagitta percussus, moriens clama-
uit, se ob eruditionem à Græcis incolu-
mem dimissum, per inuidiam in patria

Cc perire,

PERIPETASMA

perire, Græca iucundius sonant.

Διατορυλογόμ, θλιάτορυ φοσνωρ.

Licuissest quidem si libuissest fusius hoc argumentum pertractare atque multorum climatum, angulorumque ac finium Naturam, simul & situm describere, sed ipsis Cosmographis hæc relinquimus, si tamen hic paucis quædam de nonnullis provincijs attulerimus. Porro ut videre est orbis totus quantus est, per admirabilem quandam hominum diligentiam in doctrinamque in varias ditiones ac regiones secessus distributusq; est, atque hinc factum creditur, ut tot tamq; diuersas partium nomenclaturas audiamus. Alij siquidem dicti sunt Persæ, alijs Arabes, alijs Scythæ & Indi, alijs Parthæ, alijs Assyrii, alijs Medi, alijs Getæ, alijs Daci, alijs Thraces, alijs Sarmatæ, sunt Pannones, sunt Germani, sunt Itali, sunt Galli, sunt Iberi, Cantabri, Hiberni, Britanni, Pœni, Æthiopes, Tartari, alijsq; plurimi, atque sunt populis ipsis sua quædam peculiaria, siue virtutum, siue vitiorum genera, neque interim tamen magni refert si de Batavis vulgo dicatur, auris Batava, aut de Brabantianis, Brabantinus quanto senior tanto stultior,

ARGUMENT: INSIGNIVM.

stultior, aut si Galli stuporis aut Noorsmanni leuitatis nomine male audiāt; aut si mendax plebs Britones vocet fures aut furaces, Flandros ebriosulos, Germanos graues, Italos suspicaces, Anglos instabiles, Scotos crassos aut rudes. Quis enim vnquam sibi persuasit ijs semper fidē adhibendam esse, quā à vulgo solent in biuijs & triuijs tōstrinis & pistrinis decantari quum plerudque sint falsissima? vulgaris est iniquus rerum iudex. Porro nemo quod arbitror, lubenter velit apud Tyberenos midū habere aut tota vita conquiescere aut cōsidere, qui absurdissima viuēdi ratione delectatur, nā apud hos vt aiunt maritos solet toto puerperij mente, loco uxoris decubere, quum ea prolem enixa est, quod apud alias gentes non licet, nisi ipsi matribus puerperis, habent &c alia vicia peculiaria non pauca, & quis cum Persis ipfis olim viuere voluisse, qui vel matres suas vt testes historiz nephandis sunt nuptijs cognoscēbat? aut cū Scythis humanaarum carnium voratoribus, aut cum Carthaginensibus, qui filios jugulatos dæmonibus sacrificabant, aut cum Maffetis & Derbetibus, qui suos affines

Cc ij iam

PERIPETASMA

nam fenes immolabant , aut cum ipsis Baetris , qui vel canibus miseris seniculos obijciebant? aut cum Hircanis Caspiisq; , qui auibus humana corpuscula dabant, hi mortua, illi viua? Sed adhuc paucis de ipsa situ agendum . Vehementer probaueto; si qui in ipsa Italia sedē figere cupiant: habet enim insigne illud Europæ brachium, quod sese in longum , per pelagi sinus protendit porrigitque , & oppida longe celeberrima & aërem temperatissimum, clementissimumq; finibus Italicis legitas bis messis in anno. Adde quod & peculiares suas merces populis omnibus veiles, vina præstatiſſima proferat, atqué ingenia ad omnem humanitatem accommoda. Quid multa? qui vnquam fuere ab eo tempore quo hic orbis coditus est , qui magna ſœlicitatis loco non duxerint Italorū inuisisse lustrasseq; oras, aut si id non contigit, saltem à veris narratoribus qualis pulchrit̄ Italiz situs statuſque fit, accopſiſſe? Quid quod teste lōgè glorioſiſimo martyre Marcello, vt tradūt eruditorum scripta, diuus Petrus ſedē ſibi Romz, que non modo Italiz mundi olim domitricis, ſed & ſotius etiam orbis princeps ciuitas eſt, idq;

ARGUMENT. IN SIGNUM.

est, idq; (vt creditur) ipso Spiritu sancto
reuelate elegit? Parthenope pars est longe
celeberrima, viris illustribus & mercato-
ribus abundas, iuuat plurimos etiam ex-
ternos & peregrinos eo loco viuere: Me-
diolanum quoque locus est sua amoeni-
tate non caers, atq; hic mallé quā, Ven-
tijs hærere, quanquam vrbs Roma mun-
di caput, vbi tot prætores, tribuni, Quiri-
tes, Senatores, summi Pontifices, consu-
les, honorificas occuparūt, presseruntque
sedes, principatum quendam ac palmam
tenere videatur inter eas vrbes, quæ rerū
varietate suos delectat iuuantq;, hæc alias
inter eas vrbes, quæ rerum varietate suos
delectant iuuantque, hæc alias inter tan-
tum caput extulit vrbes, quantum lenta
solent inter viburna cupressi. Mantua ac
Florentia suos poëtas miris delicijs, hoc
est, fluuijs & nemoribus oblectant. Præ-
terea qui aut Hetruriam, aut Lyguriam,
aut Campaniam, aut Lucaniam, aut Ca-
labriam, aut denique Apuleiam incolue-
re, libenter hisce in oris suauiter se vixisse
testantur, nec ulli horum locorum natu-
rā accusant, si quid tristius aut molestius
eis forte aliquoties acciderit, sed potius id

Cc iij quicquid

PERIPETASMA

quicquid est, vel bellis ipsis crebrius sa-
uientibus ac furētibus, vel nonnullis pris-
cis rerum tumultibus imputant et adscri-
bunt. Ad hęc in Germania moram tra-
here olim & iucundum fuit & utile, ho-
die quoq; si quid hoc ad commodam ha-
bitationem conducat adhuc usqueadē
populosum Germanorum solum est, vt
vix reperienda sit villa sub cælo regio po-
pulosior. Audiui Germanos potissimum
eam ob causam fere iactitantes & glorian-
tes quod ibi pauciores grassentur fures,
etiam si Sapani non defint execrabile
genus, nec sanè omnino frigida est ratio
cur apud hanc gentem crescat rerum co-
pia, his germanis peculiare est suis laribus
delectari, qui si quando vel arma ad exte-
ros fines procurrant vel usquam profi-
ciscātur animi aut libertatis causa, aut (vt
fit) aliquoties rerum cupiditate capti, re-
duces tamen eos tandem patriz amor fa-
cit, quod argumentum est multo eviden-
tissimum, eos suam Germaniam pluris
facere quam reliquarum gentium fines
morēsque, fertilis est Saxonia, Franconia
quoq;, VVestphalia nō usqueadē, VVest-
phalo natura inculta crassisque peculiare
est miram

ARGUMENT. INSIGNIVM.

est mirā apud exterōs, tū humilitates, tum modestiam ostendere, atque hac via se se non raro ad magna promouet. Sua- uia agris & nemoribus arridet neq; deq;st Bauariā, quo suos mirificē delectet, & p̄ dij boni, quam suauē est Coloniā viuere, quam magnifica? quam celebris? quā po- pulosa ciuitas est? quam humanos haber ciues? quis Historicus Coloniā Agrippinā nō celebrauit scriptis, in ea siquidem flo- rentissima orbique toti celeberrima, cū Academia, viris affluens summis & eruditissimis, neque enim vlla alia sub Sole Academia est, cui debeat cedere. Hic olim Thomas ille Aquinas diu docuit, cuius p̄dagogium adhuc hodie florētissimum est atque eius doctoris sedes ostenditur apud Dominicanos, in hac tanta schola se quoque tota vita docendo exercuit. Al- bertus Magn⁹, etq; etiā Scopus ipse, cuius sepulchrum est apud suos Franciscanos, Hic Groperus, hic Arnoldus Vesalius, hic Bilicus floruerunt alijq; plurimi, orbis ob insignem eruditionem, admirabiles viri, quam hic frequens est collegiū trium cor- ronarū, vbi discipuli penē inaumeri moribus ac literis nauat operam, vt alia plu-

C c iiii rima

PERIPETASMA

rima p^{ed}agogia scolásque prætermittam?
Nam collegium Montanū & ipsum Lau-
rentianum aliáque multa tam ob docti-
ssimos præceptores quā ob discipulorum
multitudinem turbámq; quis non sum-
mis laudibus extollat prædicetq; Hæc sa-
nè academia semper mirè floruit & vbiq;
locorum celeberrima semper habita est,
non aliter nec minus quam illa Parisien-
sis, nam in hunc vsque diem quamuis an-
tiquissima sit, semper summos, acutissi-
mos, absolutissimósque orbi protulit ac
hodie pfert Theologos, Iurisperitos eru-
ditissimos & celeberrimos aliósque omni
artium scientiarum & linguarum genere
clarissimos viros, hanc Academiam, quæ
mea mater est, est quod venerer amemq;
hæc quippe responsiones meas publicas
audiuit, hæc me ad licentiaz gradum &
postea ad lauream & ad magisteriale do-
ctoratus fastigium maxima solemnitate
honoreq; prouexit. Huius encomium sic
scripsi: neque enim est cur pauculos ver-
sus negem gloriæ splendorique tantæ ci-
vitatis. Eia die Apollo, concinete sorores,
nostraque nunc dulci resonent modula-
mine plectra, de hac nec immerito illud
canti-

ARGUMENT. INSIGNIVM.

canticorum adduci potest: Pulchra vt
Luna, quum enim Lunæ bicornis figu-
ram referat, ita orbem totum suo splen-
dore hoc potissimum hæresium tempore
illuminat, non aliter quam Luna noctem
solet, discussis tenebris.

*Proxima spumifero sita magna Colonia Rbe-
no est*

Vrbs, qua nil totus clarius orbis habet.

*Hæc trahit antiquo celeberrima nomine ab aeno
Condita Romanis sumptibus, ære, manu.*

Scilicet elatos struxit gens extera muros,

Sed crevit maior quam fuit ante locus.

*Attingit duplici Rbeni vaga flumina cornu,
Portus vicinas mercibus implet aquas.*

*Antiquos seruat temnæ noua dogmata, ritus
Et manet in domini religione sui.*

*Roma quod Italæ est, hoc sæcta Colonia Bel-
Vtraque dat populo nomina clara suo.*

*Nunquæ Roma fidè neq; sacra Colonia liquit,
Est utriusque hodie quæ fuit ante fides.*

Vt rosa prælongis non laeditur obfita spinis

Pulchra, sed intacto semper honore nitet.

Sic manet in uitis illæsa Colonia monstros,

Sernat & antiquum non violata decus.

*Hæc sacra Germanis Academia floret in oris
Gymnasium summa nobilitatis habet.*

Hic

PERIPETASMA

simā pēdagogia scolāsque pr̄termittam?
Nam collegium Montanū & ipsum Lau-
rentianum aliāque multa tam ob doctis-
simos pr̄ceptores quā ob discipulorum
multitudinem turbāmq; quis non sum-
mis laudibus extollat pr̄dicētq;? Hæc sa-
nè academia semper mirè floruit & vbiq;
locorum celeberrima semper habita est,
non aliter nec minus quam illa Parisien-
sis, nam in hunc vsque diem quamuis an-
tiquissima sit, semper summos , acutissi-
mos, absolutissimosque orbi protulit ac
hodie pfert Theologos, Iurisperitos eru-
ditissimos & celeberrimos aliósque omni
artium scientiarum & linguarum genere
clarissimos viros , hanc Academiam, quæ
mea mater est, est quod venerem amemq;
hæc quippe responsiones meas publicas
audiuit , hæc me ad licentiæ gradum &
postea ad lauream & ad magisteriale do-
ctoratus fastigium maxima solemnitate
honoreq; prouexit. Huius encomium sic
scripsi: neque enim est cur pauculos ver-
sus negem gloriz splendorique tantæ ci-
vitatis. Eia die Apollo, concinite sorores,
nostrāque nunc dulci resonent modula-
mine plectra , de hac nec immerito illud
canti-

ARGUMENT. IN SIGNIVM.

canticorum adduci potest : Pulchra ut
Luna, quum enim Lunæ bicornis figu-
ram referat , ita orbem totum suo splen-
dore hoc potissimum hæresium tempore
illuminat, non aliter quam Luna noctem
solet, discussis tenebris.

*Proxima spumifero sita magna Colonia Rbe-
no est*

Vrbs, qua nil totus clarius orbis habet.

*Hæc trahit antiquo celeberrima nomè ab aeneo
Condita Romanis sumptibus, ære, manu.*

Scilicet elatos struxit gens extera muros,

Sed creuit maior quam fuit ante locus.

*Attingit duplici Rheni vaga flumina cornu,
Portus vicinas mercibus implet aquas.*

*Antiquos seruat temnè noua dogmata, ritus
Et manet in domini religione sui.*

Roma quod Italæ est, hoc sancta Colonia Bel-

Vtraque dat populo nomina clara suo.

*Nunquā Roma fidē neq; sacra Colonia liquit,
Est utriusque hodie quæ fuit ante fides.*

*Vt rosa prælongis non laeditur obsita spinis
Pulchra, sed intacto semper honore nitet.*

*Sic manet in uitis illæsa Colonia monstrosa,
Seruat & antiquum non violata decus.*

*Hæc sacra Germanis Academia floret in oris
Gymnasium summa nobilitatis habet.*

Hic

P E R I P E T A S M A

*Hic sunt Hebreæ, Græce, Latineq; sorores,
Hic sunt Pierides, cœlica turba, deæ,
Hic p̄claræ artes diuinaq; dogmata, Quæd nō?
Hic refidet Musis clarus Apollo suls.*

At quū per paucos attigerim quos hæc amplissima academia orbi christiano ceu splendissima ornamēta peperit, lubet ad catalogum & plurimos alios huius fœcundæ matris fœtus etiam si furere pergent in uidi, ad ijcere. Cochleus in opere quodam suo gloriatur se academiz huius alumnū fuisse. Nicasius Voerdanus quæ Tritemius illius ætatis anno à virginæ partu 1491. rarum quoddam miraculum vocat in codice cuius inscriptio est de scriptroribus Ecclesiasticis, Louanij antea theologiz Licentiatus creatus Coloniam se cōfert, vbi magno omnium doctorum consensu & studiosorum applausu iuris canonici doctoralē adeptus gradū haud paucorum voluminum interpres cōpluſcula quoque euulgauit opera, in sententias lib. 4. conciones item varias & frugis multiplicis, quæſtiones plurimas & ad ipsum abbatem Tritemium scripta misit, & quibus facile didicit, quantæ eruditio nis vir esset. Hermolaus quoque Barbarus in hac

ARGUMENT. IN SIGNIVM.

hac academia nō infrequēs hospes Theodoricum Flassium Nussiēsem familiarissimum habuit ibi Mecœnatem, cuius vi-ctus precibus librum eo in loco conscripsit, qui quam conueniens sit medicinae astronomia, clarè docet. Præterea & is euulgauit de conscribendæ historiæ præceptis aliaque non contemnenda. Addo quod & Tilmannus quātus Colonizæ fuerit quōtque doctissime scriptis operibus animi ingeniīq; sui opes orbi declarauerit, norūt omnes docti: Rupertus ille Tuitiensis toties de republica christiana optimè meritus, quantum ornamenti attulit Colonienſibus? hic vt ætate ita eruditio- ne omnes illos supra nominatos excellit, neque interim omittere libet Dionysium Carthusianum tot scriptorum authorem & religiosissimum bibliorum enucleato- rem qui huius scholæ alumnus orbé vni- uersum ob verè admirandas scientiæ artiūmque quas callunt, thesauros, orbem in admirationem traxit, quis porrò cata- logum omnium operum eius hic recen- seat? Ad hæc quis Gerardū Zutphanien- sem summis encomijs non efferat? quem constat tot codices è sua Africa, hoc est, è suo

suo pectori: diligentia sua eruditio neque
in lucem misisse: de ascensione spirituali li-
brum vnum, de interiori reformatione,
item vnum, sermonum quoq; thesauros
multiplices etc. Huc adducam & Henri-
cum Andernarensem qui Coloniz erudi-
tè docuit emisitque libros in sententias
quatuor, sermones de tempore ac sanctis
utilissimos, quæstiones philosophicas, &
quid non potuit literis & scientia vir tan-
tus? & inter literatissimos quis nō quoq;
reponat Henricum illum Gorricensem,
qui acutissimè disputans omnes sui tem-
poris scholasticos multis spacijs post se re-
linquebat? Is librum edidit de superstitio-
nibus, contra Hussitas quoq; lib. 1. de fe-
storum celebratione lib. 1. conclusiones
sententiarum lib. 4. diui Thomæ summa-
rium, conciones etiam nec paucas nec in-
frugiferas, ut taceam quanti sint hic habi-
ti Héricus Herphiésis & Henricus Vuer-
lienensis scriptores ingeniosissimi, occurrit
interim & magnus ille Theologus Ioan-
nes Tinctorius qui hoc in loco toties, tot
annis tamq; frequeti auditorio, sacras li-
teras professus est, is multa scripta emisit,
de dissensione Thomæ & Scoti, quæstio-
nes sen-

ARGUMENT. INSIGNIVM.

nes sententiarum lib. 1. varias collationes aliaq; Iuuat & hic mentionem facere summi cuiusdam , iurisperiti cui nomen fuit Haringus Sifridius qui in numeros composuit libros dū Coloniae legit dictatque publicè in titulos ff. veteris, super titulos, ff. infortiati, super titulos, ff. noui, in vsus feudorum, de pace constantiæ, super titulos institutionū, super titulos decre-talium. Prolixum fuērit alios tot numero dinumerare, quis nō nouit Ioannē Lanspergium ? Arnoldum Haldrenium Ioannem Thaulerum? Petrum Blomeuensem Conradum Cellinum dominicanum aliaq; orbis totius ornamenta ? Quis vt id finiam recenseat tot egregios Colonensis Academiz lapillos? atqui si quis volet, his multo plures reperiāt apud D. Ioannem Tritemium, idque in opere de scriptoribus illustrioribus , sanè id à me narratum est , vt ipsis studiosis addam calcar , & ad eas florentes academias inuitem vbi optimæ literæ traduntur atque vt clarè cōtra huius ætatis hæreticos ostendam quam sanctos, pios doctosque viros aluerit olim hodiéq; alat gymnasium illud Coloniense, cui quantum debeat or-bis

bis Christianus obseruatam catholicę fidem religionem norunt omnes pīj docti q̄; inuidulos quibus eruditionis loco inest supercilium, nihil moramur, pallescāt illi suo morbo & sanguinem exugant donec seipso delirio amentiāque confiant.

*O decus, o magni vnicæ stellæ Coloniae mundi,
Tu fons, tu Sophiæ mater amica sacra.*

Huius ciuitatis Academizque florentissimæ encomion pluribus alijs versibus sum cōplexus vbi ex ordine, singulatim describo id quod ad earum splendorem videtur pertinere. Titulus opusculi illius est, Nobilissimæ ac florentissimæ ciuitatis Coloniensis encomion. Scio non deesse canes, qui huic tantæ Academiæ inuidear, sed præclaris rebus raro videmus suas deesse pestes et velut insaniente Ægyptio crescebat Israel, ita inuitis hostibus inuitata perpetuo florebit. Audi quæsto lector, in hac Colonensi Academia nullus in Theologica facultate ad licentiaz gradum promouetur, nisi accepto iam post diu turnū studij ipso baccalaureatus gradu, rursus sex publicis in scholis responsiones, quarum unaquæq; ab hora antemeridiana septima, ad undecimam usque perdu-

ARGUMENT. INSIGNIVM.

perdurat, idque circumstantibus Theologis ipsis doctoribus, quā plurimis Licentiatis Baccalaureisque fœliciter peregerit, & sententiarum libros publicè docuerit, atque aliquoties lātinās multitudini protrulerit orationes annōsque tres formatus Baccalaureus existens, assiduis exercitijs disputationibꝫque & argumentis in ipsa schola transegerit. Quid plura? Admittuntur nunquam nisi qui rigore maximo fuerint examinati, ex hac vnicè celeberrima Colonienſi Academia Gymnasium Louaniense factum institutumq; fuit, vt summatim dicam, Germanorum lumen est Colonia, & vt sacra quædam diuorum techa, quum tantum sanctarum reliquiarum contineat, ita egregium fidei Catholice propugnaculum. Sed quātula est hæc eius ciuitatis inclitæ florentissimæq; academiz laudum portio. Porro qui vidit probauitq; huius Academiz ordinem statūmque eam non potest vsque ad sydera non extollere. Multi vt vterius pergam neque abs re, neque iactantiz causa id dicum quisquam à me putet, ad Belgas nostras sese conferunt, siquidem hic Germani, Hispani, Itali, Galli, Poloni, Vngari, ne dicam

dicam Græci libenter viuunt, Quum his multis viris cum dignitate otium contigerit, hic quippe quod primū pro fœlici habitatione requirimus, incredibilis quedam & non dicenda gentis ipsius Belgicæ humanitas, Brabantia, Geldria, Flandria, Archesia, Hannonia, Batavia Belgarum partes nobilissimæ peculiaribus oblectamentis, miris delicijs & breuiter rerum omnium copia suos incolas fouent, & ve- lut natiuis quibusdam illecebris captos, perpetuo ibi fixos detinent. Quis narrat quanto nitore ac mundicie, deinde quāta pratorū suavitate omnibus sit grata Batavia? Geldria ipsa lacubus insignis & laeticij pinguissima est, Mosam fluuium multi accolunt, Leodij qui habitant perpetuò Leodienses esse volunt, nam illinc emigrant nunquam aut raro. Qui semel eius regionis mel vel supremis labris degustauerint. Hæc gens gloriatur se pane meliori salubrioréque vesci quam sit panis è frumento cōfectus, atque focum ardentiorem sese habere quam sit is qui à ligno struitur, spelta quippe panem reddit optimum, & carbones ibi nati focum ardentissimum. Quamobrem ferunt seniculum

ARGUMENT. INSIGNIVM.

niculū quendā virum ne hic illud omit-
tam, qui quum penè per totius mundi fi-
nes discurisset vagus & multorum pro-
basset mores, studia variaq; inter morta-
les viuendi genera perspexisset, palam nō
ferhel dixisse se nusquā locorum sub cœlo
malle habitare, quā in illa prouincia Leo-
diensi addens ratiunculas & varias & suo
iudicio benè solidas, quanquam non om-
nibus omnia conueniant aut suauia sint,
nec tamen interim apud quenquam tanti
eporteat eius esse sententiam, vt credat
omnium terrarum delicias opésque per
vnum Leodium superari, fortè bonus ille
veteranus miles (nomen erat Ioannes
Mandeuillius Leodij apud Guilielmitas
sepultus, quem aiunt səpius dixisse supra
Mosz pontem saluberrimam spirare au-
ram, quia eo in loco confidentes aliquo-
ties inuitentur ad conuiuum & pocula)
longo itinere fatigatus id asserebat, idem
haud dubiè dicturus si tunc in aliquem
Græciæ angulum deuenisset: nam dulcis
fesso quies etiam in gramine. Vlysses va-
gus valde diu varias prouincias lustrauit,
sed arbitror illi eam omnino suauē fuisse
sedem, quo tandem diuturnæ nauigationis

Dd molestia

P E R I P E T A S M A

molestia fessus pertigit. Nam ut famelico
vel fabæ sapiunt, ita & quævis terra pere-
grino potissimū fatigato dulcissima est,
si modo in ea detur liberè conquiescendi
facultas & patriæ à tergo relictæ nullum
discruciet desideriū, vt illud verissimum
sit: Omne solum fortis patria est vt pisci-
bus æquor. Apud Leodios istos videoas
pauperes gregatim concurrere, maximè
quum duriori bruina premuntur. Nam
quum ea regio suos quosdā nativos car-
bones copiofissimè gignat, passim focī
publici communēsque peregrinis viato-
ribus & inopibus struuntur, idque præci-
puè sit Leodij & in alijs aliquot oppidis
circūiacentibus: in oppidulo Thongrensi
iam diu ea fundatio perdurauit, vt semi-
poculū vini Rhenēsis ijs solum dum for-
tè illac trāseunt gratis præbeatur qui sunt
ex aliquo fratribus mēdicantium ordine,
expertus loquor, Huienses vino patriæ
contenti viuunt. De Arthesia dicturus
præmittam nonnihil, quid habeat com-
modi in Brabantia aut Flandria habitare,
sed illius sentētiolæ quam vulgus passim
iactitat, eos profectò semper meminisse
oportet, qui non illibēter nidos mutant,
& ob

ARGUMENT. INSIGNIVM.

& ob quálibet leuem occasionem huc autē illuc conuolant atque vagi incertum te- nent præsepe, Cœlum non animum mu- tant qui trans mare currūt, deinde & hu- ius vulgaris dicterij: Vbi nescis qui fueris non est cur velis viuere, laudarunt hacce- nus complures Solonis illius prisci, Py-thagoræ etiam atque diuini Platonis pe- regrinationem: Quid quod diuus ille ac magnus Hieronymus nunc Romæ erat, nunc in Syria, nunc in Aphrica? At hi ab- solutissimi summiq; fuere philosophi, qui toti mortalium generi exemplo esse poterant in causis exercitiisque rerū lau- latarum. Philosophi, inquam, hi erant & certè propterea suis hospitibus vbiq; ma- iores. Nam qui philosophiæ præceptis re- Etè vtuntur, vbiunque agant, benè sunt, sed, vt ad id vnde digressa est oratio, re- curramus, illud vel cæcis manifestum est lucéque meridiana clarius eos, qui in Bra- bantia commorantur quacunq; sint Bra- bantiz parte commodissimè ac optimè habitare. Primo ipsa Gallobrabantia ob frugum copiā totius Brabantiz horreum merito dicitur: nidularis Antuerpiz, of- fert sese rerum omnium penu, habes ibi

Dd ij delitia-

PERIPETASMA

delitarum promos, fasianorū, perdicum,
cygnorum, pullorū, pauorum, leporum,
ceruorum, aprorum, arietum, agnorum,
aromatum, eo tam nauigio quam currū
assiduè maxima aduehitur copia, quo
coruos ibi vidi ad prædam hiantes? Nam
vbi corpus ibi & aquilæ, ciuitasq; est om-
nium populosissima bis aduétum Domi-
nicum, trésq; in ea vrbe absoluimus qua-
dragesimas dū Gallis fortè concionamur.
Vis Bruxellā pergere? habes innumeros
currus, idque iuxta ædes diuo Georgio
sacras. Vis Louanium, aut Macliniam, aut
Lirā, aut Gandauum proficisci? vili pre-
tio mox per aurigas quolibet transmitte-
re, ibi celeres & velut alatos reperias Mer-
curij equos. Ad hæc dicas geniū quēdā ibi
regnare, & certè à multis pluris fiunt ibi
mensæ nectare & Ambrosia stratæ quam
macilenta iejunia, neque enim perpetuò
iejunandum est. Optas tibi Musicos con-
centores qui dulcibus cantilenis con-
uiuium exhilarent, iuxta illud: Mu-
sica in conuiuio vini. Hic reperias qui au-
ribus & animo satisfecerint. Iubes cytha-
rædos, tibicines, organistas, & eos qui
tympanis lusitant, aut cymbalis, aut
testu-

ARGVMENT. IN SIGNIVM.

testudine accersiri?mox Orphæo ipsi non
dissimiles Musas experiere . Vis adesse
histriones, aut moriones publicos, qui ri-
sum conuiuis excutiant oraque libenter
ridentium dissoluant? Aderunt quamplu-
rimi etiam solo nutu vocati. Quid mul-
ta ? Antuerpia suis habitatoribus planè
suavis est, nam totus Europæ decus iam
oratores ipsi & pictores eam appellant:
malunt tamen qui aulis delectantur in-
ter purpuratos ipsos principes & holo-
sericos heroas , quam inter mercato-
rum turbas versari , & hæc vna ratio,
cur non pauci minoris faciant Scaldæ
riuos & vada illa relictaque Antuer-
pia Bruxellam , quæ nostratum Regum
sedes est, vt aulice viuant, sese recipiant,
neque est profectò cur demiremur si hæc
ciuitas Bruxella multò amplissima flo-
reat populi multitudine . Nam & præ-
stantia & elegantia & amœnitate , cum
quauis alia certare posset , adde quod
gentem habeat synceram nec fictam , sed
religiosam , sacrisque diuis & aris ad-
dictissimam , quot venationibus prin-
cipes , exercet vastissimum illud So-
niense nemus suburbij ipsiſ penè conti-

D d iij guum,

PERIPETASMA

guum', in hoc tam celebri oppido sedem fixere Burgundiz Duces, Hispaniarum Reges, Cæsares, & qui non? Anno à Christo nato 1555. Bruxellæ vidisse me memini, Cæsarem Carolum, huius filium Philippum Hispaniæ regem, Maximilianum, nunc Romanorum ac Bohemiæ regem cum tribus serenissimis reginis, duabus quoq; multis & alijs summis principibus, in summa dicam, quid aliud est Bruxella tota quam aula quædam? Placet hinc Louanium deuolare? Quatuor, aliquoties trium horarum spacio te quadriga deportabit, neque Maclinia pluribus quoque quam quatuor miliaribus distat, Angia, Allostū ac Niuella quinq;. Hispanum tamen quendam non infimi nominis aut conditionis virū, audiui iam præsentientem, nimirum extremam vitę horam in foribus esse, sic contortis manibus ac suspiranti gulture exclamantem, si daretur in patria mori, & non hic inter exterorū quod & sibi Ouidius Naso exul à Cæsarī clementia, ardentissimo animo sic exoptabat: Sedibus in patrijs det mihi posse mori, Sertorius Pompeio & Mecello significauit se malle Romæ ignobilissimum

ARGUMENT. IN SIGNIVM.

ciuem, quam exulem, omnium terrarum
imperatorem nominari, quantus patriæ
amor? Et ille etiam apud Vergilium, qui
tristis hunc versiculum emisit, eodem mor-
bo videbatur laborare: Nos patriam fu-
gimus & dulcia linquimus arua. Hinc il-
lud: Nescio qua natale solum dulcedine
cunctos dicit & immemores non sinit esse
sui, sed desiderium hoc nimium, procul
abesse debet à veri christiani pectore, qui
è Psalmographo illud didicit: Domini est
terra & plenitudo eius orbis terrarum &
vniuersi qui habitant in eo. Quanto af-
fectu canebat Naso? Sulmo mihi patria
est, gelidis vberimis vndis. Millia quæ
nouies distat ab urbe decem. Erasmus
quoque videtur multum suæ patriæ tri-
buere, ut est in calce libri Chyliadum, sed
in epistola ad Seruatum iam senex negat
se cœlo Holandico uti velle. Quam stul-
tum est sic patrijs laribus supra modum
veluti sese deuouere, ut te propterea in-
felicem existimes, si alijs in locis te fata
præripiant? Omne solum forti patria est
ut piscibus equor. Maclinia audacem &
lepidum gignit populum, huic dux Ca-
rolus quum Nufsiā ob sideret, priuilegia

Dd iiii ob ci-

PERIPETASMA

obciuium præstantiam audaciāmq; cōtulit. Hæc ciuitas cōmoda habet innumera, nec vltimo loco collocanda est inter eas vrbes quas optimas prædicamus, aërem habet imprimis saluberrimum, idque ob limpidiſſimos & maximos amnes, qui in proximo multi numero circūfluunt, hic summus Belgarum senatus est. Porrò Louanium pauci incolunt, locūſque est non ita valde populosus, habet ſiquidem intra mœnia agros, vineta & prata, Louaniam pēperit præclara Colonia Musam. Audiui qui ita dicerent, extera Louanium eſt non eſt vita. An quicquā vanius, ſtultius ac falsius dictu? Iam oppidulum Diestēſe, auræ ipſius ſalubritate, nulli apud Brabantos ciuitati cedit, narrabat vir mihi amicus de medico quodam doctore, qui ſedens in hortulo, in quem ſeceſſerat, op̄idi ipſius maris contiguo huc atque illuc defleſtebat caput, ſubinde diuertiſ labris et aperto largius patulōq; ore quaſi aërem audiuiſ deuorans, & tanquā præcordijs exugens, petenti autem cur hoc geſtu ſederet? Ego, inquit, tantum huius vestræ auræ hauriam imbibāmque atque in iuſtina dimittam quantum potero, inuidet

ARGUMENT. MNSIGNIVM.

Inuides accipienti huius saluberrimæ auræ buccellam? Brabantia & coterimini consinésque sunt ipsi ducatus Cleuiacensis ac Iuliacensis multo florentissimi, nec credibile fuerit quantæ commoditatis sit earum regionū situs ob duos nobilissimos fluuios Rhenū & Mosam. Iam demigremus in Flandriam in qua hospitium habere suauissimum est, et si aliquot locis gés sit rusticior. Quid hic amoenius Lyfæ fluuij ripa? quo Municipia? quo celebres? ciuitates cingut & circusepiunt hoc flumen? Hic moram villa sive minor villa (vt vocat sita Armenteria, Cominium, Cortracū, Harlebeca, Ganduum & alia tum oppida tū Municipia vt amplissima ita & florentissima, potissimum has oras colunt, qui lanificium exercent, qui lanas discerpunt, qui pannos conficiunt ac tingunt. Præterea tota ipsa ripa nobilium arces habet splendidissimas. Despauterius Niniuitas suos liquit huius fluuij amoenitate captus ac nidū Cominij iuxta ipsum publicū pontem sibi struxit, quatus Hispanorum numerus Iberia à tergo planè relicta in Fländriam per vastum Oceanum se recipit & ex his alij Brugis? Alij Gandaui?

PERIPETASMA

dauī? Quidam Ypris nidificant & immo-
rantur? quod haud quamquam accideret,
nisi Flādrici soli apud omnes celeberrimi
ac commendatissimi illecebris caperen-
tur etiam quā remotissimi populi. Nam
quis adduci facilē possit, vt inter eos hæ-
reat ac sedeat totius vitæ suo, quorū non
callet idioma, nisi quidpiā singulare esset
ac peculiare quo traheretur. Nam trahit
sua quemque voluptas. Brugis nihil est
quod non teneat suos perpetuo affixos,
nusquam capones pinguiores aut suauio-
res aut teneriores reperias: quis enim va-
ledixit huic oppido longè opulētissimo,
& transmigrationis postea non pœnituit?
Fortunā præsentem negligimus, ex ocu-
lis sublatā querimus inuidi, penuriāmq;
multò melius feras quā saturitatem. Ode-
rūt plerunq; mortales & eos quibus cum
agunt & rerum præsentium statum, at his
amotis subitò tristitia torquentur vehe-
menterq; dolent. Hoc dedimus epigram-
ma quum fortè hanc ciuitatem dēpictam
cerneremus.

*Vrbs q̄ vel solo est celeberrima nomine Brugæ
Encartha exigua, quamlibet ampla patet.
Hanc et si in miseram sint noxia fata ruinam
Conata*

ARGUMENT. IN SIGNUM.

*Conata a spicis præcipitare suis.
Quæ mansere tamen vestigia splendida rerum
Promittunt rursus quod fuit ante decus.*

Præterea quid iucundius oppido Gandauensi, quot opibus celebre est? quanta rerum abundantia commendabile, in hac siquidem vrbe omnium principum decus ac lumen vnicum Carolus quintus Cæsar natus fuit, eam sedem sibi regina Castiliæ iam paritura ut saluberrimam delegerat huius encomion, meis versibus tale profero:

*Inuictus ego sum Ganduum nobile Belgis
Cuius ab antiquo tempore durat honos.*

*Gallia me nouit, me nouit Iberica tellus
Menorunt populi, trux genus Ansonij.*

*Te genui Cæsar ter maxime, tu mihi debes
Principium vitæ, Carole Quinte tua.*

*Tot peperi Comites claros virtutibus, armis
Inuictos, audax, absq; timore genus.*

*His sauos fudere hostes, Turcasq; rebiles
Strauerunt bellis, Marte fauente, suis.*

*O quoties Flandri comites retulere triumphos
Et cecidit misere Turcica vitta cohors?*

*Nutrio bellaces, animantia torua, Leones,
Candidus obrepens, sunt mea signa Leo,
Scismaticos odi, obseruo vestigia patrum.*

Pergo,

PERIPETASMA

Pergo, per antiquas, ut decet ire, vias.
Multorum seruo sanctissima corpora diuum,
Reliquias, prisci quas coluere, colo.
Sunt mihi præcelsæ turres, sunt splendida tæpla
Turbaq; nobilium maxima semper adest.
Nec placet hereticus, nec falsus et impi^o error
Patria religio sancta decen^sque placet.
Quis nescit celebres vrbis Gandësis honores?
En decus Europæ nobile, dico ergo.
Nec mihi Pierides desunt sacræq; sorores,
Nec desunt docti, turba diserta viri.
Ingenia et Musæ sūt, plectra et diuus Apollo,
Palladis & Sophia, qui bene floret honor.
Orbe quis in toto magis ampli^a repperit vrbē-
Me maior Thebe nec vetus illa fuit.
Est Gandense genus multa pietate relucens
Est virtutis amans, religione valens.
Hic videas humiles populos, non ore superbos
Non gressu, aut oculis, fronte nec eloquid.
Tetrica gens non est, nec dura, nec aspera verū
Candida, & humano, prorsus amica animo
Famaq; lucidulis vrbem non esse sub astris,
Vivere qua possis ipse minoris, ait
Impiger oīgenis, venit hic mercator ab oris,
Et merces plena fert quæ refert quæ manu.
Nec procul Oceanus spumatisbus assilit vndis
Atque meas implent littora multa rates.
Pingue

ARGUMENT. INSIGNIVM.

Pingue mibi saelixq; solū est, nec inutile clima
Gignit opes varias & mihi cultus ager.
Nec Solimi fines, nec me arua äplissima vicūt
Nulla Palestini pingua rura soli.
Et Rhenensia sunt, et sunt mihi Fräcica vina
Nec sine delicij sest mea mensa suis.
Quid quod præ dulces, nati de fontibus amnes,
Nostra rigant vitreis mœnia semper aquis
Adde quod illustres frumēta Arthesia mittit
Vtilis & multæ fertilitatis ager.
Sunt suaves horti, sunt prata virætibus herbis
Hic quoq; diuerso gramine terra nitet.
Dumq; renascuntur iam verno tempore flores
Dum tener arridës graminac campus habet
Dicas esse locum vel Cæsare vel Ioue dignum
Sic sunt delicij omnia plena suis.
Quid multis? ego sū ducibus, sum regibus aula
Sæpeq; mo comites incoluere mei.
Vellere nobilitat diuus mea templa Philippus
Ornas baptismo Carole Quinte tuo.
Num pater aurato resplendes vellere Bauo?
Bauo Gandensis maxime gentis honor?
Sic tua magnanim° coluit sacra cœpla Philipp°
Rex quo non alter clarior esse potest.
Is recta pupulos mox accessurus Iberos
Condita picturis hæc monumento dedit.
Hac tua, Burgudi, gestat sacra vellera Reges
Ips°

PERIPETASMA

*Ipse tuum vellus nobile Cæsar habet.
Quis nescit claros vrbis Gandensis bonores?
En decus Europæ nobile, dico ego.*

Huius encomij Epilogus.

*Cum narrare tuas Gandanum carmine laudes
Pergo? Poetarum laus tua vincit opus.*

Porrò visum mihi non est ullius vel regionis vel ciuitatis tam prolixa narratione commendationeque describere cōmoda, vt lectorem in suspicionem adducā, qui hac accepta occasione fortè putaret me ob id argumētum istud tractasse, vt hoc aut illud clima, affectu quodā priuato potius quam iudicio motus laudādi occasionē eaptarē, nā ni vehemēter fallor, eo affectu spirituque adductus est Sebastianus Munsterus euulgans ingens suum de Cosmographia volumē, vt multis orbis partibus veluti per transennā attactis suæ Germaniæ miracula virtutēsq; prēdicaret, & in eadē naui fuit Platina ille qui librum de vītis pōtificum propterea edidit arbitror, vt cum pōtificem cōmodius suis depingeret coloribus, cuius iussu Romæ in vincula cōiectus fuerat. Certè Flādrorum religio ac fides catholica quamplurimos mortales delectant, & vtinam illud

ARGUMENT. INSIGNIVM.

illud Euágelicum in nullam omnino vel gentem, vel regionem, vel urbem competat, Mēsis quidē multa, operarij verò pauci. Rogate ergo dominum mēsis, vt in vineā suā operarios mittat. Dicam ingenuè, optarim vt in his finib⁹ ita & in omnibus alijs Christianorū locis plures esse eruditos atque verè literatos Ecclesiastas. Dum hæc scribo fluunt ex oculis lachrymæ ac madet charta tota. Proh dij immortales & cur tandem non alunt in literis fœlicia ingenia multaque tam potentes episcopi? tot diuitijs, censibus & redditibus abundantes Abbates, Princes, nobiles, ac opulentissimi quoq; mercatores vt maior eorum excrescat numerus, qui Christi euangelium disseminare sanctè atque administrare passim queant. Ypris omnia suavia sunt & pinguia. Aldenardi inclem̄tior est aura, sed nec hic locus tamen indignus est suis habitatoribus. Hic è diuite Scalda nihil rerū tibi nō profertur, hinc cespites, ligna, frumenta, caseos petito, & pleno (quod aiunt) cornu, tibi omnia subministrabunt nautæ. Neruiorum ager nec sterilis est nec tristis, sed vt frugum, ita et lacticiniorum & carnium

nium feracissimus,
dissimilis est ciuitas
ci cōmoditatem &
tis mores, habes hic
nus, candidum mi-
cis deditum, multis
non ita bene conue-
stiles sit nec gignen-
ties frigidulus, vrgo
non modo ea omni-
utilia putamus rep-
opes ac miras del-
omniū nutrix Nat-
driæ pars, in qua sa-
in utramque (quod)
queas, quum hic si-
riculi, nam & gens
ipsum ab hostibus re-
obseruauit, quod F.
Brabatiæ pars per se
sed ut aliquoties di-
fluuios, & emporia
Insulensis illa ditio-
spectet paludibus, la-
tibus vndiq; sic cin-
cursibus non facile p-
Philippus summa e-

ARGUMENT. INSIGNIVM.

gundionum gloria , ducis Ioannis filius,
hæres , insigne palatum olim sumptuo-
sissimè construxit , lubet in Arthesia de-
gere? totis pedibus in hanc sentétiā des-
cendo , nam comitatus est vt florentissi-
mus ita & optimo humanissimoque po-
pulo & rerum omniū feracitate celeber-
rimus, offerunt multæ alij gentes fateor
suos caseos ac panem suum filigineum , si
quando fortè viatores peregrini per ipsas
ciuitates aut pagos transeant . At hic liba-
triticea, placentæ, casei, carnes, multo sua-
vissimum butyrum, lac, & denique om-
nis generis fructus etiam ijs vltro nec pe-
tentibus offeruntur, quibus iam longum
iter contraxit sitim , aut qui hoc tantum
vel iuxta limen petunt à cauponibus vt
semel bibant, atque hæc (quod multis mi-
rum fuerit) ibi etiam minoris diuendun-
tur, quam apud eos populos qui triginta
miliaribus absunt à periculosis hostium
limitibus , roditur enim hæc nobilissima
regio non modo ab hostibus Francis si
quádo Mars szuiat, sed & nō infreuen-
ter à suis, quibus enim hodie parcunt no-
fri milites ? Atrebati moram trahere &
suaue est & iucundum , & utile ijs maximè
E e quibus

quibus est quod ibi aga
nienſis ſitus conuenienter
hac parte, planitem, i
ſie membrum ſpectat, e
quantum lacticinioru
caseorum, arietum, cap
& aliarum utiliſſimar
ſticos diebus ſingulis e
ibi quoque incolis ami
Hesdinij annis haud p
Burgundiæ dux Philip
latij ipſius ſtructura q
regra hodie non ſuper
confotfa bellorum tun
torum bellicorum ini
tibus adhuc nonnulla
veterumque ædificior
dit ac præfert quibus c
ſolum Philippum, ſed
mos principes ibi degi
dam feracifimo loco f
nium & Bethuniam, in
tium, per illius gratiam
eſt, ſed & ipſa vita, tra
pellatur membrum de
Teneutienſi, ſed eo in
emiferam vagitus pla

ARGUMENT. INSIGNIVM.

infans cum humanissime cuiusdam amitę
meę (cuius animę precor omnia læta ac
fausta) iussu, iuxta Lilerium delatus sum,
nimirum in arcę quę olim vt nunc quoq;
Relingium, dicta est. Hinc rursus, quum
me paulo grandiore maturop fecisset
ętas, Atrebatum equo vectus sum vix an-
nos duodecim mihi numerans, qua de re
istud meum carmen proferre iuuat.

Nascitur exiguo purissima Lisia pago,
Qui bene Lisburgum nomen ab amne tenet.
Non procul hinc, fluxæ traxi primordia vita,
Metulit infantem Crispianensis ager.
Mox natum, me Lillerium matertera vexit,
Arxque Relengensis patria facta mea est.
Nec memini vtdisse patrem, nec in ædefuisse
Illa, quæ nato fascia prima dedit.
Tum mea cœn lactens paucos dū cōputat annos
Ætas, inuitus pertrahor Atrebatum.
Nam socios liquisse meos nidumq; parentum
Heu grauis hæc animo res fuit una meo.
Contigit vt niuei Carmeli tecta subirem
Et noua me regeret vestis & ordo nouus.
Sed quod Musarum me cultus amorq; teneret
Tangeret & studij pectora nostra fitis.
Angia, floridulis quæ tūc erat apta Camænus
Annis Grammatica me tribus instituit.
Ee ij Tandem

Tandem Louanium m
Parisios versus par
Louanium ter, Parisio
Hæc loca sic studij t
Aſt his, vnatamen, di
Doctorale mihi cor
Laus tibi stelligero fu
Christe fit æternum
Fac, mihi ne viuam, v
Pareat imperio me

Lillerium vrbs p
oppidulum est non i
quens & minime po
domari ciuitas vili p
delitijs plena in ea
diu moratus est Era
que in duabus alijs A
delicet in arce Tou
ne quid à me fictu
scripta id manifestit
adeo & aura & aëre
state & humanitate
rum Arthesiensium
teratissimus. Hæc
aperta, patens & ac
aliquot in decem, r

ARGUMENT. INSIGNIVM.

tat prospectum, Utuntur passim rustici stramine, nonnullis locis tamen cespiti- bus pro ligno, nec credibile est quantum straminum ibi vorent villæ & casæ rusticorum, quanquam nec lignum desit multis, cui enim æs ad manum est, huic quid deesse posset, quid quibuslibet regina pecunia non donat? æstiuo tempore suis in ædibus solent rusticæ muccos variæsq; herbas ac virætia gramina humi in- sternere vbi considentes quiescunt aliquoties in die ac sese refocillant, Arthesiana gens à vicinis Gallis vina accipit & nisi Martis rigor multos exules & extorres faceret, haberemus omnes etiam angustissimos Arthesiæ angulos populo- sissimos. Sed hæc regio videtur Gades, (vt ita dicam) atque extremus quidam li- mes iam annis ducentis, quid dico du- centis? imo totis quadringentis annis media inter Gallos & Flandros, fuit quot Bellorum impetus passa est vna Ar- thesia? quot cladibus? quot cœdibus ru- buit? eius rei quis absque lachrymis met- minisse poterit? quantum sanguinis Gal- licæ fusum est ab Anglis apud Agincuriam & Roussiuillam? huius rei testes sunt,

Ee iiij adhuc

adhuc hodie cruces sex
in agro quodam fixæ i
ginti annis perstiterunt
occidit Morinum? Qu
tus? Quot Hingij iu
cidati cecidere? quis rel
tissimas memoret cæde
thesia sensit? Iam quan
dissima Europæ pars,
dotibus ornamentisq[ue]
peculiaribus floret? Q
cius esset nisi bellorum
damni ac molestiæ plu
sic noster Mantuanus
bus prædicat:
Gallia terreni pars est no
Sed longe lateque patens
Oppida ab occasu, se se co
Italiæ nostro hinc pelago
Clauditur Oceano, ge
Vrsas,
Vnde venit Boreas Hy
- gunt,
Et vada Theutonicitan
De gente quoq[ue] ipsa,
nit. Nam & verissim
& quæ nullus negare

ARGUMENT. IN SIGNIUM.

*Ignea mens Gallis & lactea corpora, nomen
A candore datum populis mulieris pingit.
Ora color Tyrius, Papbiū meditata decorem
Ex geminis fecit Natura coloribus unum
Latī, alacres, lusū, choreis et carmine gaudēs.*

Lutetia regio quædā est verius quam ciuitas (vt sic loquar) dictu sanè incredibile, quam hilariter, quam iucundè, quam suauiter ibi coniuvant tūtes, quibus quicquid requirit hæc vita abundè suppeditat ac porrigit. Sequana flumen amplissimum nobilitissimumq; quodq; vini genus ibi non reperias? E cinarum carniū ibi copia non dicenda locis penè innumeris prostat. Tria quædam ditant ciuitatem hanc, ac multò populosissimam reddunt, Academia, summus regni totius senatus, quod parlamentum vocat, & emporium longè florentissimum. Lugdunum quoq; delicijs atq; mercibus affluit, nec ciuitas Rothomagensis admodum dissimilis est, neque hac parte multis ciuitatibus cedit, Hispaniam commendant sua opes summaq; orhamenta pars Tarracohenis, pars Bæthica & pars Lusitanæ, nec sterileane nec infœcunditate aut inopia fordescunt, sed quiduis rerum copiosissimè gigant,

Ee iiiij olei

olei hic certè plus
mentum præstant
liquor mellifluus
mate non lubent
Martis sœutia ra
nisi aliquoties inu
ca Mauri & Mah
florentius aut tut
Hinc factum est, v
sar niueam sentier
voluerit religiosi
lictis Belgis repet
tæ partem liberius
ditationibus daret
ra ac Maria eius so
tannia quæ & hi
regnum est opibu
mum. Quid multa
sime viuere queas
Paulinum pectori
in quibus sum suffi
dare, scio & pen
Flaccus quo cunq
benter te dicas : n
regio planè beatu
bitas ac pietas qu
quocunque migrat

ARGUMENT. INSIGNIVM.

viter viues. Porrò (vt hac de re tanta) etiam hoc loco quidpiam addam, testantur sacra Biblia, lacte ac melle rerumque multarum delitijs & medullis quibusdam exuberantissimam esse Palæstino-rum terram, quanquam afferant qui de hac quædem scripsere, rarius ibi inueniri poma, pira, cerasa ac nuces, quæ tam pleno (quod aiunt) cornu facile sup-peditantur è vicino Damasco, harum autem rerum loco, fructus quidam suauissimi ibi reperiantur quorum matres ar-bores, vscitadè fœcundæ sunt, vt non raro cum iam maturos habent fructus, videas in viciniis coherentib[us]que ramis renasci flores, qui rursus nouos fructus promittant, ibi Hierosolyma illa regia, Hierico, Bethleem, Cæsarea Philippi, Bersabea, Bethel, Gadera, Bethsan, Dan, Arsur, Ioppe, Eato, Geth, Beth-sura, Gaza. O fœcundos fines, quorum mel nunc exugunt Turcae, & certè verè sincunda est regio, quæ Christum benedictum fructum genuit, sed vt maximè verum sit esse climata alijs & alijs fertiliora & salubriora, natale tamen solum, vt diximus suam quan-dam

dam peculiarem dulc
triásque illecebras su
quoque absit: Trahit se
tas, miri mortalium aff
in nobis potest, ut na
Porrò mirum in modu
de quibusdam nationib
næ literæ, idem in mul
competat. Est Genesec
miticis quorum regio
Paradísus, at hæc tant
abundantia eis occasio
re, atq; iam benè pingui
runt non dicenda scele
sunt qui sese omni imm
mancipia & sibi suoq;
ris frēnis seruiunt, qu
atque sanè nullus lapis
ut vel eorū consortio
bus pietas cordi est, &
cio habetur virtus, a
scurrarum aut nebulo
moribus, sic vt amur ut
damur, nec depravato
priscus ille pater Loth
bens inter pessimos,
vixit. Sic Abrahamu

ARGUMENT. INSIGNIVM.

quem domini vox è patrijs laribus euo-
catum, sic trásmisit ad peregrina & extera
climata. Egressus, ait, de terra tua, & de
cognitione tua, & veni in terram quam
tibi monstrauero. Diuino quoque illi va-
ti dictu est: Fili hominis in medio domus
exasperantis, in medio leonum, struthio-
num ac draconum cohabitatis, at qui ut nec
solis ipsius radioli in simum illabentes,
contrahunt sordes, ita præfecto nec opor-
tet filios lucis, hoc est, Christianos euan-
gelicum ac verè diuinum semen, scelerat-
orum sordibus commaculati, ut verum
dictu sit illud Ioannis, qui natus est ex
Deo non peccat, quia generatio Dei cum
custodit ac seruat ubique que sis. Exclama
o tu christiane his verbis ad dominum:
Serua me Domine quia deficit sanctus, &
diminutæ sunt veritates à filijs hominum.
Porro nihil refert si regio tota nectare
aut Ambrosia madeat, si suo saccaro, sua
aromate suisque delicijs affluat, si ibi gene-
sis luxui obnoxia omniumque luxurient
aut potius infaniét animi rebus feruendis,
his illecebris ne irretiare prudēs, ne vitas
inquam canis immundus vel amica luto-
sus aut porcus de grege Epicuri, vtere
decente

decente ordine iij
munificentia orbis
la res tibi tanti sit
seruum facias , à
quis superatur, ei
mi hercle hic ciu
habiturus es, futur
quirito, infelices
sole tot calamitati
illi beati sunt , qui
portum operum
sydere intulerunt
mate, vt hic nos ,
loquitur Paulus)
adeoque omnium
vnicum speculum
optimum maximu
num conspiciunt.
te situm est cura
tius da operam , v
viuis , aut qui in
æde tecum comm
opera tua nulla la
cationem elucean
num redeat hono
pote verè viuo ac
quiuis gloria ac
gloriæ

ARGVMENT. IN SIGNIVM.

tus perennisque amor.

Quid vagis prodest domus hic sub astris?

Plebis aut regum lapidosa tecta?

Pluris vnius tibi debet esse

Numinis aula.

Hic manu muros fieri lutosos

Cernimus, mixtis positisque lignis

Ventus & turbo lacerant superbas

Flatibus arces.

At poli sedes Iouis vna struxit

Dextra, nec saeuos patiuntur Euros

Sed manent nullo violante vento

Hosteque nullo.

Fluxa sint nulli tibi regna curæ

Te iunet niti studio perenni

Ad genus vitæ melioris, orbis

Transit ut umbra.

Hac tamen in aura nos tam diu pa-
tienter decet agere , quoad nos euoca-
rit is , qui animarum & corporum autor
imperatorque est , dominus est , eius vo-
luntas fiat , igitur spe fælicioris habitatio-
nis olim futuræ , anium fulcito , ô chri-
stiani patris Abrahami exemplo , qui
ciuitatem expectabat , cuius artifex
Deus est , iucundè tecum animo illud
spe

FERT
sæpe voluens, que
non estis hospites &
ues sanctorū & domi
lupe est iugum illi
ciues sanctorum &
quidam à Diogene
doliū & sua oluscu
dit, Ego sum ciuis
habet κοσμοτολιτ
& ipse Berzelai, cu
tionem faciunt, vi
ipso Davide ad reg
blandissimè inuita
tis quod sibi restar
erat) alio in loco v
suo domicilio nihili
latiorum fastigia in
mundi. Quum sol
culū dedocere, per
domicilio, aut si
spolies. Aspiradū i
fens argumentum
tissimis animis ad
vbi immortalitas e
mortales viuimus
Christo regnabimus
incerto & instabi

sq. 2

ibi verè fœlices ac æternū beati, turo cōfisi-
debimus suauissimè quiescentes . Quid
enim aliud est hæc tota mortalium vita
quam via? & cœlum illud empyreū, quæso
ð Christiani quid? quam eorum patria qui
pijs operibus hoc sub instabili sole vacā-
tes, Christo toti adhærent atque ea pror-
sus omnia deliciarum genera læti sperāt,
quæ nimirum vt verè dicam hic totus
orbis etiam si spatioſissimus atque idem
opulentissimus dare non potest? Quid
enim est quod animi mortalium è thesau-
ris huius infaustissimæ vallis expectent
vbi ne tantillum quidem veræ fœlicitatis
ineſt? Imo præter animorum tormenta
crucēſque vix quidquā hic reperias, tan-
tum abest vt summi boni delicias tibi pa-
riant adferantque vllæ regiones aut reg-
na, aut prouinciaz, etiam si feracissimæ ac
florentissimæ hic veluti confusa sunt om-
nia, inuersa omnia, præpostera omnia, quā
præposterus est multis in locis rerum or-
do? quam parum sano iudicio ferūtur ra-
piunturque hominum mentes? Adducam
exépla vt euidentissima ita & multorum
animis qui æqui iustiq; tenaces sunt longè
tristissima. En num apud plurimos iudi-
cium

PERIPETASMA

ciūm præposterum? quantus eorum numerus est in hisce orbis finib⁹ quibus pluris est ipsam creaturam amore complecti quam suauissimum rerum omnium conditorem? Et qui mallent decem capitalibus noxis animum cōtaminatum gerere quam vel minimo corporis morbo labrare? vbi nō sunt qui corporalia spirituallibus, qui crassa & visibilia inuisibilibus, qui temporaria æternis non præferunt? Sunt qui cognatum & affinem nominis infamis & vitæ scelestissimæ pluris faciat quam virum externum, vt puta hospitem etiam si multa probitate insignem, vbi hic igitur christianæ charitatis ordo? Ad hæc videre est rei suæ decoctoré matri gratiorem esse quam sit filius bogæ indolis & timēs Deum, si nubilis est ac matura viro iuuacula haud erit curæ vt ea optimis moribus prædito adolescenti nubat modo opulentus sit & benè nummatus. si quis ob graue peccatum gratia Dei priuatus sit ne lacrymulam quidē emitit, si fortè angelatum amisit aut mortua sit proles, ipsius tum animus tum oculi soluuntur in lacrymas, curant ciues vt artem mœchanicam filius addiscat, in qua forte

ARGUMENT. INSIGNIVM.

fortè mitis fraudibus ac dolis totum vitę
tēpus exerceat, at ut mores Christo dig-
nos veluti, cū nutricis lacte imbibat non
est cordi, quanta cæcitas? prospiciunt pa-
rentes, inquit Chrysost. filijs suis, ut ho-
nores habeant, si pauperes eos viderint
tristantur, si Deum offendere conspexer-
int, nullus mœrore premitur, perditio-
nem illorum magno emunt precio, salu-
tem autem eorum ne dono quidem acci-
pere volunt. En quis δ Deum immorta-
lem tam hebes est? quis tam obtusioris in-
genij, qui id nō consideret? vini obsonio-
rumquę delicijs sese ociosi vētres implēt,
& qui laboribus fudant nucibus rapis, ac
pifis aluntur. Iam si quispiam proximum
occiderit satis esse putat si vel cum magi-
stratu vel cum principe redierit in gratiā
aut si ducentos ducatos parentibus viri
occisi numerauerit, Dei aut salutis aut
pœnitentiaꝝ aut conscientiaꝝ ne venit
quidem mentem, quod lhetargi? quod
stuporis genus? quot intuenias inter eos
qui testamentum condunt qui præ-
postero feruntur iudicio dum alij mille
daleros? alij tria florenorum millia? alij
quingētos carolinos diuitibus etiam non

Ff paren-

P E R I P E T A S M A

parentibus qui plus fatis habant legat, interim nullius pauperis, nullius pupilli, nullius egenz viduz memores? quæ ametia? quæ iudicij mentisque obliquitas? Dicit forsitan testator, nihil vñquam ab eo paupere cognato aut ab eo auunculo aut ab eo nepote accepi, atqui quæ est ista ratio? quæ philosophia? Ergo nunquā largieris pauperi ante fores tuas eleemosynā quod ab eo nihil vñquā receperit, monet dominus: Pauperes habebitis vobiscum & poteritis illis benefacere. Rursus: Facite vobis sacculos qui non veterascunt athesaurum nō deficientem in cœlis, si decem equos per testamentum das diuti, saltem totidem nuces relinque egēti atq; simul tua fœmoralia coruis dato quibus tempore verno nidum sibi struat & confiant ḥ studia mortalium, ḥ crassos mentium errores, ḥ tenebras, itane aquam in mare effunditis & aquilas mittitis Athenas? Vbi non (vt Iacobus scribit) & summo in precio est & splendida in sede relucet cui digiti sunt gemmis & auro graues potius quam is qui humili animo studet pietati? Si vacet sacerdotium pingue aut præbenda, aliquoties indignissimo potius

ARGUMENT. INSIGNIVM.

potius quam probo & literato cōfertus,
si quis apparet conuiuum diuiti, ibi glo-
riosulo locus erit non egestatem patienti,
ociosos plures fouent aluntque ciuitates,
& cōcionatorē assiduē ob omniū salutē in
suggesto sudātem in necessitate, in fame,
siti, nuditate, duraque penuria relinqui-
mus, vbi st̄ns, vbi pudor? Itaq; quocumq;
oculos vertamus statim occurruunt qua
animis insuaue adferunt condimentum,
omnia tristia, ac hisce mundi regioni-
bus experimur. Patria igitur nostra cœlū
est, in quo nec error nullus, nec obliqua
hominū studia esse possunt, sed fœlix im-
mortalitas, dulcis mentium concordia sa-
num omnium iudicium, perfecta plenaq;
erga Deum ac proximum charitas, qui
narret quantis tenebris obscuretur hic
mundus quantaq; stultitia, moria ac cæci-
tate teneatur. At è contra quis facilè cre-
dat quāta fœlicitate reluceat cœlestis pa-
tria? Eo nos tandem sua pietate do-
minus Iesus subuheret atque
fœliciter introducere
dignetur.

Ff ij

Lacoo

PERIPETASMA
LA CONISMVS HISTORIÆ.
*Hoc loco, atatem ipsam tanquam in theatrum
quoddam introducimus, orbi nimirum fami-
liari naturam ore, prodigia aliquot, resq; ad-
mirabiles ac diu memorabiles, quanqñā pan-
eas quæ sub hoc Sole hactenus enenerunt, atq;
ut dicēti maior adhibetur fides in proposito
clare se hac omnia vidisse attestatur, quñ
inxta vulgarem illam sentētiam,
pluris fit oculatus vñus, quam
decem auriti.*

Prodeat in theatrū ætas ipsa
rerum parés, rerum altrix &
spectatrix, naturę amica, for-
tunę patiés. Prodeat, inquā,
& protinus cornu, aut cytha-
ra, aut testudine, aut calamo nobis palam
decantet varios rerum euentus: quos ha-
ctenus locis aliquot hic orbis peperit.
Ætas oculata est, nihil quippe natum est
vñquam nihilq; sub sole accidit hactenus,
quod ea nō viderit, & penitus perspexe-
rit. Neque enim Ianus quanquam bifrons
plura vidit, neq; Argus ille, in cuius me-
moriā iactatur versus:
Centū oculis oī, cinctū caput Argus habebat.
Adde quod garrula est, & mirè loquax,
quum

ARGUMENT. INSIGNIVM.

quum quæ priscis accidere omnia, mox soleat posteritati aperire, apparetur igitur sedes auro splendida, & si qua sit lapillis lucens, sedeat quieta, dicat narratque libera, & hylaris, sit auditorium mutum, silensque, ea (vt æquum est) loquatur sola. Euge dic suauissima omnium nutrix Ætas, prodigia, miracula, spectra, monstra, casus, euentus, totquo rerum species, & formas: quæ omnia, & ipsamet tulisti & immotis oculis prudens turbè considerasti. Quædam solum expectamus non quæ hactenus contigerent omnia, profer igitur è multis aliquot rerum gestarum miracula ut hisce animis nostris historiarum, antiquitatemque inscijs maior subministretur occasio. æterni illius numinis nomen alacriter extollendi: cuius imperio, manu, ac nutu, voluitur administraturaque totum huius orbis theatrum: Iuxta illud Psalmographi: Generatio, & generatio laudabit opera tua, & potentiam tuam, pronunciabunt, breuiter habe meum disticon.

Nec Phœbi radios describe, nec arua, nec vna
Sed quæ tot seclis gesta fuere, refer.

Ff iii Vidi

P E R I P E T A S M A

Vidi, ait Sapiens ille Hebræus, qui tot
rerum genera se vidisse narrat quidpiam
præposterum, nimirum seruos equis insi-
dentes, & heros ipsos super terram inam-
bulantes. Rursus ait, velut colophone, &
epliogo tot rerum quas viderat turbas
simul concludens. Vidi cuncta quæ sub
sole sunt, & ecce vniuersa vanitas. Quid
quod inter ridicula quædam & insolita,
illud quoque refert Naso, quod fortè vi-
derat.

*Occurrit nuper, visa est mihi digna relata
Pompe, senem potum, pota trahebat annus.*

Qui nauigio vagatur per maris vndas
Charibdes, & Scyllas, pericula sua meritò
mirisque gesticulationibus enarrant. In-
ter quos sanè Vlysses princeps, ac sum-
mus habendus est, deinde qui in latebras
antri, ipsius sancti Patricij penetrarunt,
reuersi vix credibilia referunt. Qui agros
Solymos, aut rura Galilæa, aut Constan-
tinopolin, aut Romanorum Capitolium,
aut Herculis colunas, aut Chartaginen-
sium ruinas circunspexit, aut summa dili-
gentia, Indorum fines, easque novas insu-
las ante annos non ita multos à Lusitanis
& Hispanis duce felici aliquo Neptuno,
fortè

ARGUMENT. INSIGNIVM.

fortè repertas, impiger lustrauit, habet in
promptu quod suis è longinquo patriæ
restitutus dicat: & fere quo quis ære Dodo-
neo liquaciores, ac magis garrulos expe-
rimur, qui peregre vsquam locorum pro-
fecti, diu à proprijs laribus absuēre. Nec
est quod quisquā vel miretur vel calum-
nietur hic illud, quod ætatem ipsam hac
dicendi forma loquentem introducam,
dū toties repetit, vidi, vidi, hac siquidem
narrādi forma in Chronicis suis rerū mi-
rabiliū, vsus est Molinetus Poëta Gallus
ingeniosissimus, cuius tamen authorita-
tem non sequor, sed id seci, multos alios
doctos imitatus. Vnde mihi fluet exordi-
um? Quid primò dicam? tot enim admi-
rabilium rerum facies, miraculorum, ca-
suumq; species, velut gregatim in lingua
concurrentes, sese mihi iam dicturæ vtrō
offerunt, & obtrudunt, vt si quid ego çtas
rerum mater parem è primis labris pro-
ferre, mox aliud atque aliud simul sese ex
abrupto admisceat. Prodigiorum turbam
me totā obruit. Optarim iam me illi ho-
minum generi plane similem, quod exti-
tisse alim narrat Aristophanes apud Pla-
tonem, gemina facie, quaternis brachijs,

Ff iiii & to-

PERIPETASMA

& totidem cruribus. Vnum enim os, vniq[ue] lingua non satis sunt tot formis rerum ordine digerendis, narrandisque, sed intermittens non pauca, quædam tamen in medium deponit. Summi numinis maiestatē proni ac supplices adoremus, qui admirabili sapientia orbem hunc condidit, porrè qui ab ijs rerū exordijs initijisque auspiciantur historias, distincte & per ordinem omnia degerunt, nos breuiore argumento contenti erimus.

Vidi (ut interea modeste taceam, quam diuersa rerum genera ab orbe cōdito, primis illis ac priscis annis anteā euenerant) calamitosissimam inundationē, per quam proh dolor, factum est, ut paucis ea archa quam ligno sibi confecerat diuus pater Noë, turdū seruatis, reliqui, totius orbis populi aquis merci misere disperierint.

Vidi Abrahamum virum Deo longe obedientissimum, qui charū filiolum suum Isaac, mox erat gladio interfactus, quū id præcipi à Deo intelligeret, sed Angelus paratam ad necem manum cohibuit.

Vidi Iosephum Patriarchę illius Jacob filium, fratrū suum liuore premi : exteris vendi, postea cæca carceris caligine in Ægypto.

ARGUMENT. IN SIGNIVM.

Ægypto detineri tandem, quod omnibus
mirū videri potest, toti illi regno præcessit,
& ad amplissimos, Pharaonis fauore, ho-
nores euehi. Vidi Mosen illū, apud Ægyp-
tios virgā, quā manu tenebat, vertetē (ut
testatur diuinę literę) in serpentē: ac mox
animalcula, reptilia varijsq; generis vermi-
culos, deniq; & diros morbos producētē.
Atq; inuito Pharaone et eius familia, tādē
ipsos Israelitas intrepidē dura seruiture li-
beratē. Vidi hūc cūdē populū simul colle-
ctū per mediū maris illius, quod vulgo ru-
brū appellat, alueū, tutō, siccisq; pedibus,
turmatim ambulatē & absq; mora liberè
trāslientē: moxq; Pharaonē illū minacē,
eodē ingressum simul cū copiosissimo ex-
ercitu, aquarū refluxu mersum perijisse.

Vidi in Israelitarū agmina cohortesq;
māna illud è cœlo labi, quot prodigia hoc
in deserto tunc contigere?

Vidi è lapide profuentes aquas & ira-
to Deo, varijs supplicijs affectos stratōsq;
perfidos, ac rebelles.

Vidi feri illi^o Holophaenīs caput à Iudith
muliere præcidi, en fēmina viro superior.
Vidi viros admirabiles, quos a vidēdo p-
phetas appellamus, abstrusa, arcanaq; my-
steria,

PERIPETASMA

hbris insribentes: & spiritu cœlesti afflatos, reuelantes orbi, quæ humanum cerebrum excogitare, certoq; scire non poterat: nec ea natiuo aſſequi lumine.

Vidi Ionam capacissimo cæti ventre triduo clausum, posteà viuum ac saluum ad littus profiliſſe.

Vidi Sampsonem plus quam ducentos viros inuadente & mox à cede victorem reuersum, quoties Iudæi hostes superarunt ipsi quoque aliquoties victi ac fusi?

Vidi Dauidem, tantum regem, Bersabez amore ita captum, ut hæc cæcalibido Vrix hecem procurarit.

Vidi Romanorum imperium varijs gentibus, prouincijs, ac finibus acri bello subactis, ad summa etiectum. Quid enim est quod latius garriam de Remo, Romuloque fratribus, aut de Italia orbis dominatrice.

Vidi Troiam, totam corruentem, quid hic non potuit, fecitque Aeneas?

Troiani cives, Troiaque tota iacet.

Vidi Reginam illam Sabeam, ab extremitate mundioris, profecta Hierosolymam, sapientissimum Regem Solomonem, audiendi causa, venisse.

Vidi

ARGUMENT. INSIGNIVM.

Vidi Areopagum apud Atheniēs vi-
ris grauibus plenum, & ipsam Græciam
orbis magistram in precio suo ac flore,
philosophorum diuersas sectas, Romam,
Cōsulibus, Poëtis, & Oratoribus celebrē.

Vidi piām matrem vna cum filijs Ma-
chabēs septem numero, quod contra le-
gis patrumq; instituta, tentare nihil vel-
lent, à Tyrannis crudeliter contorqueri,
plura hoc loco, dicenda sese offerunt quz
ijs relinquimus, qui sese rerum omnium
historias conscripturos profitētur ac pol-
licentur, nos enim solum pauca quzdam
attīngimus, velut gustum quendam præ-
bentes, vt lectori plura disquirendi ac le-
gendi occasionem aperiremus.

Vidi cruores humanos quos inhumani
fuere, Saul, Abimelec, Hieroboam, Ieza-
bel, Achab, Manasses, Antiochus, Tryphō
& id genus alij tyranni usque ad miracu-
lum crudeles.

Vidi Eleazarum qui potius maliuit
quoduis perpeti, quam etiam velle semel
vultu ad id composito, simulare se carni-
bus porcinis vesci.

Vidi Lucretiā Romę pudicitię mirē te-
nacē, nūcū poctus suū gladio perfodiētē.

Vidi

Vidi Alexandrum, Iulium Cæsarem, aliósque pugnaces principes, quibus vix vnus hic orbis tantus quantus est, sat erat ampla ditio.

Vidi Ciceronē, cui ingrata Roma pro incredibili eius facundia quæ toti Italiz erat ornamento, parum optatæ mercedis reddidit.

Vidi orbem totū pace vniuersali quietum & mirè rebus ita secundis luxuriantem, quot passim idolorū mancipia summi rerum artificis Dei gloriam nihili faciebant? quam exili prouincia? quam angusta regione concludebantur vnius Dei cultores, Iudæi? si pergam hic singulatim recensere quæ gessere Phinees, Caleb, Aioth, Gedeon, Iepte, Samuel, Helias, Zorobabel, Amnon, Agag, Ioab, Rechab, Siba, Sedechias, Andronicus, Delbora, Abigail, Athalia, Michol, haud dubie dies decem narrationi non satisfecerint. Itaq; libet ad Christi tempora sermonem conuertere. Quid enim frugis è Persis, Mœdis, Ægyptijs, Babilonijs, è tot gentibus Barbaris & incultis? Cur hic nihil aliud crepem, si dijs placet, quam veterū sceptræ, diademata, reges, gigantes, &c nescio quæ

ARGUMENT. INSIGNIVM.

quot alia rerum genera quarum historia
fuerit penè inutilis, nisi fortè ijs quibus
pluris est Romulus quam Christus & pa-
ganitas quam Christianitas.

Vidi virginem (δ miraculum) elegan-
tem puerum enixam. O pusio venuste, &
præ filijs hominum speciose. Hic iam il-
lud audimus, Deus homo Christus, quid
mirabilius?

Vidi trucem illum Herodem, qui, pu-
tans se hac arte Christum recens natum,
posse extinguere, cruentissimam infan-
tulorum qui apud Bethleemitas, & in
circumiacētibus locis erāt, cædē patrauit.

Vidi euangelicos illos Apostolos horū
discipulos, & tandem penè innumeros alios
christianę legis disseminatores, hominum
minas carceres, vincula, cruces, eculeos,
gladios, & alia torturorū genera, patien-
tienter ferentes. Iuxta illud Pauli : Puto
quod Deus nos nouissimos Apostolos
ostēdit, tanq̄ morti destinatos, velut enim
huius mundi peripsema facti sumus, &
æstimati, sicut oves occisionis.

Vidi Hierosolymā illam quondā prin-
cipem, primariamque apud Syros & Pa-
lestinos ciuitatē, armis Titi, & Vespasiani
obrutam,

PERIPETASMA

obrutam, victā , & deniq; funditus euer-
sam,id Hieremias multos ante annos præ-
dixerat Iudæz.

Vidi quasi totum orbem euangelium,
crucēq; Christi professum , ð miraculum.

Vidi Machāmetum horrenda & im-
pia contra Christi ouile molientem , hac
arte agniculos vorabat lupus: mendacijs
corrumpebat populos Pseudopropheta.
Velut olim Hieroboam à Dei cultu de-
cem tribus auertit.

Vidi Carolum Magnum, armorum,&
victoriarū splendore,toti orbi celebrem.

Vidi sacrum cereum apud Attrebates,
de quo mira quædam narrant Historiz.
Meierius Balliolensis fusius meminit , in
Chronicis Fládriz. Is hodie in medio ip-
sius fori ante domum ciuicam religiosè
adseruatur. Rumor certè est,eum, quanq;
illi populo cœlitus ante annos octingen-
tos datus sit,ac s̄pius accensus luceat, ta-
men nunquam imminui.

Vidi mulierem Batauorum Comitem,
quæ eodem partu trecentos sexaginta
quinque viuos fœtus suæ Holládz enixa
est. Quædam quoque alia fuit,vxor vide-
licet artificis Cannarum, quæ eadē hora,
viginti

ARGUMENT. INSIGNIVM.

viginti quinque filios peperit . E quibus
duo, ambo & surdi, & muti, multis annis
superuixere . Fuere & aliz matres quæ
eodem partu iam quinque iam septem
dedere proles.

Vnica tot fructus fertilis arbor habet.

Vidi virum tetrico vultu, pallioque ac
barba philosophum quandam nobis re-
ferentem , qui videns rusticum nunc in
manus inflantem vt eas calefaceret, nunc
in polentam , vt refrigeraret , negarit se
quicquam cum eo commercij habere velle,
è cuius ore, nunc calidum, nunc frigidum
prodiret.

Vidi truculéto Neronis iussu, Senecam
ad necem adigi . O leonem , ò sanguinem , ac
trucem illum Neronem, cuius manus Pe-
tri, ac Pauli sanguine maduit . Quis enim
non potius optet post funera inter inglo-
rios, abiectos, ac viles subulcos numerari,
quam tale inter mortales habere nomen,
quale Neroni ob sanguinem, Apicio ob gu-
lositatem, & Iudeo ob proditionem ascri-
bit fama?

Vidi Cæsares aliósq; haud paucos prin-
cipes euangelij fulgore illustratos, Irenai
xitate, Cypriani, Hieronymi aliorumque
sancto-

PERIPETASMA

sanctorum virorum temporibus, summo
in flore inuitis Arrianis, Pelagianis ac
Donatistis Christianam fidem esse.

Vidi sumptuosissima illa omniū Templo-
plariorum ædificia, velut cōmuni incen-
dio, vna eademque nocte (haud scio quis
Vulcanus ignes struxerit) miserè confa-
grasse, & hūc ordinem prorsus extingui.
Testantur ruinam turrium, murorum, &
cacuminum fragmenta, quæ multis locis
videmus superesse.

Vidi Heroinas simul & plebeias mu-
lieres pyramidibus, in capite vertice ac
fronte vti, & calceis (cui cultui, & viri
multa ætate assueuerant) tostris in longū
prominentibus, sui cuiq; ætati sunt cultus
ac mores, quanta metamorphosis?

Vidi florentissimum Francorum reg-
num, penè totum armis Britanorum oc-
cupatum, ac deuastatum. Nec mora puel-
læ cuiusdam auxilio, consilio & industria,
quæ hostes prima statim fronte, à ciuita-
te Aurelianensi, abegerat, restitutum. At
paulò postea capta apud Rhomagenses
viua exuritur.

Vidi Constantinopolin à Turcis ex-
pugnari, & iacturam Christianis mirum
in mo-

ARGUMENT. IN SIGNIUM.

in modum noxiam.

Vidi Ioánem Burgundionum ducenti,
ingentes Leodiésum turmas, facili ac ra-
zo milite prostrasse. Is Turcis aliquando
præda fuit, sed tādem liber ad suos reuer-
sus, multa absoluit, gessitq; magnanimo,
& optimo digna principe.

Vidi pestilentem hæretictum Lutetia
in facello rēgio, è sacrifici cuiusdam ma-
nibus sacram hostiam, vi rapientē. Quod
& apud Nervies anno 1554. accidit. Hos
sacrilegos ignis vindex mox vorauit li-
toris accensus manu, hac de re extat mea
poemata Louanij & Antuerpiæ excusa.

Vidi mōstrum , à nullo mortalium an-
tea visum , velut duas fœminas cerebris
colligatis, ac naturali quedam glutine si-
mul coniunctis cohærentes , duo tamen
ostendentes corpora , ut reliquæ omnes ,
animata.

Vidi diuum illum, ac principum decus
Philippum Burgundionū Ducem sacrum
aurei velleris ordinem primò instituen-
tē: quē summi orbis Monarchæ , Cæsares ,
Reges, Archiduces, Duces, Comites, & id
genus inter mortales maximi principes ,
suscepérūt, & hodie amplectūtur magnis

Gg hono-

Q

P E R I P E T A S M A

honoribus. Vidi Ducum ac principum poterissimum Carolum, Burgundionum Ducem apud Naniam Lotoringorum urbem, qui tot hostes vicerat, fugarat & fuderat, sinistro Marte trucidari.

Hercule magnanimo fortior iste fuit.

Vidi Platinam suo uxuo facundia ac styllo ornatu nulli secundum, celsa, & angusta turre Romani Pontificis iussu clausum, & compede strictum, multosque post annos tandem dimissum, solutum & liberatum interim Romam tamen ipsam pro carcere habuisse.

Vidi Parisijs, sancti Pauli Comite, tunc sumnum Galliarum gubernatorem, & administratorem (quem Connestablium vocant) flexo genu in propatulo, capite detruncari.

Vidi animosam & sanctimonia celebre Reginam, apud Hispanos, cuius armis, zelo, ac diligentia, opulentissimum Granatensium, Maurorum regnum, tandem devictum, Christi ecclesiaz accessit.

Vidi Mariam Ducis Caroli hæredem, Maximiliano Frederici Imperatoris filio, subente. Orbis totus nō habuit puellam principem, opulétores ditiones possidet.

O quam

ARGUMENTI INSIGNIVM.

O quam dñes opam Flandrica virgo fuit.

Vidi Rhodum Christianorum insignia
præsidium, ac propugnaculum, insulam,
verè dignam immortali custode Christo
à copiosissimo, & numerosissimo Turc-
rum exercitu diu cinctam et obsessam, sed
victricem contra insanentes canes, fortius
ter perstitisse. De his obsessoribus illud sit
à Psalmographo dictum: Famem patiuntur
ut canes. Sed ò malū, eam hodie quam-
quam intuitis oculis, à tyranno Turca de-
tentam videt Christianorum orbis.

Vidi apud Heluetios seueræ sobrietatis heremitam Nicolaum, quem ait annis viginti quotidianiū īeūniū ser-
uasse: nec quicquam cibi in os ingessisse,
id si verum est quid magis mirum rumor
testis est, & accolæ vici qui sanctum vide-
runt vitium.

Digna est angelico tam pia vita viros

Vidi apud Itaios Hieronymum Ferrariensem Döminicani ordinis professorem
ingeniosissimum, publicis flamnis extirpum,
variae supplicij feruntur causa.

Vidi in Chartusia Rhenana, qua
hanc procul à Colonia Agrippina sita est,
Dionysium Chartularium, sacra Theol-

Cg ij sophia

P E R I P E T A S M A

Sophia peritisimum iam senio cōfēctum,
aliquot mēsibus ante mortem, s̄pissimē
inter alia quædam, hæc tria canticula ca-
nentem: Sancti mutabunt fortitudinem,
assument pennas, volabunt & non defi-
cient. Et: Maria ergo vnxit pedes Iesu, &
capillis extersit suis. Et: Requiē æternam
dona eis domine; & lux perpetua luceat
eis: ita cantillabat vir sanctus, cuius con-
versatio in cœlis erat.

Vidi sacrum Romanorū Regē Maxi-
milianum, Brugis à Flandris ipsis vi de-
tentum, tāquam scilicet, si pastorem, op-
lionemque suum captum filis irretiſſent
arietes, at Dauid noluit mittere manum
in Christum domini.

Plebs debet Regem nulla tenere suum.

Vidi apud Hannonios multas virginēs
Deo sacras malo spiritu afflatas, atq; miris
modis à cacodæmonibus afflictas. Id apud
Quercetenses accidit. Audiui infantulum
nondum natum, sed adhuc intra maternę
alui latebras abditum, miros edentē vagi-
tus. Is tantos gemitus reddebat, vt noctu
somnia quiescere non posset mater: nimi-
xrum sonoro grauis onere. Refert Moli-
netus Poëta Gallicus, in minoribus suis
Chroni-

ARGUMENT. INSIGNIVM.

Chronicis, nec pudet allegare virum qui
obscurus neutquam est.

Vidi clericum quendam rusticum, sanè
Helluonum príncipem , qui eadem hora
deuorauit primum libum maximum è
farina, ouis ac butyro confectionum : deinde
anserem integrum, quem sylvestrem vo-
cant Galli. Præterea quartam arietis par-
tem, ac denique tantum panis , quantum
vix capacissima spora contineret : & id
Molinetus narrat.

Iste suo, septem vinceret ore, viros.

Vidi Valencenis Vatosium, sic dictum
ab Hammonijs à velociter eudo, qui vnius
sesquihoræ spacio , septem miliaria bene
magna perficeret , ac percurreret . Cuius
rei non infrequens specimen dedit, dum
Valencenis profectus, tam exigui temporis
spacio Tornacum, deueniebat.

Vidi Hispanorum ac Lusitanorum dif-
ficiili longinqua, peregrinaque nauigatio-
ne nouas insulas auri valde feraces tādem
repertas. Quibus iam, illud vitæ ac spiri-
tus semen, Euāgelium, sedulitate summa
inseritur , nec arbitrio Ptolæmeum eius
climatis ullam fecisse mentionem.
Sic noua plebs Christo forte ripera Deo est.

Gg iij Vidi

Vidi circa eas Belgarū oras quā Ocea-
nō Germanico cōfines sunt & contermi-
pē latissimam regionem immanissimo &
à nullo expectato Pelagi impetu noctu
obvolutā, ac mersam, nec ibi hodie quicquā
mortalibus appareat, quam rara turriū
celsiorum cacumina quā ex aquis forcè
prominent.

Vidi è Belgis nostris ad summum im-
perij Romani fastigium evectum Caro-
lum, huius nominis quintu[m] Gaudui-
natū: et Adriānum ipsum Traiectensem
in summum totius Ecclesiz pastorem as-
sumptum, quis Belgas non vocet vnicum
Europz decus & gloriam.

Italia splendor, Belgis hoc tempore cedat.

Vidi pridie Diui Martini apud Arthe-
gias & Haenogenios tam inclementi gelu
segetes herbescentes, pressas ac lassas, vt
gurus seminare coacti sint agricolæ, & res
estate sequenti minimo minus à fame in-
tolerabili absuerit.

Vidi Lutetiaz è regione Cœnobij Car-
melitarum in loco Mauberti, qui vulgo
sc̄ dicitur est virum quendam, qui late à
magistratu sententia extremo supplicio
adjudicatus, sat longo tempore spiratio
pepen-

pependerat, velu è graui altoqué somno experrectum reuixisse: multis quoque posteà annis apud ipsos Carmelitas, saluo & prorsus incolumi corpore degisse, is ut ajunt ante suspendium inuocarat Diu^x virginis, quæ in illo Carmelo religiosè colitur, opem subsidiumque.

Virgo fuit medici, corde vocata, loco.

Vidi populos alioqui graues, nec infimi inter alias nationes nominis, plus fidei adhibuisse vniuersitati Apostataz, Martino Luthero, quā Oecumenicis ac generalibus concilijs, sanctis patribus, ac domine toti christianorum Ecclesiæ, quæ tamē veritatis columnæ est & firmamentum, mirè solidum, an insania vehementior aut impietas exocrabiliior.

Vidi horrendas & easdem cruentissimas Anabaptistaruer & mox rusticorum in Germania furentissimæ strages, Munctoris, horum dux captus, luit pœnas, seditionisq; alijs & alijs Germaniz locis comprehendens, supplicijs didicerunt, quid sic contra stimulatum calcitrare.

Vidi per catholicos Helvetiorum Cantonea (sic enim vocant) quinque numero confederatos, reliquorum apud eos Hz-

Gg iij reticorum

tericorum turmas trucidatas, fugatas, &
penitus deuictas, non est sapientia, non
est consilium, non est fortitudo contra do-
minum, ait Sapiens ille Hebreus,

Vidi in Germania, non procul a ciuitate
Tyrolensi, vbi eris aque argenti fodinæ
sunt, & fœcudæ, & per celebres, nummum
argenteum Carolo quinto Cæsari obla-
tum, qui unus M. d. c. c. aureos pretio
equabat, & in eo mirè referebantur om-
nia ipsius Cæsaris stemmata.

Vidi summum Pontificem Clemétem
septimum Roma expugnata detentū: ve-
rum antea quoq; captum vidi Galliarum
Regé Franciscum eius nominis primum,
idq; ab exercitu Caroli Quinti Cæsaris.

Vidi Antuerpiæ Augustianorū cœno-
bium ipsis monachis, occasione heresios
lutherianæ eiectis, prorsus subuersum, vbi
hodie templū parochiale Diuo Apostolo
Andreas sacrum extat, cœnobij vestigijs ad-
huc parent.

Vidi virum genere illustrem & se-
nior grauem, etatisque prouectioris Iaco-
bum Beluensem, cui dictio quadam erat
vulgò dicta: Simblaciacum, qui olim tri-
bus Galliarum regibus a thesauris fuerat
fune

ARGUMENT. INSIGNIVM.

fune suspendi, idque in cruce publica, nimis iuxta Lutetiam . Locum ipsum montem Falconis vulgus nominat,

Vidi Dordraci in Holládia sicarios aliquot factis dignas pati cruces. Horū princeps ac dux furca in altum sublatus viuus in croceas ac crepitantes flamas, donec totus paulatim effaretur , demissus est. Huius vxor proximo stipiti alligata, viua quoque concremata est. Tertius qui iam diebus aliquot mortuus, sepultus putrescebat , è fætenti sepulchro tractus, mox ut erat ligneo loculo inclusus, catena affixus est cruci . Ac sic loculus habens cadauer pependit: spectaculum fanè viatoribus horrendū. Hi in hospites recto receptos, latrocinia , & neces diras atque incredibiles exercuerant.

*Qui cruciat alios digni cruce semper habentur,
Et pœnas miseri, quas meruere, ferunt.*

Vidi maleficarum artes in Germania sequentes, idque adeò crudeliter ut oportuerit Innocētium octauum Pontificem, diploma emittere & Maximilianum Romanorum Regem autoritatis exerere gladium, atque florentissimam illam. Conscientem Academiam librum euulgare, cui

cui titulus, Malleus maleficarum , ad hoc
malum reprimendum.

Vidi quédam infimæ sortis virum, qui
vulgò Grisardus nuncupabatur, is ut erat
ingeniosus ac subtilis , natione Arthesia-
nus, cum aliquando sit etiam olitor valde
oportuna locutus , artem ac modum ex-
cogitauit, quo absque cæde Attrebatum
suo nativo duci restitueret , & fœliciter
cessit, restituitque ciuitatem electo milite
Franco , sic suos limites recuperat crux
Burgundica, quā tutò Diui Andrez Apo-
stoli oratio æternum seruat.

Præsidio est summi crux beneficia Dei.

Vidi cardinalem quandam qui olim
iutuenis sortis tenuissimæ, Louanij literis
nauarat operam in summum pontificem,
electum, prius tamen lauræ doctorali in-
signitus, Carolique Quinti Cæsaris præ-
ceptor fuerat. Is nimis erat Adrianus
Traiectanus.

Vidi Louanij Theodoricū familię Frá-
nciscanorum lachrymis perfusum in cubili
suo, piè morientem , posteaquam eo ipso
die sacrum fecisset, & bis fuisset conciona-
tus . O quam sanctum est velut è medio
honorū operū cursu, ad superos subuchi?

Vidi

ARGUMENT. INSIGNIVM.

Vidi turbulentissimum seculum, & calamitosissimas rerum, & statuum occasiones Lutherianorum hæreseos, confusiones, turbas, tumultus, & cædes.

Vidi niuem noctu subitò liquefactam ac solutam tam horrendo aquarum murmure, crudeliq; impetu ciuitatē Vallencenēsem, & quedā rura, arces, & oppidula viciniora terruisse, vt inersis quam plusimis ciuibus & rusticis, crederetur aliquod diluuij particularis esse genus.

Vidi Martinum Lutherum superbo gressu palatij Cæsarei, quod est VVormatiz gradus concédentem, vbi aiunt, eum ore pertinaci paucis ea euomuisse, à quibus abhorrent catholicæ aures. Nam eo vocatus erat Cæsar is iussu, vt quid delibris suis diceret, audiretur præsens.

Vidi Lipsiæ Ioannem Eccium contra Martinum Lutherum, & Carolstadium dispuçantem: & viciis hostibus hæreticis, ipsum Eccium, omnium calculis victoriam, palmamq; referentem. Vulgo dicitur, ne Hercules quidem contra duos, immo hic unus ac solus Eccius, contra duos; atque etiam ipse Hercules Hydram multorum caputum beluam, tandem perdidit. Hæreticorum

P E R I P E T A S M A

ticorum nenia ut bullæ euaneantur. Légitur apud Psalmographum, unus fugabat mille & duodecim millia.

Vidi in Germania apud Misnenses diuum Bennonem, eius gentis quondam Episcopū, sanctissimi nostri Adriani sexti Pontificis summi authoritate in diuorum numerum referri. Cuius ossa mox Antistitis ipsius qui tunc præterat, Georgijque Saxoniz Ducis iussu, è veteri arenosoque tumulo solemnibus educta sunt cæremonijs. Et hæc in uito, insaniente, reclamante, & frustra rauco gutture allatrante ipso Martino Lutherò, qui tūc suę in proximo pestis semina VVittébergę agēs, spargere coepit, facta funt: nam vt reor Misna de cœ solū miliaribus ab VVittéberga distat.

Vidi Basilez Oecolampodium à scorto suo manè in lecto repertum, haud scitur quo modo mortuum: Hic inter hæresiarachas minimè locum postremum sortitur.

Vidi Zuingium à catholicorum exercitu cum suis eçsum & vulnere lethali accepto per iudicium sententiam exuri. In hunc competit illud scripturæ diuinæ: dupli contritione eos contenterit.

Vidi Carthusianos tres numero apud Britan-

ARGUMENT. INSIGNIVM.

Britannos immaniter trahi ad cruces & furcas exenterari, & ea (proh dolor) tormenta pati, quę sanctis viris recti ac veri tenacibus inferri nulla debet lege. O spectaculū Christianorū animis, oculisq; nimirū triste, videre è crucib^o viros religiosos, piōsq; cuculis adhuc inuestitos palā pédētes. Vidi rursus horrēdū quiddā, Ioanē Fischeriū Episcopū Roffensem propter Christi & iustitię causam securi secadā ac amputandā, patiēter prēbuisse ceruicē. Idem accidit & magno illi Thomę Moro. *Purpureum fudit sacro de pectore rixum.*

Is Thomas dū in planicie produceretur necē passurus, accurrit Margareta eius filia quę inter satellites insilięt, ad chari patris collū magno mērore lachrymisq; perfusa. Heu quam durū fuit illi tenello virginiculę corculo vltimū vale dari patri, vt charlssimo, ita & longè virtutum artiūq; omnium gemmis, ornatisimo? has voces filiā tristē dimittēs palam protulit: Certo scito filia, optimū Deum nobis hāc vitam ad tempus dedisse, vt eam quoties res ita postulauerit, mortis periculo, ob eius honorem constanter exponamus. O vocem dignam quā nō marmoribus solum, sed

PERIPETASMA

*sed et altis pectoribus insculpamus. Igitur
sic proh Iuppiter.*

Defunctum flemus crudeli funere Morum.

Vidi Erasmus Roterodamum Basileę
nido, cui tot annis assueuerat, relicta Fri-
bugum Brisgoiz deuolantem, ac migran-
tem, cuius ore, quod assiduo imbre pluri-
mum molestiaz, iter facies, pateretur, haud
infrequenter hoc distichum decantatum,
ac repetitum aiunt:

Mortales quoniam nolunt sua crimina flere,

Cælum pro nobis soluitur in lachrymas.

Vidi Catholicum illum Georgium Sa-
xoniz ducem, tanquam si alter quidam
Daniel, qui Bel olim penitus destruxit, ac
draconem interfecit, reuixisset, aut potius
alter quidam Diuus Georgius, qui lancea
& mucrone draconem quoque armatus
inequitans, confudit, cōtra Lutherum fi-
dei clypeo acriter depugnantem, & mon-
stri illius pestilentem anhelium, publicis
edictis ac legibus à limitibus suis fortiter
auertente, quid enim aliud fuit Luthe-
rus, quam noxius draco omni angue &
cane peior.

Vidi Basileę ciuem zelotypum, qui ipa-
so die dominico, vxore suam fœtu etiam
grauidam,

ARGUMENT. IN SIGNIVM.

grauidam, Nerone crudelior simul & eadem hora filiam, quam vix quadrimam ex ea suscepereat, ense transfodit. Deinde è sublimi ter nclamato nomine Iesu, se præcipitem dedit, cerebroq; sparsit viam, ut ait Comicus ille. Postremò huius ossicula diffracta, simulq; collecta, reipublicæ illius edicto, in Rhenum fluuim demissa sunt.

Vidi Bruxellæ in aula Cæsarea auem, cuius nec hodie species nota est, nec nomē anseris magnitudine, rostro prælongo, & eodem lato, ac diducto, atque guttur vsq; secto: Auigallum eam nuncuparunt vulgares. Videbatur viua familiarisque tempore Margaretae Caroli Quinti amitæ, ac Mariæ postea Belgarum gubernatricis. Huius figura ad viuū deliniata apud Brabantos multis locis seruatur.

Vidi Erasmus Roterodamum Basileæ quo Friburgo Brisgoiz relicto reuolarat septuagenarius, lecto, dysenteria nimirū laborat, affixum, ac postremò crebrius exclamantem & repetentem. O Iesu, misericordia, domine miserere mei, domine fac finem. Nam ex morientis extremæ fuere voces, fato tandem concedentem, eadem

PERIPETASMA

eadem in vrbe honorificè sepultus iacet.
Vidi Martinum Lutherum moriétem,
cuius extremae voces adèò impiz erant,
vt & tunc, sicut antea semper in sedem
Apostolicam conuicia non dicenda ore
execribili euomeret.

Sic moritur fidei nostræ saeuissimus hostis,
Sic moritur cuius peñima vita fuit.

Vide quo Epitaphio , quibusque coloribus eum depingamus in libro nostro,
cui titulus, Scœna rerum inuersa.

Audiui Louanij fragorem ruentis Pedagogij Falconensis , at damni occasione paulò post vterius euolauit Falco , & in florenti loco diuo Michaeli viciniore, nondum elegantem struxit. Vbi hodie collegium extat multæ celebritatis . In eo aliquā artiū cognitionē adeptus sum puer.

Vidi Mariam illam Hérici octaui Britannię regis filiā, cum tam multi in regno illo à fide catholica defecissent , constanti & inuincibi pectore in antiqua persecutate in religione, & mox Eduardo fratre mortuo, verè fidei statum Anglię suę restituentem, & ter sanctissimam reginam, hęc verè catholica princeps catholica Hispaniarum Regi Philippo nupsit.

Vidi

ARGUMENT. IN SIGNVM.

Vidi Romā ad diuorum Petri ac Pauli limina, ad diuam virginem matrem Laurentianam, ad sanctum Iacobum Compostellanū, ad Diuum Seruatium Tongrensem, ad diuū Iudocū apud Picardos, aliōq; innumeros hominum peregrinorū greges, religionis ergo, cōcurrētes: Sed propter dolor paulo post inuersa p falsarios & scismaticos rerū scena, accidit, ut rari hodie sint pegrini salutatores, q; huc aut illuc, diuorū reliquias, inuisendi gratia se cōferat. *Hec perit, antiqua cum pietate fides.*

Vidi seculū ingeniōrū multò feracissimum & fœcundissimum, idq; ab anno millesimo quadrageſimo, ſexagesimo octauo, in hūc vſq; diē perdurās. Nam illud nobis peperit vt curiosiori ordine nihil recēſea, Picū, Miráulanū, Angelū Politianū, Hermolaū Barbarū, Rodolphū Agricolā, Philiphū, Mātuanū, Faustū Andrelinū, Bébū, Vidā, Caïtanū, Christophorū Lōgo, Jū, Theodorū Gazā, Beroaldū, Baptista Piū, Hegendorphinū, Mūrmelliū, Torreſtinū, Sabinū, Florebellū, Erasmū Roterō, Budēum, Badium, Driedonē à Tuſnhout, Adriānū Traiectēſem, Pōtificē ſummum, Chlīchiouzum, Despānceriū, Gnaphazum, incibrazi.

Hh Eccium,

P E R I P E T A S M A

Eccium, Cochlæum, Ioannem Fischerum
Episcopum Roffensem, Thomâ Morum,
Polydorum, Alciatum, Dorpium, Adri-
num Barladum, Cropperum, Rhenanum
Laurentium Vallam, Nauseâ, Titelman-
num, Thomam Linacrum, Sadoletum,
Blosium, Textorem Rauisiû, Perionium,
Stanislaum Hosium, Clenardû, Crocum,
Ludouicum Viuetem; aliósque ne cata-
logus in infinitum excrescat, quorum in-
genia miratus est orbis. Porrò non lubet
hic admiscere quosdâ indignos, qui cum
sibi ipsi sapientes viderentur, stulti facti
funt, & Ecclesiæ hostes longè pernicioſiſ-
mi. Quorsum enim Melanthonem, Eo-
banum Hessum, Brentium, Caluinû, Bu-
cerum, & id genus pestes ascripsero? Ijs
quippe ita infuit eruditio, perinde ac si in
manu furiosi sit gladius, in hos illud com-
petit, moti sunt ac turbati, sicut ebrîj, &
omnis eorum sapientia deuorata est.

Vidi Guletam à Carolo Quinto vi ex-
pugnatam, Tunetumque ipsum ac mox
regnum illud totum, quantum est, eidem
Cæsari cessisse.

Vidi Carolum Quintum, incredibili
honore ac triumphis insolitis, dum in
Flandriam

ARGUMENT. INSIGNIVM.

Flandriam per mediū Galliarum se confert, Aurelianis, Parisijs, alijsque celeberrimis locis, exceptū, quid reipublicæ conducentius quam mutua inter reges amicitia?

Vidi arcem Gandaui, ob popularem seditionē, Caroli Quinti Cesaris iussu strui, atque ingeniosè miraque arte propugnaculis muniri.

Vidi Andrelinum prodigionis, qua in Cesarē Carolum Quintum, eiusque validissimum, qui nūc apud Luzemburgum, nunc apud Landrisiam, erat exercitum, grauiter peccarat, accusatum. Paulò post re bene discussa, extremo adiudicatū supplicio: & publica lictoriis manu in partes Gandaui sectū, ut corpusculi membra varijs infixa stipitibus, exépli loco essent ijs, qui huius generis facinus, attētare niteretur.

Vidi stupidos Galicæ Orthographię innouatores, qui nullum non mouerent lapidē, vt possent haberi inter eos qui sunt alicuius nominis, sed hodie præter risum, nihil à quoquam referunt, vix villa ratione fulti, perpetuò rœiferabantur, cur hoc vocabulū his aut illis characteribus pinguatur? Hoc & illud superfluum est, locas

H h ij ponatur

P E R I P E T A S M A

ponatur c, rursus loco c, ponatur s. Huius farinæ vidi multos etiam in Gallia Belgica, ut libeat exclamare.

O imitatores, seruum pecus, ut mibi saepe Risum, saepe iocum vestri mouere tumultus.

Putant fortè sese Quintilianū optimè intelligere q̄ docet oportere nos dictiones ita sonare, quē admodū scribūtur, sed aliud est Quintilianū legere & aliud intelligere.

Vidi Saxoniz ducem, & Hassię Langrauium, à Carolo Quinto captos, ambosq; aliquot annis teneri. Multi scripsere de hoc bello germanico, alij latine, quidā Hispanicæ nonnulli Gallicæ.

Vidi Frāciscum Francorum Regē eius nominis primum, vñacum duobus filijs Francisco olim Deiphino, & altero, Duce Aurelianensi, in Diui Dionysij oppido magno omnium loco sepeliri.

Vidi in sylua Aurelianensi horridum animal, corpore prælongo, varioq; colore maculato, ac mirè agili pueros, & quoslibet homines atrociter vorans, si quos in agris aut vijs reperiisset.

Vidi Mechliniz noctu viros ac mulieres non paucas miserè per puluerem tormentarium, haud scio quo folle, quoque
Vulcano

ARGUMENT. INSIGNIVM.

Vulcano accensum, exustas.

Vidi Lutetiaz studiosos ipsos clericos maxima seditione cōmoueri, idq; occasione pratorum Diui Germani, quæ sibi suo iure vendicabant & arrogabant, & contra haud scio quos audacter defendebat, non minor est virtus quā quærrere parta tueri, casus inest illis hic erit artis opus.

Vidi Antuerpiæ Simonē cognomento Turcā, qui adiuuante famulo, Deodatum quēdā natione Italū, ipse quoq; Italus se, de mira arte ingenioq; cōfecta pressum ac clausum secreto trucidarat, viuum exurā,

Vidi apud Neruios Hæreticū quēdam, qui Petrus Bruillius erat nomen flammis publicis cremari. Is cū à Magistratu, toto biāuo disquireretur noctu per mēnia, ext̄ra vrbē suorum discipulorum opera, demittitur: at subito è muro cadens lapis alterā illi fregit tibiā, sicq; cōprehensus est, qui Antichristi mēbrum erat, & eiusdem præcursor. Non est enim consilium cōtra dominum, ait Sapiens illé Hebrēus.

Vidi Bethunię per corruptū pénarij cuiusdā aerē īterfectos 6. numero eadē hora.

Vidi Ducis Caroli ossa quæ octoginta annis, & amplius Nansiz apud Lotho-

Hh iii ringios

PERIPETASMA

ringios sepulta iacuerat, Luxemburgum
transferri, inde rursus Brugas, vbi hodie
iuxta Filiz, quam hodie Belgarum ha-
dem reliquerat sepulchrum, honorificè
quiescit. Vtriusq; nimirum patris & natæ
Epitaphium sic edidi, ita scito lector, non
ipsam çtatem omnibus hisce locis, sed ali-
quoties & solum authorem loqui.

Tristia Flædricolæ flet hic duo funera Belgæ,
Condita magnanimo cum patre, nata iacet.
Carolus hic, belli dux illustrissimus olim,
Ferrea qui toties iuit ad arma, iacet.
Hic orbis, regūq; decus velut alter Achilles,
Hæc tumulo tegitur corpus inerme suo.
Flandria victorem colit, et Germania bellax,
Quis princeps, quem non terruit iste fuit?
Non Numa, non Priamus, tantum non Au-
ens & Hector,
Herculeæ tantum non potuere manus.
Audax, magnanimus, cōstans, generosus et asper
Ignarus, quid sit tala timere, fuit.
Nec sat erat fatis damnū hoc peperisse sinistris
Principis & duræ sorte tulisse necem.
Earedem natam seu iuxere sepulchro,
Filia cum charo patre, sepulta iacet.
Prohdolor, illū Mars pressit crudelibus armis
Hanc ferus inumanis vulnera leſte equus.
Sed-

ARGUMENT. INSIGNIVM.

Sed tamē ipsa prius Belgis sua pignora liquit,
Mox geminæ prolis factaque mater erat.
O geminos luctus, o funeratristia valde,
Cum patre magnanimo nata sepulta iacet.
Facta, sed hac in re cum sit diuina voluntas
Restringat lacrymas Belgica terra suæ.
Id superest unum, sublatis vocibus, omnes
Fundam solitare religione preces.
Sint igitur salvi, cœloque fruantur eodem,
Quorum sunt uno condita membra loco.

Vidi apud Francos virum ad eð pilo-
sum, ut tota fronte genis & partibus naso
vicinioribus pilis prorsus obtectis, vrso
similior videri potuerit, quam viro, certè
simij cuiusdam referebat faciem.

Vidi ciuitatem Morinensem, tot annis
bellacem, & in Arthesios ac Fladros prius
tam seuam atque iniuriam puluere tor-
smétario ac sulphureo funditus subuersis
moris, ad extremam ruinam per Cæsaria-
nos redactam, tunc hic versus à me emis-
sus est, idq; ex tempore, ut quo anno ex-
pugnata sit, dignosci queat.

Praetaras Morini Cæsar capis ac tenet arces.

Quem versum, inquā ob id feci ut hinc
annus quo id accidit colligi queat 1553.
hinc quoq; deprehéditur, Morini deteti.

Hh iiiij Vidi

PERIPETASMA

Vidi frumenti prodigiosam caritatem
& summam penuriam, sed illud, anno se-
quenti reuoluto, minimi erat precij, do-
minus aperuit manum suā & omne ani-
mal benedictione impleuit.

Hæc est cælestis gratia larga patris.

Vidi nemus in medio ipsius Arthesis,
miliari à Bethunia iuxta virginum Char-
tusianarum cœnobium situm, népe pago
Beurerensi contiguum toto penè mense
fumosis flammis haud scio quo modo
quove Vulcano accensum, conflagrassæ.
Incédiū partim erat subterraneum, vi-
delicet per abditas oceultasque radices se-
cretius reptitans & insidians: partim ap-
parebat vorans & in cineres redicens vi-
burna, virgulta, frutices, ramosas arbores
& quicquid erat graminis virentis. Id ac-
cidit anno à Christo nato 1556. fumi pro-
cul parebant haud illis dissimiles quos
Æthna vomit.

Vidi nouum Hesdinum, densissimis
aggeribus, prepugnaculis, muris, et turri-
bus, altero prorsus euerso, aetometis dis-
iecto bimestri spacio, ingeniosa arte, in
alio palustri loco confici, & construi.

Vidi Calesium ipso mediaz hiemis tem-
pore,

ARGUMENT. IN SIGNIVM.

pore, hoc est initio Ianuarij, ab ipso Henrico Gallorum Rege, ac paulo post Guiniacum, arcem munitissimam capi.

Vidi apud Zelandios piscem ingenti magnitudine, sphera plumbea per rusticum quendam confossum. Dicebatur ab his qui viderant viginti pedum longitudine. Dentes exerebat duos in longum prominentes, instar elephantis. Is mari sensim refluente manserat seminudus, nec aquæ exiguae adminiculo vehi poterat. Sed molestè reptans, & ægrè sese convoluens, horrendo murmure regione vicinam personabat. Quáquam hoc Adagij verum sit, magis mutus quam piscis.

Vidi apud Montes Hannoniæ, & Buscoducenses suam pestem ingrassari, cuius cōtagium in multa hominum millia serpens, dictu mirum, quot ædes semianni spacio priuarit habitatoribus.

Vidi in agro Grauelingensi eodem ipso anno, quo mense Augusto præcedente celebrem illam victoriam apud Diuum Quintinum, & Veromandones obtinuerat Philippus Hispaniarum Rex, ac Burgundionum Dux, craentam Francorum qui Dunkercā, & Bergas exuferat stragem,

P E R I P E T A S M A

stragem . Ob quas duas victorias multis annis futuris celebres , multum diuinæ bonitati debet prædictus princeps.

Vidi puellam annos quinque natam habentem alteram manum , planè deformem : Siquidem digitorum loco hærebat crassior carnis pars , speciem oris ac rictus porci referens , hæc Louanij & alijs haud paucis locis , precio ostendebatur.

Vidi Louanij iuxta Pædagogium , cui Castrum nomen est , iuuenem quendam , vix , vt narrabatur annos quindecim natum , scipsum funiculo suspéndentem atq; strangulantem.

Vidi Antuerpiæ Hispanum , etiamnum imberbem adolescentem , decé & septem annos natum , aut certè non multum ex- cesserat , is cum Thelesphoriano , hoc est , quadragesimali tempore , piscibus vesce- retur , adhæsit minutū , sed acutum ipsius piscis ossiculum gutturi . At cum nullo in- strumento arteque euelli posset hærens spina siue ossiculum , die tertio mortuus est . Id accidit in parrochia , cui præses est diuus Iacobus . Imprudens itaque guttur vorans pisces haud raro per spinas , acu- leos , & ossicula piscium periclitatur : nam periculi

ARGUMENT. INSIGNIVM.

periculi multum ferunt, Perca, Vmbrina, Solea, Carpio, Trutta, Lopus, & qui spis-
soribus squammis armantur, sed anguil-
la, Raia, Halec, Canis, Salpa, Thum-
nus, Botta, Salmo, Gobio, Barbus, & hu-
iusmodi non ita lədunt ossiculis, estq; ab
his minus periculi.

Vidi eadem in vrbe aliquot viros qui
lactucis immixtas herbas noxias come-
derant, subito mori.

Vidi quindecim nefariæ coniurationis
socios in principem illustrissimum Mel-
chiorem Zobellum Herbiopolensem quon-
dam in Germania Episcopum, virum sa-
nè moribus incorruptissimis proditiosè
irruētes & atrociter pila igneo pulsa tor-
mento inerme pij principis pectus, trai-
cientes ac perrumpētes, proh Deum atq;
hominum fidem, quo proidores? quo
sicarios? quo latrones, quo perfidos ne-
bulones peperit orbi vnius Lutheri scho-
la? Vidi in ea Arthesiç parte que confi-
nis aut etiam immixta est Castellaniæ illi
Insulensi, vulgo Peuliacum dicitur, in-
credibiles oriri tumultus dum rustici negat-
se dare velle, decimas, & legitimè lite-
risque testimonialibus volūt ubi ostendi-
scab-

se abbatibus pastorib[us]que iure debere
decimas, quid non profert[ur] etas?

Vidi Bruxellæ Caroli Quinti Cæsar[is],
religione pompa[re]que admirabili, summis
ritibus ac honorificis cæremonijs, fune-
bres exequias celebrari. Atque hic quibus
modis res ea tunc peracta fuerit, paucis
lectorem docebo. Visus est cometa diebus
non pluribus, quam certè ad summum;
quindecim, cauda non nihil crinita & ru-
tilatiore, sed obscurior, & proinde tristior
paulò post, sparsus est rumor certissimus
de Caroli Quinti Cæsar[is] morte, fato
quoq[ue]; concessisse Mariam Britanniz Re-
ginam, Philippi nostri dulcissimam olim
coniugem. Mox etiam altam Mariam
ipsius Cæsar[is] sororem Vngariaz Regi-
nam. Præterea & Cardinalē Polum, An-
glum, ultimam vitæ huius clausisse ho-
ram. Eodem anno, sed paulo ante ad su-
peros quoque emigrat, Leonora Franco-
rum Regina, Cæsar[is] etiā soror. Tot prin-
cipes idem crudelis annus orbi abstulit.
Vbiq[ue]; luctus & lachrymæ, sed nullius ho-
rum mors æquè durè omnium pectora
discruciatuit, ac Cæsar[is] nostri Caroli, quo
principe quis vñquam humaniore sensit?

Quis

ARGUMENT. IN SIGNIVM.

Quis potentiores expertus est? aut maiore nouit. Is moriens crucifixi imaginem dextra, cereum Ixua tenebat, atque eum Psalmum languidula legebat voce, De profundis. Luxit diu patrem defunctum, Philippus filius hæres ac Princeps noster, idq; in cœnobio, quod à viridi valle nomine habet. Situm nimirum in medio sinu sylva Soniensis, Bruxellæ, & alijs in locis consonant templorum, collegiorum atq; monasteriorū, campanæ, septimanis sex. Turca vt id resciuit, animum & vires, & iras suscitauit, ac mox cœpit dira Christianis minitari: tandem rebus adamussim & exactè præparatis adornantur solemnies exequiæ, quæ magnis ritibus & pijs cæremonijs in edibus Diuç Gudulę sacris postridie Innocentium, anno ab orbe redempto 1558. peractæ sunt. In his huiusmodi ordo obseruatus est, vt multa taceâ, primæ progredientium turmæ, erant fratribus mendicantium: quos quædam iuuenium studiosorum, & aliorum ecclesijs inservientium præcedebant cateruz, mendicantium ordines sequebantur aliquot Parochiarum celebriorum. Sacrifici & ministri, his à tergo erat ipse Magistratus, honoris-

PERIPETASMA

honorificè ac religiosè, lenteque incedēs,
qué gradatim sequebantur nonnulli pro-
ceres primatésque è præcipuis ac maiori-
bus ecclesijs & collegijs. Hoc quoque lo-
co decenter congregebātur Abbates val-
de multi, infulis plures redimiti, puto vi-
ginti quinque numero interfuisse. Præte-
rea hic nauis mira arte ingenioque fabri-
cata videbatur, velut vndis innatas pro-
gredi, quæ ad templū usque peruecta est.
Certè hæc quamvis & alias victorias ge-
staque significaret (nam nauis, victoria
nuncupabatur) argumētum erat naualis
illius profectionis, quæ tam fœliciter iphi
Carolo olim cesserat, qui relicto portu
Barcelonensi, electum militem Tunetum
duxit, ipsumque mox Guleta etiam ex-
pugnata fortiter cœpit, struitque ipsius
Barberoussij exercitum, ac regnum illud
subito totum subiugauit. Ex quo non di-
cendum Christianorum, qui ibi tyrânide
caepiū premebantur numerum, eduxit,
liberavitque. In hac quoque nauicmine-
bāt aliquot ditionum, Ducatum, & Co-
mitatuū insignia, inter quæ clarissimum
Arthès scutum signumque cernebat,
moxq; interposito spacio quodam seque-
bantur

ARGUMENT. INSIGNIVM.

bantur Herculis columnę, spectaculum
ingeniosè apparatus, hę distichon tale
habebant affixum.

*Iure tibi Herculeas sum p̄fisti signa columnas,
Monstrorum domitor temporis ipse tuus.*

Ad hac sceptrum ipsum Cæsareū, Co-
rona Imperialis, aureum vellus honorifi-
cē deferebantur. Hic videbatur Symbo-
lum & dicterium illud quod Cæsar ipse
sibi peculiare sumpserat: Ulterius, siue ut
alij dicunt, plus ultra, tædarum autem &
cereorum ingens erat numerus & copia.
Nec procul congregiebantur equi fero-
cissimi nec minus eleganter quos ad ge-
renda regionum, prouinciarum, diuerso-
rumque regnorum insignia optimo ordi-
ne deputarant atque disposuerant. Quæ
omnia spectatu erant digna, omnibusque
admirabilia, Comitatus Flandriæ insig-
nia, statim prima fronte vexillo impressa
ferebantur: è propinquo consequbantur
Brabantia quoque signa, deinde hęc de-
center sequebantur ne diutius immorer
suo quęque ordine, Ducatus Burgundia,
Archiducatus Austrię. Præterea Gallię,
Arragonię, Granatę, Castilię, aliorumque
complurium, quę viuens possederat reg-
norum

P E R I P E T A S M A

norum insignia. Postremò, id est, dignissimo loco, Monarchiz illius antiquæ & inter mortales tantopere celebratæ insignia Imperi Aquila. Porrò quantus hominè nū ex omnigenis partibus confluentium numerus adfuerit, haud fuerit narratu facile. Flebant ac lugebant multi ob amissum principem omnium optimū, & qui ut perpetuus viueret, verè dignus habebatur. Siquidem hæ lugentium voces passim audiebantur. O Carole, ò Cæsar, ò princeps, quo si vnquam hactenus, nuna maximè eget orbis. Itáne hinc emigrasti? Deus te luce æterna beat, Deus te perpetua quiete fœlicem reddat, hostibus invitis Carole viue diu.

Sit tibi cum summo numine læta quies,

Insuper Rex ipse Philippus veste hæc gubri, ut decebat, tectus, astantibus ipsis Duce Sabaudiæ, Duce Daluiæ, Duce Arschotensi, principe Auragiæ, principe Gaurijensi, Comiti Egmondano, cum multis aurei Velleris nobilibus, Equitibus, innumerisque alijs ut virtute, ita & genere, splendidissimis, illustrissimisque viris religiosè ingrediebatur, lugens optimus filius patrè optimum, sibi sati præceptuimus
Cuius

ARGUMENT. INSIGNIVM.

Cuius sanè ut vita victorijs clara extitit,
sic quoq; sepulchrū fuit verè gloriosum.
Est Genesios cap. 25. mortuus est Abraham
in senectute bona, prouectęq; etatis,
& plenus dierum congregatus est ad popu-
lum suum, hic noster Carolus 58. annos
vixit, aut certè nō multum excessit: & in
ea fide senex perstiterit, in qua puer educa-
tus erat. Hinc arbitramur factū, ut prin-
ceps qui pro Christi causa tantum mole-
stiarum ac laborum, dum viueret, alacriter
patienterque subiit, tandem illud audie-
rit: Euge serne bone, & fidelis quia in
pauca fuisti fidelis supra multa te consti-
tuam, intra in gaudium domini tui. Cum
sanè in conspectu Dei preciosa sit sancto-
rum mors, posso oblongior ex ligno mira
arte industriaq; confitas tegebat summos
itlos tēpli Diuī Gudulz gradus, ut pra-
dicta nauis, & reliqua omnia facilius mi-
norique negotio in achi induciq; possent.
Porro solennitate quam maxima & ad
ungue obseruatim ritibus, & ceremonijs,
que in re tanta defederabantur sacrum
ipsum funeralē peregit Reuerendus patet
Dominus Robertus à Bergis Episcopus
Lodionensis & concionem ipsam habuit is
igitur

Li qui

qui Dioceſeos Atrebatēſis Suffraganeus
 tunc erat. Quid plura? Neq; enim hic pro-
 lixior haberi volo, tanto ordine, tanta fo-
 lemnitate, tam deniq; grauibus Religio-
 ſis, ac mirificis mysterijs, ritibus & cære-
 monijs funebres Caroli nostri' quinti ex-
 quiꝝ peractꝝ ſunt: vt ſi pergam omnia ex
 ordine recenſere, decem dies ſcribenti aut
 dicenti non fuerint fatis. Absolutꝝ quidē
 ſunt exequiz, temporarij dies vitꝝ eius
 trāſiere, at mortui nos cruciat desideriū,
 & diu, proh dolor diſcruciabit. Nō ſit er-
 go Orator, non Poeta, non Philosophus,
 nō Historicus, qui nitatur ſolari nos. No-
 hant admittere ſolatiū mentes noſtrꝝ ni-
 mio luctu tristes. Dolor pectoribꝝ noſtris
 alius inhæret, quā vt huic mederi queant
 mortalium linguz, & voces. Quis enim
 tantus ſuccellurus eſt vñquā, vt Carolum
 hunc non deſideremus, quis tot præclaris
 gestis, victorijsq;, orbi admirabilis viuet,
 vt Caroli memoria in totū obſcurari aut
 ſepeliri queat? Erit ullum tam ingratum
 ſeculum, tam ingratī olim oboriētur po-
 puli, tam ingratī animi, rerumq; præteri-
 tarum tam parum tenaces, vt poſſint non
 meminiffe principis omnium præstantiſ-
 ſimi,

ARGUMENT. INSIGNIVM.

simi, eiusdemq; rerum gestarum magnitudine planè incōparabilis. Magnanimū Epaminundam celebrauit Cicero in Tusculanis, Titus Liuius suæ Reipublicæ ad ministratores & Consules mirè prædicat, Iulium Cæsarem & Augustum ad sydera tollunt historię. Caroli cognomēto Magni magna vbiq; terrarum fama effulget, vt pœtæ quid prisci de Hercule & Achille aliisque quos illustres arma fecere nugati sint, at hic Carolus, qui Carolus maximus meritò dici debet vnuis est, vnuis inquam qui pietate, qui probitate, qui religione, prudētia, armis & humanitate haud paucis alijs iure præferendus est. Ob id illud huc adferendum duximus.

*Vitis ut arboribus decori est, ut vitibus vna
Ut gregibus tauri, segetes ut pinguib⁹ aruis,
Tu decus omne tuis, postquā te fata tulerunt,
Ipsa Pales agros, atq; ipse reliquit Apollo,
Grædia sæpe quibus mädauiimus ordea sulcis,
Infælix tolium, & steriles dominantur auenæ,
Pro molli viola pro purpureo Narciso
Carduus & spinis surgit Palurus acutis.
Spargit humū folijs, inducit̄ fontib⁹ umbras
Mortales mandat fieri sibi talia Cæsar,
Et tumulū facite et tumulo superaddite cermæ
li y Casar*

PERIPETIAS

*Cæsar Iberiacis requiesco clarus in oris,
Viuisse non nostri funeris immemores.*

Addam qnoque his Epitaphium, quod
sat succinctè aliquas saltē huius Principis
virtutes exprimit. Neque enim qui roties
aliorum funeralia cecini, volui deesse tumu-
lis tanti Cæsaris. Sic tenui nostra aucta
magnum principem canimus:

Hic regitur mæsto decus orbis nobile busto,

Hic iacet Imperij gloria magna Sacri.

*Hic sub arenoso requiescit marmore Cæsar
Carolus is Quintus nominis huinserat.*

*O mors atra nimis, mors dura, & triste sepula-
tria. Inuidi sunt nostris fata sinistra bonis. Cœbrœ
Lugeat expulsis caput orbis Roma triumphis
Italia ingenti preffa dolore gemet.*

*Dosteat extinctum celebris Germania ofnuus,
Et madeat lacrymis Belgica terra suis.*

*Nobilis aſſiduos emitat Iberia flens,
Oceanus mæstis littora pulset aquis.*

*Hic est ille pīus Cæsar, decus orbis, & caē,
Qui tulit invicta regia sceptra matru.*

*Hic est ille armis orbi praetarus Achilles,
Qui modum claro nomine laudis habet.*

*Hic est ille Hector, sacerdos qui terruit hostes,
Cui factus nullo terror ab hoste fuīt.*

Hic est quis sanctum Christi defendit omnia,

Et

ARGUMENT. INSIGNIVM.

Et leges summi iuraq; sacra Dei.

Hic est qui fidei cœlestia dogmata fulgit,

Et firmis vicit viribus hereticos.

Non minus iste refert quā Cōstantinus honoris

Cuius fundavit plurima templorum favor.

O quoties bello Turcas superavit & armis,

Et retulit fusō laurea sarta grege!

Scismaticus quoties prostravit milite turmas,

Conculcans fortis ferrea tela pede! (lax,

Hūc Asia agnoscit victorē, aq; Aprica bel-

Hunc Europa omni semper honore colit.

Sed cur tam mortalia testamur gutture luctum?

Cur tantus cruciat pectora nostra dolor?

Carolus bant perij fluxa migravit ab aura,

Et vita tristes finijt ille dies.

Ergo animæ precibus fælicita regna precemur

Possit ut cibera pace, beata frui.

Delicias pñlehri opeamus tibi Cæsar Olympi,

Sit tibi cum summo numene, læta quies.

Addam adhuc & hoc distichon.

Armis qui varijs prostrasti fortibus hostes,

Pacem perpetuam Carole Cæsar habe.

Vidi apud Belgas summi Pōfificis au-
thoritate novas ecclesiæ cathedrales &c
Episcopos constitui.

Vidi bellum arrox &, heu, nimiris fami-
liare Belgia, Fræcis, & Italij flagellū, seorsim
li iij octo

PERIPETIASMA

octo annos perdurans , ac poste à tandem
orbi grauibus ærumnis,dánis,& incōmo-
dis afflīcto,exhausto, & exucto, pacē diu
desideratam, è cœlo ab immortali Deo,ad
nos mortales,demissam,suaui concordia,
duorum potentissimorum totius Europæ
Monarcharum,nimirum Philippi Hispani-
iarum regis & Henrici Galliarum , ani-
mos nodo nexuque, vtinam perhenni, &
indissolubili colligasse.

Vidi Henricum Galliarum regé huius
nominis secundum dum lancea Lutetias
cōcurrerit,tā graui vulnere Iesum , vt paulò
post non minimo suorum luctu fato con-
cesserit,nupta iam Philippo Hispanitrum
regi eius filia natu maxima.

Vidi apud Gallos incredibiles quorun-
dam hæreticorum, qui Hugonistæ vulgè
nuncupabātur tragedias,hi ante dies ali-
quot Sacramētarij dicebantur, nunc Hu-
gonistæ appellantur , breui nuncupandi
nouicacodæmones.

Vidi Francfordiz, Regis Romanorum
diademate , Maximilianū Ferdinādi Cæ-
sar is filium magna solennitate insigniri.

Vidi Oecumenicum Concilium in ci-
uitate Tridentina congregatum,

Vidi

ARGUMENT. IN SIGNIVM.

Vidi Duce Guisianum invictum fidei catholicæ propugnatorem, plumbō tormentatio proditosè interfici, idq; à quodam qui factionis Hugonistarum erat.

Vidi maximum Maurorum exercitum Philippi Hispaniarū Regis armis prostratum ac fusum captis per Hispanū militē eorum triremibus tormentisq; bellicis.

Vidi bellī Liuonici cruentos exitus, ah quas iacturas tū perpessa est catholicareligio? testis sit Torpatensis Ecclesia.

Magnanimus nostro nūc regnat in orbe Phi-Historiæ claudet rex pius iste meā. (lippus,

Quid enim causæ est tot iam rebus in medium adductis, cur me diutius fatigem si pergam in publicum quoq; adferre, & adducere Gotthos, VVandalos, Attilam, Danos, Græcos, Persas, Arabes, Scithas, Indos, Parthos, Syros, Mœdos, Gethas, Dacos, Traces, Sauromatas, Pánones, Germanos, Italos, Gallos, Iberos, Hybernos, Britanos, Tattaros, Aethiopes, & penè infinitos alios populos? Quorsum, inquam, tot historiarum plastra aperuero? Profetò portenta & prodigia ac virtutum miracula gignit orbis plura quā centū benè facundi Cicerones, enarrare queant mortalium

PERIPETASMA

taliter' opera, moribus cultibus, legibus, cun-
giotioribus studijs, & deniq; rerum gesta-
rum varietate orbis totus admirabilis ac
prodigiosus redditur. Habuere olim Her-
odotus & Tucidides quod scriberet, ha-
buit et Titus Liuius, et Crispus & Clitar-
chus, & Eratosthenes, & Hieronymus
Rhadius, & Iosephus, Paulus Iouius,
Malleus, alijq; viri historiarū peritissimi
scriptores quod scriberet. Porro hac nar-
randi forma sum usus, toties videlicet ut
superius premisi repetens, vidi hac, rur-
sus vidi illa, idq; feci quum alios multos
probatissimos rerū narratores imitatus,
tum potissimum, vt à me prædictum fuit
Molinetū illum scriptorem non contem-
endum & Textorē Rauifium, qui in dia-
logis prodigiosarū rerum de narratorem
introducitur quasi trigesios repetentē hanc
vocem, vidi, nos autē hic clarè aperimus,
quę orbi absq; dubio euenerē, habet enim
teste diuino Augustino historiarum cogni-
tio momenti plurimum, quanquā quan-
dam variarum rerum narrationem id ar-
gumenti potius referat quā annales quum
ipsa tempora certasq; horas curiosus non
annotauerit.

Faceta

FAUSTA ET IOCOSEN.

AD LECTOREM.

IC festivam quadam & iocosa
et iocosa sora lectoris animum exci-
tandi ac refocillandi gratia,
velut serie intertexta in
termixtaq; bellicimus, quis
etiam saepe, qui aliquos si non ferat
sales sermone lepidiore, liberiore, iocosa
dophticorum deliciae & facetas, quis
tam monosius raro, tam auctorius, tam se-
verus, tam dulcis, tamq; caperata corruga-
taq; frons, dum vel sancto anniversario spes-
tio nondicatur, quis sapit omnibus horis
qui sunt sapientis, in cuius si hunc lateat
fatuus aliqua dulcissima & Moris ve-
stigium, ut scribitur, qui ipsius moris en-
comium scripto celebat, hoc conamus
malum, semel infamem nos, & dulce
et laetus pubas Horatius, desipere in loco, ob-
eam causam sic laetus liberq; canit, ne n*on*,
minim sicutus videatur forte insano as-
sidere, sic enim ille loquitur, spargere flo-
res, incipi am patiar, vel in consultus ha-
beri, Qui sonat, tamen affine est & illud, studi-
tiana non similitate loco, sapientia summa est
etiamque

aa quoties

quoties Plaur^o? quoties Teretius? quoties
 Lucianus iocis luserunt? Bocatius librum
 habet facetijs plenum, & Barlandus iocis
 refertum opusculū. Neq; libet tamē hic
 referre, quod Dauid tantus rex oportune
 simularit se furioso similem, quum nō ig-
 noraret quanto eum odio prosequeretur
 Achis, atqui ne hic desit exemplum, vel
 ipse diogenes, quum aliquādo de re seria
 differens nullum auditorem haberet at-
 tentum, cepit veluti saltaturis, cantionē
 ineptiam canere, at vbi mox plurimicon-
 currissent, obiurgauit eos, quod ad ine-
 pta & stulta gregatim accurrerent, ad
 seria autem & vtilia diligenter nō auscul-
 tarent. Nec dissimile videtur, quod Alci-
 biades fecit, is canem emerat septem dra-
 cmarum milibus, & quanquam vir esset
 negotijs planè serijs addictissimus tamen
 die quodam amputauit canis caudam, ac
 in urbem vt libere obambularet, dimisit,
 vt populus haberet, quo se oblectaret no-
 uo spectaculo. Porro ego hic iucundiora
 quædam adfero, neminem acrius mor-
 des, neminem insolentius ridens, sed solū
 vt honeste ephilarescant animi. Itaq; can-
 didè lector, hoc animo, vt teipsum ali-
 uis upp lida
 quoties

ARGUMENT. INSIGNIVM.

quoties refocilles hortor, videlicet vt cā-
to feruentius postea in negotijs serijs xq
totū exerceas. Atq; hic est vnicus ille sca-
pus in quē musa mea hæc scriptitans ocul-
lum fixit. Oportet quippe nonnunquam
Iudere par impar & equitare in arundine
longa, bene vale & hilaris viue. Sunt quā
Luciani risus & delicias miris gestibus
narrat. Nec desunt qui antrū Patricij ap-
positissimo ordine totum describūt. Sunē
quoq; qui ex imo neptune, videantur no-
nas monstrorum species ac laruas expi-
cari, vt habeant quod dicāt, sed omnium
suauissimum fuerit audire milites quoq;
dam veterans iam decrepitos foco assi-
dentes & inter pocula mira denarrantes
aut senes aulicos longis ruptos incurua-
tesq; itineribus. Euge quidpiā dicampe.
Vidi Rotm̄ Pasquillum illum tōforibus,
pistoribus & cœcis vbiq; locorum longe
notissimum, is iam rufsi laborat & ea tam
graui, vt vix sperent nugones huius cul-
tores homunculum posse reualescere, tā-
tum rerum nouarum hactenus effutiung
quælibet in quenvis cōvicia dicere seu
toties contorsit collum splendide mētiēs,
vt iam gutture hausta arena oppleto aq

aa ij obrute

PERIPETASMA

obruto, vix licet quæ ingeniose effinxis
 publicus promulgare, hodie ratus scri-
 bit, quod videat chartam nimio. vñale,
 ñqo. varia ob rationes, sunt qui nates
 sacerdotis ferdidaq; son; fano non stramine
 aut herba depurgent, sed solū charta eaq;
 purissima. Sunt causidici ac procuratores
 (vt vocant) ciuitates, qui nihil quam scri-
 ptitant. Quid multis? Habet Pasquillus
 quod obijciat petenti forte qui sese mor-
 talium gerant res ac negotia, mentiri (in-
 quit ille) vt mihi familiare est, possum, dū
 de Pontificibus, de cæsaribus, de regibus
 ac plebeis nugor, at quum tanta sit char-
 te caritas, nihil aliud ex me expectandū
 est, senex erat at nunc decrepiti personā
 agit, hoc est, ultimam fabulam saltitat, nō
 dum tamen prorsus nares emunxit suas,
 proferet orbi adhuc aliquot apohtega-
 ta, scomata & dicteriola. Ad hec vidi lu-
 tetiæ Petri Cunetium iam imberbem, is
 vsq; adeo occupatur salutationibus, vt
 vix omnes liceat liberè resalutare, nasus
 illi prærosus est, forte (vt multi opinan-
 tur) à muribus. Barbam exusserūt, haud
 scio quam barbari hospites, menti tamen
 adhuc pars adhæret genis. Lutetiam non
 vidit

ARGUMENT. INSIGNIVM.

vidit qui hunc non salteauit. Homoniu-
lus est, ut illi tantum honoris deferamus,
qui nullum mortalium hactenus affectus
iuriarum adeo patiens, ut etiam si illius
bias pugnis quatias, non velit vlcisci; quo
ne cogitet quidem. Vidi brugis in adibus
duo Donatiano sacra, tacodemonē lari
go redimitum paleo, qui Coricei officid
diligentissimē fungitur. Is huc atq; huc
circumspicit capite ramen (quod mirum
est) immobili, ut si quis forte viderit in
templo deambulantes ac confabulantes
cartulę, quā manu teneat, inscribat ac sube
notet, ratus fuit haec nos nungonum, ob
ambulantium ac confabulantium catalogo
gis, ut ei nihil charre super sit, quod non
sit armamento calami iaspersum ac denia
gratum, & hinc non dieenda deambulatio
audacia perseuerat, quod non sit, qui scrip
tæ novam chartam porrigit, propreca
quis testamento instanteret, ut illi saltem
mēsibus singulis aliquot papryk folia
ferantur, ingens magnitudine volumen
nobis breui redderet nec usquam ratione
poligraphum ruperit orbis, hic locum
habet illud: *ad amplexum ab aliis*
Si quis in specie bona in defensu fabri invenire posse
aa iii Iuppi-

PERIPETASMA,

In pite, exige tempore inanis erit.
Vidi haud scio quo nomine vocatum, se-
niculum quendam, qui melius & rectius
sciret quo patre, qua matre, quibus pro-
vis, ac atrauis natus fuisset quisquam: quā
ipsemet de quo agebat, imo in promptu
facilè expressisset, quot pediculi quot pu-
lices, quot vermiculi tuo induvio lineo,
thoraci aut diploidi insuissent, tam bellè
scopum solebat attingere. Diuinę litteras
testantur Melchisedecem sine patre, sine
matre, sine genealogia, nec dierum initium
aut finem habentem, at hic nisi fallor ap-
tius & expeditius nobis totam Melchi-
decis stirpem, patrem ac matrem & ipsius
parentum, cognatorum & affiniū nomi-
na, estates, annos ac mores ob oculos de-
pingeret, quam quisquam eorum omnium,
qui sub sole viuunt, adeo siciens est ac stu-
diosus negotiorum proximi, vt nihil no-
sciat curiosus ac vigil perscrutator ac Ta-
talus alter. Vidi quoq; Atrebari Baudetū
quendam morionibus non ita dissimilem
quem diui Gangerici cāpanz multis an-
nis aluerunt, huic pro ludo erat, nudatas
nates bene sordidas, quas quoquis tympa-
no inflatiores habebat, cūtuis ostenderet
quod

ARGUMENT. IN SIGNIVM.

quod ut posset tutius, crebro summas ac
celerrimas turres atq; etiam ipsarum tur-
rium summa cacumina & apices intrepit-
dus ascendebar, vbi reuoluens palliū, nu-
das nates vsq; ad dorsi spinam, nam fœ-
moralibus nunquam vſus est, quod exē-
ctis testiculis locum etiam non cogitanti
in tibias diffueret, omnibus ostendebat
egregium sanè spectaculum, imo nec re-
gum nec principum nec magnatum oculi
lis pepercisset. Audax & spurcus ille Pri-
pus, planè dignus erat qui Priapi sacra
initiatus fuisset, cuius sacerdotibus lice-
bat si qua veteribus & lyra & alijs fidei
reuelato palam vmbilico illud membrū
quod si dijs placet, nec pudor nominat &
natura iubet tegi, in summo statibus gra-
du omnium, qui aderant, oculis ostende-
re. Vidi Valencenis Molinetum poëtam
Gallicum aut si maiis Hannoniū nec ob-
scurum nec indoctum virum, facetij le-
poribus, salibus, apophthegmatibus, di-
cterijs ac deniq; obliquis strophis vsq; ad
prodigium scatentem, huius pauci Neo-
terici meminere, quanquam adhuc pes
plurima scripta orbi relicta nobis loqua-
tur. Vixbat anno à Christo mto 153. haud

aa iiiij scio

scio an liuoris inuidiaq; impulsiu sedem
 sit, quod nec Clemens Marotus, nec Leo-
 nes Maierius Belgicus ambo ratiōne veri-
 ficatores Gallie, vsquam aut ratiōne saltē
 honorificam Molineti huius mentionem
 faciant, aut si faciant, tam frigidē ac sobriē
 rem accēpunt, ut dicas eos & alios huius
 farinæ, non admodum magni facere vo-
 luisse virum circa controvēfiam inge-
 niosissimū. Mihil omnes gratis sunt et corū
 monumēta exoscular, qui sese aliqua do-
 te celebres posteritati testantur, nec pos-
 sum non fauere eorum glorię, quod putē
 īd quoq; nonnihil prodesse ad stimulan-
 dos corū animos ad præclara opera, quos
 numinis pietas donis suis fœlices reddi-
 dit. Nō hic adferam quos libros nobis in
 publicū emiserit hui⁹ viri assiduus labor,
 sed visum est succincte quadam referre,
 quæ ita & fecit & lepidē dixit homo
 prorsus ad facetias natus & cuius seruies
 foro (iuxta illud) Omnis Aristippum de-
 cuit color & status & res, Nam & Dauid
 tantus rex apud Achis alium se similem
 quā erat. Philippus Castillia rex. Caro
 Quinti Caſarī pacet, virginī fox Philip-
 picos ei, vētūmā emoret, donec dederet,
 venit

ARGUMENT. INSIGNIVM.

Venit is gaudio gestis ad eum, cuius erat
nūdos numerare, porrigit ille solum tre-
decim, Molinetus tacitus submurmurant
& indignatus discedit, emit quattuor pā-
ni vlnas a chis medium tunicæ talaris par-
tem iubet cōfici per sartorem, repetit re-
giam sic asutius & altero solum humero
vestis parte recto, accurrunt aulici, circū-
spiciunt, ille recta accessit, ac regem ipsum
(vt decebat) salutauit. Rex videns illum
partim honestè cultum, partim adhuc la-
cerum, petijt quænam esset ea vestis ridit
culæ forma, respondit, regia liberalitas me
viginti sex Philippicis donarat ut tunicā
talare in novo panno mīhi cōpararem,
at tredecim solum recepi, quibus empta
est hæc tunica pars, quum reliqui trede-
cim accedent, aliora partē adiiciā veniāq;
veste integratæ. Risit p̄s̄nc̄ps huma-
nissimus & dure obiurgans cōsuumum;
addita et altera eris parte vestitæ totum
Molinatum, cuius pars media adhac ven-
tis erat exposta. Hūc forte alloquebatur
mulier rustica, ac petijo ubi ageret Molin-
etus, est (inquit) ille hic vsquam in tē-
plo disquire cum, tū illa, quo iudicio au-
figio cum iaceat concanonicos, qui multi
sunt

sunt numero, dignoscere potero, conspi-
ce (inquit ille) omnes, & omniam deformis-
simum accede, ille est haud dubie. Va-
gatur illa ac spectat rectaque Molinetum
repetens ait, tu ipse omnium deformissi-
mus es nec deformiorem inuenio. Ergo
(inquit ille) ego sum. Tu serio petijt, quid
illa vellet. Respödit rustica, se velle eum
consulere, ac viri tam celebris consilio uti
simulque ventris flatum, quanquam ti-
midula nates premeret, forte emittit, sed
nullo sono aut murmure, erat mutus cre-
pitus, mox foetor deuenit ad cōfiliarij na-
res, vade (inquit ille) aluum exonera-
tura, nam præcursores & veredarij ob id
venere. Vtere hoc meo consilio. Tum illa
hoc acero perfusa, sensit se 'explodi, quæ
Mopsum illum, deformé prius vocarat.
Petenti euidam, vt opera quæ adiderat
proferret, nā libros emisit ingeniosè adi-
tos non paucos, euocauit aliquot proles
suas ac dixit, hæc sunt mea opera. Idē in-
uisebat aliquoties pedes quendam Ioan-
nem Carduum, dum videret auram nec
oportunam nec serenā, asino insedit, per-
uenit tandem ad urbē, ubi ille morā tra-
hebat, suburbia, ac ibi relicto in domo
subur-

ARGVMEN T. INSIGNIVM.

suburbana animalculo , pedes proficisci-
tur, ac intrat fui Cardui ædes , salutabant
amici admirantes, quod cœlo tam incom-
modo prodiret, Ego (inquit) ad suburbia
vñsq; vectus sum atino, sed quia hoc ani-
mantis genus folet carduis vesci, ne vora-
set hunc amicum meum Ioanuem Car-
dium, nolui huc adducere. Risum est affa-
tim. Garriebat nugones quidam vitiliga-
tores se non habere causidicum quale re-
quiererent, tum ille , accipite cæram & ex
ea qualem vultis & optatis vnum vobis
conflate ac singite. In caterua ac confessu
virorum granum stabat morio vir planè
stultus, huic quum obiecisset quidam ac
dixisset: Quid tu hic agis stulte? sum (in-
quit) cum alijs, supple, stultis , nam teste
sapiente illo prisco, stultus reliquos om-
nies sibi similes esse putat , noui amicum
qui dubeter his in ædibus scriptitaret vbi
sordidior esse famula, quod sciret ibi nō
deesse pulueris & arenæ plurimum , quū
locus infrequenter scopis verreretur, por-
to puluisculo & arenula scripturam sicca-
mus. Is aliquoties dicere solitus erat ei
quem dimittebat forte non ita bene con-
tentum, nescio quid viri sis? nescio quid-
nam

nam tibi velut si appararem tibi ientaculum simul & alterum oculum tibi excuterem, adhuc contentus non essem, nec putares tibi adhuc satis factum. Opilio quidam potu obrutus nocte iam profundissima iuit cubitum, at quum unus solum ea in domo lectus esset, nesus est se adiungere socio suo iam dormienti, sed infelicitate, nam relicto ceruicale caput posuit ea parte quæ pedum esse solet, stertuntque ambo, sed alter fortius, nam utraque parte superiori & inferiori miros addebat sonos, tum experrectus opilio, haufit fragantiā nidi, ac dixit, heus tu collega, quā fœtidū habes anhelitū? heus qualis es! te spiritus tuus? id fateor (inquit ille) sed ordine præpostero iaces, nam oris anhelitus non es sed natiū. Cōcionabatur suis, è Lutherianis quidam insigniter hæreticus, is dum ad concionis medium, orationem protraxisset, cœpit tria quedam, egregia scilicet populo exponere, primum est, inquiens quiddam, quod ego certo scio & vos nescitis, videlicet hoc meum induxiū lineum, quo nunc vtor, lacerum esse & planè detritum, aliud est, quod fateor vos scire & me prorsus ignorare, an scilicet velitis

ARGUMENTUM INSIGNIUM.

Velitis mihi dono edare fœmoralia noua.
Tertiū deniq; est quod nec vos scitis nec
ego, nec vos intelligitis nec ego, id mimi-
cium est hodiecatum euangelium. Tolera-
biliora profecti erant, quæ olim aliquo-
tis Robertus Liciensis è suggesto protu-
lit. Vidi vaſcum ac verſipellem homi-
cionem, qui pent diebus singulis sex am-
plas patinas fabis ad summum plenas mis-
nè solebat etiam deinceps, & audiis duceis ex-
agere, tunc fixoentre vehementer infla-
to ac saburrato ipi placis simulabat se hi-
dropicum, ad hoc iuuabat; quod à parte
posteriori iuam plus satis foeridam, &
corruptas cœpas oleantem efflaret. Gor-
gouitus hircum olet.

*De prodigiosa Helluone, viro plane nihili
atq; impudentissimo, cætera optimo.*

De insigni illo placentakum,
partocrearum, omesorum, om-
nisq; generis farcimatum hel-
laione, qui iam à laniomū tur-
ba, nec immerito Macellitē-
pestas dicitur, nullū omnino à vulgo fer-
re mendacium, nec illi vñlā infamiz, quæ
non iure meritus sit, impingitur notula;
quum

quum huiusmodi sit homuncio, non me-
do qui Æsopum aut Mopsum deformi-
tate vincat, sed qui malarum artium co-
gnitione, ingenijque fallacia, vel Circen-
spiam aut Mædzam superare queat. Vti-
nam vidisses illud hominis exuvium sive
somnium, vult nobilis haberi, quum vix
dignus sit qui porcis è quercubus excu-
tiat glandes, aut qui suum dorsa fricet pe-
ctine. Imo ne noctuas quidem puto tales,
qua tam hispidum barbarumq; monstru
vel fratris vel cognati dignantur nomine
etiam si ambiat earum cōsortium, nasum
habet Stiria & mocore familiari perpetuo
madentem, retusum, curuum, sed adeo
amplum, vt vix vrsi tres (quanquam, fi-
gura illa hiperbole non nihil loci forte hic
habeat) illum totum spatio diei vnius de-
uorare ac consumere possint, patulos ha-
bet oculos sed adeo non vigiles, vt cum
gliribus somnolentia possit certare, nam
surgit nunquam, nisi fames coccigem è ni-
do vi pellat, cantillat interim excutiens
comam quam semper gerit impexā, osci-
tat, distendit neruos, frequēti crepitū cu-
bile personat. Dum ad ientaculum ventū
est, instar vulturis in Dapes inuolat, terit
omnia

ARGUMENTUM INSIGNIUM.

omnia dente, inter comedendū eius vox
pērpetua hæc est, non satis est cibi, adde
ad huc aliquid, cip̄um exhausi, sed non
prius bibit, quin in stomachum tantum
immisserit obsoniorum quantum vix tres
ventres bene capaces caperet. Ciphū nec
plenum nec vacuum ferre potest, eum si
plenus esse bibit si vacuus, vinum infun-
dit. Oculos ipsos habet mire hirsutos ac
setosos (vt iam dixi) assiduo grauatos
somno, quoties saltat, tories sonitāt ac
timiunt; oīnates, si crepitum nōn ædat,
saltet ut talem Boream absque fūlo emit-
tit, vt narēs assidentium aut astantium;
etiam si maxime clausas, penetrat vis fœ-
teris. Is sane hipocrisi, dolis ac mendacijs
Caluinistis ac Lutheranis est persimilis,
nusquam locorū hactenus repertus fuit
talis histrio, multa potest. dormire potest,
potitare potest, comedere, obambulare,
nugari, mentiri, scortari, furari, suos digi-
tos numerare, vngues resecare, alios falle-
re hæc inquam potest monstrū, sed nec la-
borare potest, nec operari, nec sudores fer-
re vñlos, quoties loquitur, corrugat nasū
& limis oculis intuens eos, qui allōquun-
tur, ait, agat Paulus de fide, de gratia iu-
stificante

stificante, de prædestinatione, de redemp-
 pto orbe, tractet Aristoteles de cœlo &
 mundo; loquatur Avicenna de sectione
 vénç, Galenus autem Hipocrates de morbo-
 rum generibus & horum remedijs, de
 radicibus ac herbis, naso de amatorijs, tra-
 ctent qui fabri sunt fabrilia, tum de rana-
 rum saltu, de furtis passerum, de glirium
 somno, de umbra asini, de lana caprina,
 argumenta atq; historias enarrat valde
 miras ac tam decenti ordine orationem
 componit, ut cum vix inceperit de ouis
 loqui mox ex abrupto admisceat candas
 murium, aut muscarū morsus, ut hic verè
 meteat locum illud Maronis, Quo nūc
 se proripit ille? simijs oblectatur & cani-
 b°, qui auriculis carét, ipse adeo bene au-
 ritus ut ex altera aurium quasi duo cal-
 ceorū paria possint confici sed infantulis
 non gigatibus, nec vñquam métitur nisi
 loquatur. Quoties quēpiam videt alteri
 vehemētius indignantem & acerbius lo-
 quētem ita dicere solet, Comedis murē?
 alludens ad hoc quod felis soricem vorās
 raucum murmur edit gutture, scurra est,
 ganeo, scortator, fur, sacrilegus, nec ulli
 aut legis aut Dei aut diuorum vñquam
 memor

ARGUMENT. INSIGNIVM.

memor cetera optimus ac sanctissimus est
tantæ religionis est vt ludat nunquā, nisi
alea, idq; sepiissime diebus ipsiſ dominicis
dum alij summo sacro intersunt. Habet
suos congerrones ad manum paratos, atq;
his legibus inter eos tractatur aleq; iactus
& sors dubia, vt qui victus succubuerit,
duos amplissimos vini Beluenſis cataros
teneatur eodem spiritu exaurire. Is ve-
rò nunquam vincit, nec est illi admodum
cordi, alijs hac arte videri superior, mau-
ult bibere hirudo, etiā si alij siti pene ex-
trema crucientur, tam ardēti in suos vi-
tetur cōsocios charitate. Ardet enim ei gut-
tur, somniat noctu ſepiſſimè. Narrauit
ante dies aliquot, quid ſomnianti accide-
rit, audite, nam voce clara, prima aurora
ē lecto exiliens, ſic vicinos pene omnes
conuocabat, audite (inquit) narrabo ſom-
nium, videbar hac nocte fœliciſſimus, ſed
ligneā fenestra vi venti pulsa decidit ac
fœlicitate mea tum misere fui ſpoliatus.
Non est Iosephi illius ſomnium, nec Sci-
pionis, ſed audite. Dormiens raptus ſum
in fœcundiſſimam regionem, in ea vidi
etiosos, quietos, pingues, & in miris deli-
tijſ omnes incolas viuētes, ſi quis ibi dua-
bb bus

PERIPETASMA

bus horis post meridiem dormierit pro
 somno duos asses recipit, qui spinam dor-
 si muro aut parieti, totis viribus affricat,
 quoties id facit, quattuor asses illi nume-
 rantur, ex equis ibi non stercora, sed oua,
 cocta admotis sportis qui vult suscipit,
 Videbā quam plurimos complexis bra-
 chijs, sub vmbra iacentes, in quorum ora
 modo fuissent aperta assatae perdives vle-
 cro inuolabāt. Omnia flumina lacticinijs
 scatēt, butyro & saccaro. Qui ibi credito-
 ri suo iam anno toto debuit aliquid, non
 tenetur postea soluere, nec ad vllam ob-
 ligatus est satisfactionem. Semel in heb-
 domada (si lubet) accedis hortum, & ex
 arboribus ipsis subuculam pro die domi-
 nico detrahis & excutis, nam ibi arbores
 vestium & indusiorum omnis generis fe-
 races sunt. O beatos illos incolas, ibi le-
 pores non (vt aiunt) pro carnibus currūt,
 sed assatos sese vltra omnibus obtrudūt.
 Vidi (ait) præpinguem bouem, qui totus
 assatus huc atq; huc diuagabatur gerens
 spinæ dorsi infixum cultrum, vt eo quis-
 quis veller, tantum quantum animo fa-
 tis esset, carnium sibi sumeret. Ibi in-
 credibilis est quies, aurā spirās suauissima
nec

ARGUMENT. INSIGNIVM.

nec venti, nec turbines quenquam lædūt
vtinam (addebat ille) possim talium ci-
uium catalogo plebiscitisatq; priuilegia
ascribi, ac delitijs tantis in multos afflu-
re' annos, sed me miserum, sed parum fœ-
cundum ac numine fœlix somnium, verè
illud expertus sum, somnia ne cures. Tū
oscitans ab auditoribus suis petijt quo a-
biret ventus luna quando noua renasci-
tur. Mox tespondit quidam, in caput tuū
intrat, tum ille, ergo ego sum lunaticus.
Paulo post, rursus somno non minus pro-
fundo mersus. Vidi quædam prodigiosissi-
ma, audiui aiebat canes ex eorum gre-
ge, qui cedum custodes habentur caudis
latrantes'. Vidi ranarum coaxantiū mul-
titudinem pene infinitam, quæ simul ac
gregatim saltitātes & obrepentes ad sūm-
ma cedum cacumina ferebantur, vt Cico
nias, quæ nidum amplissimum celsis ca-
minis imposuerant, detraherent. Vidi
coruos cygnis candidiores, simias cauda-
tas, homines non oculatos, contra talpas
certantes, mulieres mutas (quod plane
insolitum est) nebulones quosdam ex
eorum albo, qui sunt fruges consumere
nati, absq; pedibus & tibijs alacriter ob-
bb ij ambu-

PERIPETASMA

ambulantes, boues & zquos ab ipsis plaustris & curribus trahi, sué Boeticá docere mineruam. Vidi præterea duos quodam asino insidentes, quorum alter senex ac etiam jam decrepitus videbatur, alter adolescentis, iij dum transferunt clamabat populus, quid hoc sibi vult? quod illi duo simul asino insident, sic animal nimio grauantes onere, tum descendit seniculus, ac relicto iuuene progrediebantur. Rursus audiunt murmurantem populum, dicebant pene omnes, cur iuuenis ille pedes non graditur potius quam vir ille senio confectus. Descedit iuuenis ac cessit seni, nec mora, alij, ante quos iter faciebant, vociferati sunt irridentes senem, quem pigrum vocabant, quia is ferretur asino & cogeretur iuuenis pedes ambulare, collum ineunt ambo, & tum conclusum est ut humeris ferrent asinum, quem illico assumunt & ferunt, populus hoc motus spectaculo longè absurdissimo & nūquam antea viso, reclamat, ridet, expludit palam miseros, tum illi, Heu quā difficilē est populo satisfacere, nullum non mouimus lapidem, ut sic nos gereremus ne quid esset, quod posset à quoquam taxari

ARGVMENT. INSIGNIVM.

xari aut reprehendi, iam planè compertum habemus, nullū sub sole mortalium esse, qui tanta arte possit in theatro saltare aut narrare fabulam; quin semper populus aliquid defyderet, foro seruire hoc opus, hic labor est, O studia mortalium ac labores. Verè sese fallit is, qui sibi persuasit sese omnium palatis posse aptissimè respōdere, satisfacere ac placere. Porro siue loquatur siue non, nunquam non ridet, habetq; os iam per frequentem risum usque ad ambas aures sectum, & nāsum mento contignū. Huiusmodi quædam à nullo hactenus audita mira cōstantia denarrabat, addebat & hoc, ipsos pensionarios hoc anno morituros, sed pronosticationes habere, eos omnes anno reuelato resurrectos ac reuicturos ut anpūā pensionem suam recipiāt. Pluraq; dicturus nitacuisset erat. Sed naturæ ordo alio abduxit somniorum interpretem, erat aluus exoneranda, nam aliquam subluei ac dissenteriæ speciem nimio frigore contraxerat. Sic tandem dissolutus est auditorum grec, iam primum cœpit de dēcēda uxore serio cogitare, nulla nisi imo ne furia quidē villa Mopso reperitur, nec
bb iij verè

PERIPETASMA

verè dignum patella operculum, vult interesse futuris nuptijs quā plurimos, iam vocari iussit quinque insignes helluones cognatos (vt arbitror) suos, nec vnquam nisi bis in anno abluit manus. Hic ganeo nunquam hactenus visus est balneis aut vnguētis aut odoribus, nec visus vniquā comedere sorices aut limaces limosiores aut fœnū, aut saxa aut rudera, perpetuo abstemius, nisi quum affatim vini habet, runc guttur coluit & canit. Io triumphē, decidit in fauces præda petita meas. Dicere solebat indiciū signūq; esse infaustū tēporis quādo felis moritur somnolentia aut famula domus fame, quum hæc gerat promptuarij vbi obsonia recōdūtur claves & fœlis in aliquem locum ascendere queat vbi libere dormiat, quo nemo iraudeat, cōgerrones habet multos ad omnē malefici atq; flagitiij genus multo paratiissimos, scurras, nugones publicos, nafutos, tamen & annosīs vulpibus calidiores & astutiores, par nouorū calceorum, quibus egregios pedes suos nuptiarum spectatoribus cōmendabit dies antē paucos è clando quodam sutore vi rapuit, accessit sutorem, porrigitur calcei, probat,

sū con-

ARGUMENT. INSIGNIVM.

si conueniant pedi, sed (inquit ille) cur-
su probare calceos optimum fuerit, iuxta
illud Horatij, Si maiores pede sint, sub-
uertent, si minores, vrent, ac sic se in pe-
des proripuit, at ne sutor ille claudus cui
videbatur illata iniuria vel calceos repe-
teret, vel iure cogeret ad satisfactionem,
ille simulauit aliquot diebus se dira peste
laborare, porro is dum reualuerit, quis
ausus erit eius nummos forsitan eo infe-
ctos veneno contingere ante biennium.
Ea est prodigiosi helluonis hystoria. nū
nostræ xtratis hæreticis summæ cuiusdam
gloriæ loco est, quod talem habeant colle-
gam? iudicent muli & asini eorum cog-
nati. Preco quidam impudens è Caluinî
familia dum multa è suggestu pronūcias-
set, cœpit vociferari & exclamare, An ne
hæc vera sunt quæ dixi, subdubitat aliquis
en pileum meum in testimonium proij-
cio, simulq; cum dicto in vulgus pileum
proiecit, ac malum, eo pileo infœliciter
iacto, excussus est gibbuloso cuidam ocu-
lus dexter, quo postea solem vidi nun-
quam. Caluinus id resciens tam indignè
tulit vt toto triduo nihil cacauerit præ-
ter hila fabarum, nam fabis frisiae lubens

bb iijj vesci-

PERIPETASMA

vescitur. Idem pomeridianam orationē habens ad populum, aliquot vini cantharis faburratus, vix tribus verbis in mediū prolati dixit, micturio, discedo mox reuersurus ac simul aluum exonerabo ne rursus eo cogar ire, redit immemor loci quem declarabat, tum ædentula quædam anus clare dixit, In ea, materia destitisti à dicendo. Rustico vrbanus vir occurrens petijt num recte apud eum sese haberent omnia? recte inquit ille. Vxor mea mortua est, nam ferunt marito duos solū dies esse suaves vnum qui nuptiarū est, alterū qui funeralis vxorij. Quærebatur apud amicum vir quidā præpinguis, quod illi nihil saperent carnes falsæ siue bouillæ essent, aut suillæ aut ouinæ aut leporinæ aut ceruinæ, fastidium (inquiens) naribus meis & ori adferunt hæc omnia, breuirer dicā, nullus est mihi appetitus, sic enim loquebatur, nā horum, obsoniorum satur erat, tunc respondit is apud quem hæc exponebat, noui qui huic morbo medebitur, & appetitum nouum ministrabit, simulque nominat principem quendam vicinum, accedit vir ille nauſe-abunduns, alter oratorem agit, & aduertus cauſa narratur

ARGUMENT. INSIGNIVM.

ratur, tū princeps per suos satellites eum rapit, & toto triduo turri includit, nec ei quicquam datur prēter duos aut tres panis rancidi bolos, quum iā biduo clauderetur cœpit famere, & quemuis appetere cibum. Porro princeps diutius tenebat eum vincitum, nec dimissus est, donec illi vehementissimus & ardens rediret appetitus, quamuis ille naso per æneos cancellos protruso cibum peteret hiatibus buccis. Tádem ait princeps, Heus tu vir egredie, nauseam tibi quæuis mensa paucos, ante dies adferebat, nunc certo scio quibuslibet cibis vesci poteris, nā ex eo grege erat qui anabaptiste dicuntur) morbo enim tuo attuli remedium, nam vel fabè famelico sapiunt. Philosophus quidā post multos nodos arte contortos, tandem ita cuidam literato quidem, sed cui nugamēta Philosophica curę nō essent proposuit Sortes currit & cætera. Respōde inquietus, ait alter, si currit, currat, quid mea refert si stat stet, ego nolo illi esse impedimento. Eo tempore elemosynam Bruxellæ ambiebat ab aulico nobili scholæ prætextu, iuuenis quidam, qui se studiorum dicebat, petijt ita aplicus, cuius conditio-
nises,

P E R I P E T A S M A

nisi es, sum (inquit ille sua lingua) pauper
clericus ac studens, tum aulicus cœpit la-
tine agere, & vrgebat ut studens respon-
deret, ego (inquit ille) nō capio quid ve-
lis, nec te intelligo, ea lingua est mihi ex-
tera & peregrina. Tum aulicus, tu verè
pauper clericus es, qui ne vllum quidem
verbum possis latine exprimere, paupe-
riem tuam sentio & agnosco. Seniculo
cuidam Atrebatenſi sua causa perierat, ob
quam causam perditam commotus cau-
ſidicum in platea repertū sic alloquitur,
Si mihi frater germanus eſſet qui idem fa-
ceret quod tu, dicerē illum eſſe furē. Vo-
cas ait ille me furē? non inquit, sed si fra-
trem haberem. Eas voces crebro repe-
bat, sequebatur caufidicum illum quodā-
modo eſſe furem. Paulò post Antuerpię
Hispanus quidā rogabat barbitonſorem,
ut discriminaret ac digereret ipsius bar-
bz (quam fyluosam alebat) pilos ad for-
mam ac modum Nazareorum. Quābar
bitonſor plenē non aſſequeretur, quod
ille fieri cupiebat, mox rursus iracundo
animo cœpit vociferari sua lingua, a la
Nazarene, a la Nazarene. Interea manu
huc atque huc distotquens ac diuertens
pilos

ARGUMENT. INSIGNIVM.

pilos non sine multorum, qui spectaculo
intererant, risu cum rursus barbitosor vis
inquiens tibi precidi nasum? impera &
puta factum. Lutetię vir mento imberbi
accessit barbitonforem ac rogat vt ille di-
ligenter quereret ac raderet barbam, quā
sibi persuaserat méto suo ac labris adha-
xere. Barbitosor cœpit circumspicere ac
ne vlo quidem barbę pilo circa os reper-
to, accendit candelam, discurrit, disqui-
rit per angulos infernè superne, ac tādem
petenti quid ille tanta diligentia disqui-
reret, ego (inquit) quero barbam tuam
nec inuenio, haud scio an forte in penu
cederit, en vidisti pavimentum, lateres
& arenam euerti nec reperi, initio tamen
dixisti te hinc aliquam deportasse, hęc fe-
tiva ac lepida responsio omnibus excus-
sit risum.

Venēre duo vt sacris ordinibus initia-
rentut & ad sacrificorum dignitatem sta-
tumq; reciperentur, alter eruditus, alter
stupidus & indoctus, vocantur ad examē
eui inerat eruditio, prior ingreditur,
mox sublata voce petit examiner, Hie
rusalem quę pars? ille, cum vir valde do-
ctus esset, arbitratus se rideri, quod tam
sobria

PERIPETASMA

sobria triuialisq; quæstio ei obijcietur ac proponeretur, quum quædam mysterio-
rum enigmata expectasset, audacter res-
pondit, petis Hierusalem quæ pars? est
pars Syriæ. Rursus examinator vir nareis
obesæ & imperitus, cuius casus? respon-
dit alter, miserabilis casus, lege Iosephū.
Casum eiusq; ruinā describit in libro de
antiquitatibus Iudæorum sed Egesippus
dilucidius ac absolutius re tractat. Per-
git examinator, à quo regitur, à Soldano
hic sanç iuxta adagium, sus Mineruā do-
cet, trahitq; bouem quadriga. Mox di-
mittitur ac protinus succedit ad examen
ille alter, qui hora pene integra anxius
expectarat, tremens neruis, tibijs & pe-
dibus. Petitur. Diligo quomodo habet
in præterito? aderat ex amicis quidā, qui
à tergo tacitus suggerebat, adfer (in-
quiens) primum verbum, quod in vigi-
lijs defunctorum est (vt vocant). Porro
ante illum primum psalmum, cuius ini-
tium sic habet. Dilexi quoniam exaudiet
dominus, premittitur vnica hęc vox, quę
rubro charactere plerumq; scribitur.
(Placebo), propterea intrepide respōdit
(placebo) Quū alter suggerebat respon-
dendum

ARGUMENT. INSIGNIVM.

dendum esse, dilexi, tum omnium sententia ei dictum est, amice non places, qui putas diligo habere placebo in præterito Idem mox interroganti qui viueret quum ad sacerdotium non admitteretur, num aliunde annuos census expectaret, spero (inquit) quod Deus alet me, is bene alit anserem, qui nudis ingreditur pedibus. Dicebat quidam ex eo genere qui Calvistæ dicuntur, scio me & falsissima docere & dicere, utinam Caluinus Lutherum permerdasset & Lutherus Caluinum. Ganeo quidam fero militi impegerat collaphum, simul exclamans, habet euangelium (nam militabat sub istius noui cuius Lutherus faber est euangelij tentorio ac vexillo) si quis te in una maxilla percussit, præbeto illi & alteram. Mox respondit miles. Non legisti & hoc? qua mensura mensi fueritis remetietur vobis? nec mora, impacto pugno par illi retulit, cretensis cum Cretensi, sic putans in malo nodo malum cuneum esse adhibendum & clavum clavo retundendum.

Vocatus à senatu quidam, è discipulis melanconicis ut pecuniam, quam mutuo datam à vicino suo acceperat, redideret

PERIPETIAS MA

deret , isq; mox dum forte iudex intermulta dixisset , quid in tot dies differs? sa- nè pecunia , quę ab amico accepta est ac- kommodato , repeti nō debet , vt erat astu- tus , interpellans dicentem exclamavit . Audiūstis domini , qui hic præsentes cōsi- detis , estote testes . Hic ait pecuniam , quę mutuo data est , non debere repeti , si re- peti non debet , cur ea iam à me repetitur simulq; cum dicto latus abijt . Sed hoc di- xerat , iudex sentiens prius esse creditori satisfaciendum , quam illi detur occasio in ius debitorem detrahendi , at in suum commodum hæc detorsit nebulo .

Sæniculo cuidam petéti ab adolescéte etiamnum adhuc imberbi , cur oua decem semihorulz spatio exuxisset , quum hoc nihil aliud sit quam oleum addere camino , & compertum sit iuuentam habere fat caloris . Is protinus respondit , ego (in- quiens) hunc ignem multo potu re- stringam .

Brito quidam conuenit cū mercatore , neruiō , vt tribus stuferis flandricis ven- deret illi tot fili serici vlnas , quā longum erat spatum inter ambas suas aures , dūq; incœpisset extento filo metiri mercator , ille

ARGUMENT. INSIGNIVM.

ille sic metientem affatus est. Qui poteris
satisfacere & bone? nam lœuam meam au-
riculam patibulo Leodiensi affixit lictor
dextram habet, Iprense patibulū. Viden-
quantum sit spatij inter aures ambas? vbi-
tantum fili? Philautus quidam sese miris-
iactitabat modis quod tot & tot annis
fuisse in religione hoc est in cenobio vbi
religiose viuendum est. Tum is qui asta-
bat dixit, & quot annis fuit in te religio?
Petebat Histrio quidam à muliercula om-
nino surda, quæ ne horrenda quidem to-
nitrua potuisset audire, vidisti vnquam
virum nec vnoculum, nec oculatum nec
cœcum? nihil respondet quæ nil audit.
Idem contédebat cum anu quadam eam
ne tres quidem dentes habere, illa quan-
quam pene edentula, è contra asserebat,
habere sedentes adhuc decem, certamen
erat, de vini Beluensis poculo siue cátħa-
ro. Mox illa è marsupio protulit dentes
octo, quos fortè annis multis euulsos ac
iam putres seruarat hos inquam protulit
ac vicit. Nam eos habebat, quamuis non
omnes in ore, nimirum octo in marsupio
duos in ore. Rusticus mensæ assidens, dū
forte plueret audijt qui ita simul dicerét,
pluuiia

PERIPETASMA

pluuiā hēc nihil aliud est quam auena & fēnum mox subducens se eduxit equos suos & stipiti in platea alligauit ut satugarentur auena & fēno, atq; postea risus est. Gasconi cnidam straboni oculum, qui illi adhuc supererat, excusserat miles forte transiens, quamuis ne irato animo, nec data opera, tum ille iam cœcus factus cœpit ijs, qui astabant, sic precari faustam noctem, fausta nox, bona nox, illis admīrantibus, quod plena adhuc meridie videretur ire cubitum, respōdit, mihi certe nox iā multa est ac profunda, nihil quippe video. Asserebat quidam sese diu cum Caluino versatum, veluti Lutherus sese iactat quod modium salis cum dæmone commederit, sed se non nosse hominem qui audacius mentiatur. Habebat quidam in sua familia Iacobos duos, & cuius petenti, quomodo distingueret inter hos duos, quibus idem fuisset inditum nomen? respondebat. Sic inquit, alter altero statura multo maior est, qui minor est, vocatur Iacobus media correpta, qui maior, media longa, en discrimen, nam brevis breuem habet accentum, longus longum. Sartori cuidam cui memoria excide-

ARGUMENT. INSIGNIVM.

exciderat ac perierat, dederat matrona
tres panni nigri vlnas, quibus tunicā cō-
ficeret. Mox illa degressa, confecit femo-
ralia, ac reuersæ post biduum porrexit fe-
moralia. Quid? ait illa, ego mihi tunicam
fieri volui, non femoralia. Idem quodam
die accensa candela vesperi vxorem pene
duabus horis disquirit, quum ea biennio
toto mortua fuisset ac sepulta, infelix
planè hominū genus. Quid enim bonisu-
per est homini, si vel forte memoria ei de-
sit? at facilè quoties illi visum est, à nobis
sua dona substrahit potentissimus Deus,
sui tamen semper similis. Scriptum quip-
pe est. Ego sum Deus qui non mutor.
Attentus confyderaui duos Lutheranæ
factionis alūnos acriter inter se se de mole
corporis cerrantes, alter alterum volebat
corporis grauitate superare, erant ambo
insigniter obesi at, quoniā tunc alio voca-
bant negotia quēdam, certamen erat in
annum dilatum, sed hac lege vt is qui an-
no reuoluto plus haberet ponderis acci-
peret florenos triginta. Intere, egregie,
se pascunt porci. Eo toto tempore nihil
quam edebant, potitabant, & dormiebāt
lacticinijs, caseis, butyro, carnibus bubu-
lis &c

PERIPETASMA

lis & arietinis suffarcinantes stomacho
rum aqualiculos, hucq; ardenter trahe-
bat præde spes, tandem ad diem præscri-
ptum ventū est, proponitur bilanx præ-
sentibus testibus, imponuntur turgiduli
ventres cute bene curata, sed illico altera
lanx pondere grauis depressa est, & huic
protinus numerantur nummi. Matrona
quæ ea vidua dicebat vicino suo iam iam
morituro, mi vicinæ, tu aureos aliquot
viro meo ante biennium mortuo debe-
bas et adhuc debes, ego inquit ille ad eum
iam migro atq; simul colloquemur, & ibi
eōputabimus, porro si hic me debere fa-
teor num satis est? Conspxi, quod nus-
quam antea, Brugis ferijs innocētium ac
diui Thomæ Cantuariensis, archimorio-
num, karuatorum ac personatorum homi-
num per ciuitatis plateas passim discur-
sentium, plena omnia, hæ pompæ solent
quotannis recurrere. Atqui sanè non de-
cet festos illorum diuorum dies stultitia
aut levitate aut amentia prophanare. Si
gentilitijs olim licuit sua Bacchanalia &
Cerealia infulsis ludicris & absurdis riti-
bus celebrare, Christianos insolentia tāta
dicrum sacrorum religionē soluere mi-
nime

ARGUMENT. INSIGNIVM.

nime pulchrū est. Cur hic dormiunt? Episcopi? cur principes non vigilat? cur magistratus non animaduertunt? cur non adiurgant & abolent, vt religiosius colamus Christi ac diuorum festa?

Vidi Beluaci qui cōpas oculis techa occultas apponeret, vt hac vi illabentibus lachrymis videretur tristior ob mortem amitꝫ, quū intus gaudio totus gestiret. Noui Bethuniꝫ qui vestem minime adhuc laceram manu clam dilaniaret, ac vi distraheret, vt noua daretur in proximo pascateu. Iuenum genius quid non audet ac tentat? Idem paulo post suos oculos, vt narrabatur, edormiit, iam solebat cōsuetudine iam in multos annos tracta, aliquoties diei, lucis, potus ac cibi immor mor toto triduo plumis indormire, tandem accidit, vt ēlecto die quodam exiliens non potuerit digitis, vnguis aut saliuia oculos reserare, iā vt noctua dormit, nec se cœcum sentit. Nam quorsum lux, dies, et alia aut vitreum conspicillum illi, qui ne desyderat quidem videre?

Narrat accidisse Antuerpię dies ante paucos id quod vix quisquam credat, ipsum urbis canicidam à cane voratum, idque

cc ij plena

PERIPHTASMA

plena luce multis in platea conspicientibus accidit, adducebat rusticus vnum ex ea canum specie, qui eodium fidi custodes sunt, ligatus erat in currū funiculo, ne quid mali per canicidam illi fieret. At id videns miser ille, rusticum alloquitur affirmans non sic fungi ligandum esse canē, sed dimittēdum, ut liberè vagari posset. Ille illico canem soluit, moxque canicida sublatis brachijs eum conatus est fuste trucidare, at mox celer canis subsilit & dente apprepresso suo tortoris grotture, vulnus, quo paulo post interiit, durè inflxit.
Quem timuere canes, fit quoq; præda cani.
Dicebat doctus quidam, in hunc modum Lutherus, Melanthon & Caluinus sunt eiusdem valoris, cuius aut quāt̄ait quidam, nullius inquit ille. Risū effeminate ac mollem quendam, qui p̄sum precum horiarum nusquam nisi foco assidens persoluere solebat, huic à tergo in aurem dixit vir probus, calidæ sunt, calidæ sunt, preces tuæ, si (inquit ille) calidæ sunt, infla ut refrigeres. Vir genere illustris a civitate Atrebatenſi ſemifurdo, qui valeret petebat. Ille mox respondit, sub intersignio draconis aurei domine mihi, vīnum praefiantis.

ARGUMENT. INSIGNIVM.

Stanstissimum venale est, putans alterum petiisse, quonam in loco bonum vinum venderetur. Vidi apud Italos, qui quum adhuc obscurioris esset nominis, nec villa præditus aut clarus dignitate, multis annis submisso ac curuo pectore velut humi nescio quid disquirens obambulabat. Huic dum obtigisset maxima quædam ac pinguis dignitas, erexit se ac cœpit reetus incedere, petenti cur sic iam corpus componeret, qui curuus & humili antea ingrediebatur, facetè respondit, tunc disquirebam quod iam adeptus sum. Fœlix cui otium cum dignitate contingit.

Mendico cuidam vafro ac versipelli occurrens nobilis petiit (nam vespera appetebat) num urbem vallencenensem posset intrare? respondit, quid ni, posses? Videlicet hodie currum fœno plenum eo intrantem. Tu nobilis ait, ex qua parte es? non sum: inquit ex parte, sum integer, iratus nobilis dixit. Ego tibi cōfricabo dorsum, facis inquit ille mihi rem gratam. Nam sum scabiosus sum. Noui quendam etiam numerus senem, cui dixit nasulus quidam vir plagiissimus, domine, mi, en hunc angelatum dabo, si patiaris me ter hac virga percussam.

cc iij tientem

PERIPETASMA

siétem tuas nates, ille lucri cupidus, pro-
 tinus dissoluit ligulas, ac nudas nates pre-
 bet, alter bis, fortiter percutit, ac cessat,
 expectati tertium ictum respōdit, quum
 tertio percussero, runc angelatum reci-
 pies, Sunt & retia, quibus annosæ vulpes
 capi possunt. Cuidam sciolo dicebatur
 quod eius vicini vellent plateæ pauimen-
 tum restaurare, atq; oportere cum quoq;
 manus auxiliares admouere, tum ille pu-
 tans se latine eleganter posse respōdere
 ait, paucent illi, non pauem ego, insignis
 certe gramaticus. Vidi medicæ artis
 professorem quēdam, qui ægrotis semper
 consulebat, vt iuberent pullum aut capo-
 nem coqui, tum si quis petijset, ad quid
 hoc remedij? nunc (inquit) illud ius de-
 glutiet ægrotus, ego caponis carnes ex-
 dam, & tu relicta ossicuta elambes & ar-
 rodes, si videbitur. Noui Canonicum
 quendā (loci nomen suprimo) is quum
 solus resideret & perpetuo abessent alij
 concanonici, ipse unus erat totum capi-
 tulum, unus capituli secretarius, procu-
 rator, os & omnia, hunc quoties accede-
 rent villici & ij quibus cum ipso capitu-
 lo res erat & instanter supplicarent, ut ad-
 mitte-

ARGUMENT. INSIGNIVM.

mitterentur ad dominos, si quando vrgē
bat negotium, respondebat ille, ego ipse
causam proponam, simulq; simulabat se
capituli locum ingredi, paulo post reuer-
tebatur ac dicebat, hæc est sentētia ac cō-
clusio dominorum, hoc iam simul respō-
derunt, non potest illa villa aut ille ager
minoris locari. Si vrgerent rustici, vt rur
sus supplīcarent, intrabat locum ac simili
foco simulabat, se de causa agere, quum
præter ipsum & mures, ne pilus quidem
hominis ibi esset. Præbendæ erant ex eo
genere, quæ æqualem præbent portionē
absentibus & præsentibus. Qui in cœlis
æternum residere vult, cur paucis vitæ
huius annis non residet in ecclesia, cuius
lana vestitur & cuius lacte ac pane alitur?
Præsentia episcopi aut pastoris aut cano-
nici videtur aliquid præstare populo sin-
gulare, quod vix, quoquo modo absentia
posset. Per se enim præsentia ipsa mire
ædificat, cætera non adfero.

Vidi in Arthesia nostra ruri in villa qua-
dam decem milites, quorum unus mox
ingressus, villicum aduocauit, & perijt,
num arietes haberet, illo annuente ac di-
cente sibi esse plurimos, adferte (inquit
cc iij fame-

PERIPETASMA

famelicus miles) duos bene pingues, simul & caponem, mox fit ut iubet. Tunc miles sedens graui voce protulit hanc sententiam, capo ego te iudico hodie assandum inter istos duos arietes. Moxque fit sententia executio. Postea rursus petit, num haberet oua. Respōsum est esse quoque aliquot simulq; sportula adferuntur Tū miles. Ego quoq; hodie oua simul et sportam deuorabo, mirabatur rusticus, si sportam esset comedurus, non (ait miles) comedam hanc sportam, sed alteram, id est, gallinam ipsam, qnē prius portauit hanc oua.

Vidi septem alios arbitror, fuisse Calvinianos uterant insigniter impudentes, qui consocium suum, qui octauus inter eos erat passim in pinguiores villas circunducebat, huius caput linteo subrubro cruce perfuso, sordidatoq; obuinixerat, ac passim dicebant furiosum frenesique laborantem, quoties in diuitum ædes ingrediebantur brachijs introducebant ful tum, ac patrem familias primo vocabant, dicebantq;, huc freneticum istum adduximus cras quidē discessuri, sed est, quod certo scias ne hic te aut tuorum quēpiam lædat

ARGVMEN T. INSIGNIVM.

Iedat, nam si quando insanire incœperit,
vix à tribus viris compesci potest, lacer-
ratq; dētibus & vnguibus quos attingit.
Itaq; consultum putas, quando petet talē
aut talem cibum apparari, si mox obtem-
peraueris, balbutit loquens, audi arrestis
auribus. Tum ille incipiebat velut rauco
gutturē, pullos petere, anferes pingues,
aliquoties sed rarius carnes bouinas, pro-
tinusq; incipiebant omnes magna dili-
gentia coquere pullos & anferes ne in ra-
biem spumans ageretur, & ne farere in-
ciperet, huius histrionis opera genialiter
alebātur ac tractabātur scurrē illi. Quot
viuendi artes reperere parasiti? ex eo ge-
nere miles quidam miro ciulatu cœpit di-
cere, restat ut cras mihi nigrum pannum
emam, & petenti quā ob causam? respon-
dit, quia (inquiens) audio breui futuram
pacem, porro bellum hactenus mihi loco
matris fuit, num æquum est pullata veste
Iugere altricem & optimam matrem? :

Bibliopolz claudi canti occurrit quidam
ac petijt num quid nouarum rerum sci-
ret? tum ille, nihil inquit, rursus alter, qui
fit quod nihil noui scias quū huc & illuc
vadas. Nāclaudius huc & illuc se flectit.

Merca-

P E R I P E T A S M A

Mercator quidam conduxerat famulam, annis tribus viginti aureis, eāq; domum adduxit, mox vix ingressa tetigerat līmē & cœpit clamare, nolo hic esse diutio, nam tēta domus adeo abscura est, vt ne murem quidem à cane in ea dignoscas, quum tamen esset lucidissima. Sed hoc dixit quod esset lippiētibus oculis, & quasi omnino cæca. Sic qui legere nescit noctu lampadem & in meridie perspicillum vietrum accusat. Indormiebat procul quidam amicūs suū gremio, vbi iam diu multis cum alijs vicinis suauiter fuissent die quodam post prandiu nugati, cœpit mox illa dormire, & profundè immersa somno ac stertens somniabat iurulentas carnes, quas in olla, vt coquerentur foco admouerat, exuri, tum illa mox putans se ollam ipsam per ansas tenere, ac (vt solet fieri) ne comburantur, commouere, arreptas fortiter manibus proci dormiētis auriculas, sic commouit, sic concussit ac distraxit, vt extremæ aurium pelliculæ hæcerent digitis. Tanti constitit illi somnus, ac mox ambo excitati præbuerent multis ridendi occasionem. Is Theodoro illi à Besa heretico huius cui pestilentissimo & lon-

ARGUMENT. INSIGNIVM.

& longè amicissimus & affinis erat.

Cæco cuidam egentissimo ducatum aureum accommodato petenti respondit alter etiā cœcus sed diues. Cœcus (inquiēs) si cœco ducatum præstet, ambo in foueā cadunt, digna cœco pectore expositio.

Abbas quidam prædiues durè arguebat opilionem suum, quod is videretur age-re, quę non oporteret, nec deceret, ac diē diu multis in medium prolatis parum ab baticè clamasset, tandem ait opilioni, quorū istud? tu etiam rases? nec semel quidem loqueris? tunc opilio respōdens, qui sapientior est (inquit) tacet, hac breuiuscula respōnsione indicans se Abbate sapientiorem.

Dicēti cuidam, ego fameo, ego esurio, prandeamus, respondebat orator quidā, at beati qui esuriunt, non vis esse beatus? verum inquit ille, qui iustitiam esuriunt sed tu nec iustitiam nec cerevisiam sitis; nam vino obrutus es. Idem solebat dicere si quando præter panem nihil mensa appositum viderer, scriptum est. Non in solo pane viuit homo. Is de collega suo eiusdem farinæ & cōditionis id testimoniū nūquam non ferrebat, his verbis, est
vir

PERIPETASMA

vir nasutus, est vir bene calefactus, pro eo quod vulgo dicunt, est benequalificatus.

Hic egregius orator semel noctu somnians furem cubile ingressum surgit ac sentiens obuiam tunicam quæ sedi lecto vicinę superposita erat arrepto gladio eā furiosissime vociferans, plusquam decem locis perfodit. Tum putat se furē cedere tum lectum repetens ait habes quod mereris fur quicunq; sis, at mane vidi quid frugis peperisset ei suum somnium.

Eundem male habebat, quod suorum auditorum ignoraret numerum, paulò post videns petacem patinam obambulantem, dixit, nescio quot numero hic me audiatis, precor, ô boni, vnuſquisque imponat patinę mez assēm vnum, & hac via atq; arte facile deprehendero auditorum numerum. Sic joco pīcabatur nūmos festiuus preō. Miror quod apud Hollandos nouos gigantes nondum extortes habeamus, quum ibi parentes quidam videantur absq; vlo ordine ac iusta mensura suas proles alere. Nam dum iam ventrem inflatum vident & altius intumescētem, quam si fabarum plaustra vagassent

ARGUMENT. INSIGNIUM.

rassent, adhuc instanter petunt. Est vén-
ter tuus ad satietatem plenus? vis paulo
plus comedere? habe. Comede, ut debet
iuuenti non quārum ipsa cupit, sed quā-
rum rationi conuenit dari & administra-
ri. Nam insatiabilis est, nec illi adhuc sa-
tisfit etiam dum iam pars posterior cre-
pitans monet riuos esse claudendos nec
plus cibi addendum. Moris est apud eā-
dem gentem quoties infantes suspirant
aut tanquam egroti longuidulas ædunt
voces & oscitantur nimirum vel febres,
vel iam sensim irrepentem morbum præ-
sentientes, ut matres aut adscelitæ nu-
trices mox petant, vis cacare? hoc tantum
petunt ac protinus detectis natibus cu-
rant ore posteriori sentinam euomédam,
quasi vero deiicio aluum simul dej-
ciantur morbi & effluant. Quis vñquam
cacauit febres? epilepsim? aut prodragam
aut paralisim? est igitur hoc vnicum pue-
ris incolumitati restituendis efficax reme-
diū? Adolescens quidam ardentissi-
mè cupiebat initiari & inauthorari, haud
scio cui instituto, ac locum accessit. Tum
sodalitij illius prefectus egressus domum
petijt num quid vellet fieri (inquit ille)
tibi

tibi similis. Rursus praecectus, loqueris latine? respodit, audio saltem aliquoties latine colloquentes & eos amo. Canis bene?sic satis (ait ille) sed melius a prandio quam ieiunus. Tu postremo petijt, murmurare nosti?non (inquit) adhuc satis bene, sed spero per gratiam Dei, quod ego id facilè addiscam, (Non debuit hoc pecus Archadicum illud adiecissem, per gratiam Dei si Dei auxilium imploret fur ut tuto furetur potius Deum contra se irritat, Deus non docet mentiri ante superioribus obmurmurare. Aedes nobilis cuiusdam accescit vir rusticus simul cum famulo, quo dum peruenisset, coepit rusticus senio tamen grauis, humili procumbere, et interea iam manus, iam genu nobilis illius osculari, quod cernens famulus in pedes se se mox proripuit, paulo post percotanti rustico cur sic celer fugisset, verebar (inquit) quum viderem eum nabile ferre, ut eius genu osculareris, ne me postea, qui te conditione minor sum oportaret eius nates exosculari.

Egregius meecator in foro mensæ suæ cui nihil superposuerat cunctabudus inuitebatur, & petenti cuidam illac forte trans-

ARGUMENT. INSIGNIVM.

transeunti, quidnam diuenderet? respon-
dit, scientiam Tū alter, da mihi inquit pro-
asse flandrico, bene respondit mercator,
en habero. Iturus cubitū sobrius esto, nec
ante lectum caligas propter pedorem dē
tibus extrahe sed manib⁹. Habes ibi quod
petis pro asse. Mox adest & alius qui in-
terrumpens colloquium dixit, prebe &
mihi pro carolino aureo. Tum mercator.
Raro inquit irascere comedens, & hilaris
latusq; viuito nec plus des vñquam quā
habes, si canes metuis, gere manu baculū
nec è foro rediens candelas sebaceas alli-
ges fœmoralibus à tergo, ne vi caloris li-
quefiant dum sudas. Preterea nihil vini
biberis, nisi ex cypho aut poculo aut alio
ex vase. Quam procul aberat iste nugige
rulus ab ea philosophi illius sentētia, qui
non tulit ullum nummum sibi à discipu-
lis dari, ne scientiam videretur conferre
ad res vanas?

Audiui rusticum egregie stupidū, qui
quum fortè à quodam Licentiato, quota
hora audita esset transiens petiisset, & ille
mox respondisset, se nescire, audacter illi
in os obſistens contumeliosius dixerit, es
tu Licentiatus? & nescis quota sit hora?
hoc

P E R I P E T A S M A

hoc tantillum ignoras? simile quiddam
est, quod alius etiam rusticus cuidam lu-
tetiareuerso obijciebat, toto (inquiens)
septennio Parisijs litteras coluisti, nec ad
huc posses equum freno circunducere?
aut quadrigam arte regere? aut halec as-
fare? quasi verò ibi hæc ij addiscant, qui
libros assidue voluunt. Quam quisq; no-
uit artem in ea se exerceat.

*Euge si quis in bunc modum scribat amico,
quis etiā inter Cretenses, quos, ut men-
daciissimos orbis explodit, tam
patientis stomachi fuerit,
qui ferat mendacia.*

Nihil hodie fert Africa nostra,
ne à nobis quicquam rerum
nouarum expectes, nisi quod
Mopsus noster ad spectaculū
inuitat omnes talpas, ac si-
mul eos, qui talpis sunt cœciores, siquidē
mira prodigia monstraq; breui nobis ap-
parebūt, idq; iuxta eius domum, quæ si-
ta est in medio Hannoniæ, iuxta Lugdu-
num non procul à Tholosa, ibi gigantes
videbuntur duorum pedum lōgitudine
minores

ARGUMENT. INSIGNIVM.

minores Pigmeis, homines quoque egrediè compoſuti natura absq; pedibus, manibus & humeris, nauigio in agris vagabuntur, celeres concurrent (vt solent reſtudines) hi promittent ſe effecturos, vt spatiotiffimum illud apud Atrebates forū, ſimul cum centum bobus deuolet in Armeniam, aut ad Schythas. Præterea ibi ſeſe auriti canes absq; tamen auribus publicè oſtendent, qui per puteos dēſcēdentes nitētur attingere ſydera. Eodem loco videbuntur & pauperes multī habētes bene nummata pecuniosiflmaque ſcrinia. Ij humum ligonibus diffodientes insidiabuntur Ciconijs, noctuis & vespertilionibus. Plurimi incedent pedites obambulabuntq; interim ipli mulis & equis inſidentes, nec ibi deerunt cœci, qui in umbra & caligine multa è libris legēt. Flentes mire cachinnabūtur. Muti decantabunt fabulas, griphes iungentur equis, cum canibus timidæ venient ad pocula damæ, vulpes alent gallinarum pullos, albi niueiç; corui circumuolabunt, accurrent ſimiæ prælongas trahentes caudas. Quid multis? tā vera ſunt hæc quam verum eſt furem aut ſacrilegum eſſe virum
dd probum

PERIPETASMA

probum. Et ne illud nescias, tam vrgentes Brumæ iniurias hoc anno pertulimus ut congelataz stiriz, nasisq; hominum adhuc hærentes, solis calore solui non possint. Mitto ad te tres muscas recēs captas. Bene vale. E domo nostra nusquā locorum sita, atque te simul & hoc certo scire velim omissis iocis & iam serio agens, hęc omnia quæ hisce scedulae litrisq; continentur, plus habere veri ac rationis, quā habeant eorum tum scripta tum somnia qui hodie noua quædam hæresum mōstra fingunt & ex-cogitant.

ARGUMENT. INSIGNIVM.

ORNATISSIMO VIR^O
DOMINO AC MAGISTRO
*Egidio Bloquerio Ecclesiae Divi Lambert^o
apud Eburones Canonico atq; Priori Ru-
nalienfi longe Dignissimo. F. Hadria-
nus Hecquetius Theologiae
Doct^r. S. D. P.*

Has quasdam facetas & iucundiores narratiunculas, ea potissimum ob causam vir prudenterissime, intermiximus, ut habeant quo sese aliquoties honestius oblectent animi. Pudet enim referre atque adeo vel meminisse quorundam, qui huius generis libellos tam latinos quam gallicos in publicum deder^e, nihil aliud, si dijs placet dum conantur iucunda lectoribus proponere, quam haec occasione mordentes, ridentesq; episcopos, sacrificios, cucullas, monachos, & quos non^t alij sunt, qui tanquam impurissimilenones, nihil crepant, nihil sonat, nihil scribunt, nihil edunt, preter sordidisima, preter venerea, ac scurrilia, aliquoties quoque tam impiam, ut indignissimam sint lettu relatuq;. Quia aperte mentiuntur

dd ij tur^t

PERIPETASMA

tur? quanta impudentia taxant, secreto-
que arrodunt (sed sic interim, ut nullus
intelligat aut sentiat, nisi is cui nihil est
iudicij aut nasi) omnes omnium hominū
status? ego hic nec dentes, nec vngues in
quenquam mortalium stringo, contetus,
si quedam solum dederim, quæ velutifra-
ctos fatigatosq; proborum virorum stu-
dijs aut alijs verè serijs exercitijs nego-
tijsque animos nonnihil refocillent oble-
ctentque. Sed hic addidimus quoq; Cato
nis superciliū, ut discant ij, quos ambitio
aut frons nimis tetrica toruáque palam
superbissimos arguit, cum Christo verè
humili humiles viuere. Discite, ait ille, à
me quia mitis sum & humilis corde. Cla-
mat & Paulus. Noli altum sapere, sed ti-
me. Atq; dominus sic minatur. Si etiam
ultra nubes sedē posueris tuam, inde ego
detrahām te. Sed sic rem interim tracta-
mus, ut potius eum, qui nimirum grauis
haberi vult, ioco quodam aspergere ac ri-
dere videamur, quam dente acrius per-
fringere. Atq; eā ob causam, id argumē-
ti, hisce nostris facetijs adiecimus. Atque
certo sciāt velim vitiligatores omnes na-
sutioresq; momi me quodammodo inui-
to ge-

ARGUMENT. INSIGNIVM.

to genio ingenioq; meo hasce facetias cā
potissimum ob causam conscripsisse, vt
ijs qui talibus argumentis oblectātur oc-
casionem darem ab illis leuioribus libel-
lis oculos auertēdi atq; auocandi, in qui-
bus sub facētiarum prætextu, multa de
sacris ritibus sacerdotibusq; impudenter
narrantur, aut scurrilia quedam solum vt
lectorī moueatur risus, configuntur ac
recitantur. Bene vale, Coloniz idibus
Octobris anno à Christo passo. 1563.

*Catonis supercilium, siue immodica nimiaq;
ridicula superbientium grauitas.*

 Ccurrit mihi vir , qui haud
scio an verius monstrum di-
cendum sit quam vir . Is cor-
nu ferus erat, tetricus, toruus,
superciliosus, fronte capera-
ta & in rugas contracta , gressu lento &
graui, Catonem dixisses, i mo quouis Ca-
tone ac plumbo grauior videbatur. Is sa-
nè, vt alij hodie haud pauci, putat sapiē-
tiam esse in fronte, philosophiam in bar-
ba ac pallio Quoties loquebatur, inuerte-
bat oculos, non aliter quam bubo, huc &
hunc iij illuc

PERIPETASMA

Illuc crebro circūspiciebat, vt videret, si qui pertransibant, caput aperirent, ipse perpetuo commode rectus, ferens etiam regios honores nisi si quādo vento veherentius flante, cogeretur nutu resalutare. At ego non ferens hominis, qui eruditus & haberi & coli volebat, supercilium fastumq;, audacter, vt liberior sum, eum adij, saluto. Ille vocat me leuem qui tam leuiter virum grauem salutassem. Nā cumulos, fasciculos ac tota plaustra titulorū sitiebat. & fieri potest quod eo sim leuior. Nā quum ille ere graues gestet loculos, crumena mea terunciolos tres nō habet. & forte multa grauia sibi circumfert peccata. Tū ego. Audet vir plusquam Cato grauis & terricus, etiā leuiter salutārium meminisse? sed, aio. Quid sibi vult hoc tuum supercilium? hæc tua caperata frōs? hi elati ocelli, hic grauior gestus ac gressus? vis haberi Deus aliquis an homo? si Deus, certe à scopo aberras. Nam ipsam summus rerum artifex Deus etiam in has humiles terras illapsus est, ac clemēs descendit, vt se familiarem mortalibus faceret & misericorditer inter peccatorū greges & turmas versaretur. Tu Christo maior ha-

ARGUMENT. INSIGNIVM.

ior haberi non vis, arbitror. Si dicis te hominem, quæ fuit illa, obsecro, extera natura aut barbara fors, quæ homini non humanam frontem dedit? imo quæ non hominem sed monstrum fecit? Para rationes tuas quibus mihi apposite respondeas, & videto si tua stulta grauitas tibi plus pariet sani iudicij, quam mihi mea leuitas. Quorsum hæc vultus larua? quid nobis tandem refers Phariseorum quandam philaphtiam? quorum sterilem & inanem hypocrisim sic paucis aperit ac detegit veritas dominus Christus? Exterminant facies suas ut videantur hominibus ieuni. Quos quoq; Paulus suæ carnis sensu frustra inflatos dicit. Quid tandem, inquam, reperfentas? le-mures? glires? noctuas? macras grues, aut graues pinguesq; siliquis & fœcibus sues? Quid frugis ex hoc vultu? quid hæc tetrica frons parit boni? docet illa Musicam? aut Cosmographiam? aut Dialecticam? aut Metaphysicam? aut Theologiam aut verumque ius? certe ius aliquod è natibus tuis credo profluit. Quid tandem? docet Alcumiam? nigromantiam; aut Phis桐oniam? Stringis labra ac sanguinem. Velut exugis tuum,

dd iiii sed

PERIPETASMA

sed frustra, nam hic plane tibi res est non
aliter quam si Cretensis cum Cretese co-
mittatur, frons mihi ænea est & astuta æ-
que ac tibi, frons, oculi genæ & totus iste
vultus faciei que tuę status ac color (ut ait
Tullius Cicero) mihi speculi loco sunt, at-
que huic video mihi probe deprehēde-
re cuius sis animi, quam superbientis, quā
ambitiosi, quam suspicacis, quam insulsi,
quam impudentis, cetera integer es ac pu-
rus. Iam ut hominis sapientia in fronte e-
lucet, sic & stultitia & affectus & pudor;
ut facile multa quæ intus ac domi hoc est
in alterius pectore latent, colligat is, cui
cœlestis flamen spirituum discretionem
dederit, nam spiritualis omnia diiudicat.
Et certe, ut varij morbi, quos intus tegit
corpus languescens, sese in genis prodūt,
ita haud raro foras per frontem velut per
ianuam quandam prodeunt ac detegun-
tur quæ intus voluit animus, etsi nō om-
nia, haud dubie quam plurima quod aper-
tiſſimum est ac valde evidens diuinæ er-
ga nos pietatis argumentum. Quid enim
beneficiorum in genus hoc nostrum hu-
manum non effudit cœlestis illius numi-
nis benignitas? Nam magno nostro com-
modo

ARGUMENT. INSIGNIVM.

modo fit, quod aliquoties animi passio-
nes in fronte legimus. Est iratus animus?
frons referat ac prodit & mox alio, cōful-
to deflectimus pedem. Cruciat proximū
nostrum liuor & inuidia? facile id vultus
declarauerit, ac protin⁹ curamus ne quid
nos lēdat inuidiē Deus, frenesi captus est?
etiam ex nāso & mento ipso morbus ap-
paret. Atq; hinc fit, vt mille modis nobis
fœliciter succurramus, alioqui in varia pe-
ricula lapsuris, nisi animorum motus, af-
fectus et passiones in vultu aliquoties pel-
lucerent, te itaq; hæc frons virum pessi-
mum & nihil arguit. Neq; de te idē sen-
tiendum quod de Socrate quem quum ē
vultu quispiam collegisset virum pessi-
mum esse tamen aiebat se procluem ad
malitiam animū ratione reprimere. Si ho-
mo inter homines humane velis agere,
frontem quoq; vt alij, prorsus humanum
præferas, necesse est. Breuiter hoc in te de-
sidero, vt saltem sis quod haberi vis, ho-
mo, nec pūtes esse quicquam quod cque
naturæ tuę corporaliq; incolumitati no-
xiū sit, quam hic animi tui superbiētis
morbus atque hic tuus agendij&c, viuēdi
modus. Exugit enim neruos & ossa im-
modica

modica grauitas. Scio etiam arte aliquoties medendum esse vitijs, sed remedia morbo ipso grauiora seneca non probat, Nec ipse probo, si natura sis leuior id castiget ac corrigat maturitas & grauitas modesta, ne sis morosissimus, maturissimus et grauissimus supra omnes Catones. Est modus in rebus absque quo nusquam potest virtus cōsistere. At qui regiū quidam est, humanitate, caudore, comitate & familiaritate vt. Principes optimos prædicamus, quos videmus velut blando & amico vultu, salutantes & supplices libellos offerentes, pie suscipere aiunt. Titum illum qui Hierosolymam expugnauit, ad eo se omnibus arridentem præbuuisse, vt humani generis delitiz ab omnibus appellaretur. Diuus Syluester Romanus episcopus, tam familiariac sereno vultu omnibus succurrebat, & omnium negotia curabat, vt hinc nominis immortalitatem inter mortales sibi pepererit. Quid igitur asperum & durum te nobis obijcis? Hunc vultum vt viderint infantuli morositatis impatientes, nonne protinus alio fugerint? si viri conspexerint, nonne te insanum dicent & morionum numero adscri-

A R G U M E N T . I N S I G N I V M .

adscribent? Quis versari cum eo velit qui se tanti facit, ut putet se supra solem & stellas ambulare, & cuius os nihil spuit nihil euomit præter sesquipedalia verba, ac denique qui reliquos homines velut animalcula quædam semireptilia præ se contemnit? Vultū stulte Cato porrige quæso tuum. Oderunt hilarē tristes, tristemque iocosi. Esto homo inter homines, te tuo metire pede, E limo factus es, mortalis es, & horæ mortis inscius, quorsum cornua & crista fronti? Quorsum pedi vana, otiosa stulta ac ridicula id est immodica grauitas? quid tanta toruitate arrogantia & philaphtia turges? Si obijcis, leuitatē non conuenire homini, sed grauēs maturosq; mores; ex me statim audies, nec hominis esse stulte & arroganter grauē esse & frontem hirsuto superciliosam elatam, in plateas, in vicos, in forum ad mensas & ad familiaria colloquia, procul abiecto omni-humanitatis & candoris genere, in uitis dijs obrudere, arbitror nulos publicis officijs & rerum administrationibus minus esse dignos, quam hos simulatos & personatos Catones. Quis enim teste Platonē rebus gerendis & aptior & magis dexter

P E R I P E T A S M A

dexter quam vel philosophus vel philosopho similis?at quid est esse philosophū? aut quid est vere philosophari, quam decenter vti foro & æquis legibus rerum cursus & status ipsos dirigere ac humano sanoque iudicio rerumordinem metiri? Iam quid philosophis dissimilius eo qui nusquam philosophiz sedé esse putat quā in barba? pallio aut supercilio? quā hominū fece (si modo vel homines dicēdi sunt) Quid stupidius, cœcius, perditius, execrabilius & orbi pestilētius, aut perniciosius esse queat? quid enim cōmodi aut frugis, parir proximo tuo hic tuus superciliose philosophandi modus? domi quietus indormis le&t,o, duplice serraclausum est cūbile, seruiunt famuli, feroci ac semper toruo, cōfricātur tibiz, stertis in multā lucē, si vsquā prodis, salutas omnes supercilio, eoq; moroso ac tristi. Quid dñs hoc gestu sibi vult? O stulte eruditū & prorsus stupidum philosophum, degenerem hominem, alienum & abhorrentem à communi mortalium candore, comitate, & familiarī modestia. Quis eū comitem eodē in itinere congregientē ferat, qui nec amicā præfert facié, nec vult esse familiaris? nec

ARGUMENT. INSIGNIVM.

nec vix vllis humanis legibus, nec cohre-
dientiū societate nā & facundus comes
aliquoties loco vehiculi est, & hominem
aut animal esse sociale. Quid enim in hac
vita agimus viles homines nisi quod tan-
quā oēs viatores quidā simul cōgredimur
& pari cursu alio hoc est ad diuerū regio-
nē properamus? cur igitur viator viatorē
temnit, & itineris profectionisq; sociū af-
pera hispidaq; frōte & superbis moribus
irritat & torquet? quin poti' inter eiusdē
peregrinationis collegas, socios & comi-
tes nō obseruatur illud Pauli cōsiliū. Al-
ter alterius onera portate & sic adimple-
bitis Dei legē? aut illud estote fraternita-
tis amatores, aut deniq; illud, cōsolamini
pūfūlanimes, suscipite infirmos. Nā & ea
Christi vox est? qui vestrū max imus est,
fiat sicut minister vester. Quippe si q̄squam
putet se aliquide esse quum nihil sit, ipse se
seducit. Scis quo loco te dignabimur, qui
magnus haberi vis & ad honorū fastigia
ardēs aspiras? scala cōscendes montiū cacu-
mina, aut summos alicuius arboris aut pi-
ri aut pomi ramos, vt ibi funiculis ac filis
illigātus, ipsiſ auibus quę aliquoties tenel-
los fructus rapiendi causa inuolāt, spectri
cuius-

eiusdā loco sis, quis enim tā audax passer
 tam effrons pica, tam garrula cornix est,
 tam insolens vultur, tam stupidus gracu-
 lis, qui tali monstro conspecto non proti-
 nus fugiat & auget? aut si mavis iniqua
 métis asello cognato tuo insideto, vt eius
 dorso totus splendens inquites, sed sic
 interias, vt versa ad posterius femur facie
 caudam profreno manu teneas, & probè
 exacteque dinumeres quot simi stercoisq;
 globulos emittere & excludere alio. Deni-
 que si visum sit, turris alicuius præcelsæ
 fastigio & speculæ imponemus te, vt ibi
 instar lamine capreæ aut galli ære ficti va-
 rio venti pulsu circumactus, nobis fideli-
 ter distingas inter Boream, Eurum, Au-
 strum, Zephyrum, aliosque ventos, auras
 folles & fiaminæ, si quæ sint quæ leui⁹ aut
 vehementius inflent in terras. Vis inside
 re cacumini turris ita celsæ apud Loua-
 nienses, cui garrulus rumor nomé à sum-
 ptu perdito indidit? aut præfers fortè tur-
 rim illam magnifica structura celebrem,
 quæ habent ædes virginis matris sacræ apud
 Antuerpianos, aut eam quæ est Atrebatiæ
 templo diui Vedasti prominétem? Quid
 tandem expectas? Quid speras? quid tibi.

pro-

ARGUMENT INSIGNIVM.

promittis? Aureos montes? aureas sedes?
aurea sydera? honores? splendores? glo-
rias? & tres cœlos? Vidi quempiam tui
similem & certe omnino similem, nisi
quod haberet nares paulò longiores, is
quoties nates post alui deiectionem non
tergisset, tribus septimanis febrili æstu la-
borabat, quoties contigisset perdice aut
carnibus ouinis absque synapio vesci, di-
fenteriam vehementissimam patiebatur,
tam periculosè ut aliquoties lectum per-
funderet liquore cōcreto. Præterea si quis
fortè transiens nec honorifice salutans, ce-
ler festinansque præteriisset nec caput ca-
toni illi aperuisset decenter, quadriduo te-
nebatur phrenesi. Quoties etiam gradus
tres concendiisset, contorquebat collum,
exugebat sanguinem, stringebat pulmo-
nem vsq; adeo feuere ut velut totus ex-
anguis vix posset respirare semihoræ spa-
tio. Hi sunt philautiæ fructus egregij sci-
licet & valde utiles. Volebat hoc gestu il-
lustres, claros diuinosque quosdam viros
imitari, sed illi prudenter olim gesserunt
se nec studio superbiebant, imo nec om-
nino superbiebant, iste plane insaniebat.
Quamobrem hic locum habet illud.

O imi-

PERIPETASMA

*O imitatores seruum pecus, vt mibi saepe
Risum, saepe iocum vestri mouere tumultus.*

Simia semper simia est etiam si purpura vestiatur. Quis id nescit? Euge, si quis Bathauus vellet te docere nere, aut vt non pudet barbaros & ineptos presentibus eruditioribus dicere, fillare, num è cōtra in mediū proferres illud euangelij? Christus clamat. Respicate lilia agri, non laborant neq; nent, & tamen pater vester cœlestis vestit illa. Nam à Bathauo rideri non feres opinor memor prouerbij illius, Auris Bathaua. Num protinus quoq; remitteres illum ad fila sua? Aut ad lacticinia Bathauica? Fortassis & levitatis argues me ac leuem propterea vocabis, quod levius quā res postulet, graui domino imo cē tum bobus grauiori loqui videar, quā so per Deum immortalem, est ille leuis dicens, qui te tibi ostendit? & tu te (vt decet) pingit coloribus? nihil magis arbitror dicēdus es stulte & inciuiliter grauis, quam si quis futē vocaret furem, aut morionem, morionē, aut gloriōsum, gloriōsum, aut claudum, claudū, aut muscam muscam, aut elephantem, elephātem. Sed veri impatiens est hoc tuum supercilium oditq;

A R G U M E N T . I N S I G N I V M .

oditq; superbia prudenter monentem, ac
deniq; iuxta Terentij sententiam. Veritas
odium parit, obsequium, blanditię & adu-
lationes amicos, quum tamen nihil inter
amicitias & que pestilens sit ac noxium , si
qua Ciceroni fides , quam adulations &
blanditię, fateris ne multò verissima esse
quæ hactenus adduximus? si libet, iā iam
Apellem quēdam aut insignem alium pi-
ctorem iubebo ex Italia aut Græcia) aut
Germania aut Gallia aut Iberia paratis
ad hoc literis vocari, qui cui imaginem ad
viuum reddat & ducētis tabellis impres-
sam mittat ad Scytas & Garamantes, vt
orbis totus te natum sciat , nam grauior
tibi corporis moles est quam qui eos ad
fines præsens possis vel vehi curru vel
ferri equo. Plumbū gestas in vertice, plū-
bum in occiputio , plumbum in sincipu-
tio, plumbum in fronte, plumbum in ce-
rebro, plumbum in ceruice, plumbum in
naso, plumbum in vtroque labro , ac ge-
nis, plumbum in brachijs ac manibus, plū-
bum in pectore, plumbum in vmbilico,
plumbum in spina dorsi ac humeris, plū-
bum in natibus, plumbum in femore , in
genu, in poplite, in crure , in tibijs in pe-
cc dibus,

PERIPETASMA

dibus, talis, vnguibus, digitis, neruis, vñnis, arterijs, quid plura? totus plumbeus es atq; adeo ipsum plumbum. Qui igitur queas Olympum concédere aut ad summos subuolare cœlos, quum saxum Syphi grauius tecum circumferas? sed elige tibi cœlum peculiare. Sunt quippe cœli multi. Tradūt philosophi planetarum cœlos esse septem numero. Octauum autem cœlum firmamentum nuncupamus, quod sydereum est, idem partim diaphanum, partim lucidum. Præterea nonum cœlum vulgo crystallinum dicitur siue aqueum, hoc autē philosophi nonā sphæram nominant. Nonnulli addunt decimum, quod vulgo primum mobile appellatur. Supra hoc omnes cœlos, cœlum illud empyreum eterna beatorum domus est ut&c hos inferiores cœlos aduc adducā & aliud cœlum ethereum & quoddam Olympiū & aliud aereum & quartum igneum. Quantum ad elementorum materias attinet, quid factō opus est? vbi gradus per quos ad summa concendas? amabo, dicit hoc, nū manu graui tergis nates tuas etiā graues? Nam nec fronde nec gramine nec herba hec fœno id faceres, sed potius si digitos

ARGVMENT. INSIGNIVM.

gitos non adhibes, saltem panno ut dicit
serico aut bissino id sit, & nasum tuū ip-
semet arbitror, non emungis si quādō vel
pendeat styria crassior aut mucor vel ex-
crementa profluant, sed pet famulūm ad
hoc mercede fortassis conductū fit. Nam
& viro stulte graui qualis totus es minime
male conuenit. Nec est quod illauda-
tus dominus meus existimet me sic secuta
obliquis strophis aut scematibus ageret,
Mi hercle, tam apertè & clare loquitur ut
is plane stupidus sit asinus & quædā suā
Beotica, qui quid velim aut sentiam non
assequitur aut non intelligit, quando si-
des? quum pluit? aut quū ningit, aut quū
tonat? aut cum Bacchanalia peraguntur?
aut quum vides ollam sub prandium fer-
uentem, dum summa cacumina futant?
aut potius quū fasianos aut perdice, aut
capones aut lepores vides foro assari? pla-
ne corpus siue pectores sis oportet si hæc
delitiarum genera tibi risum non excu-
tiāt. Nam medici probant, si iucundō ani-
mo & minime tristi optimis quibusq; ci-
bis vescamur, veluti leti & alacres, obse-
cro, puras omnes qui in foro piscario mo-
rantur esse pisces? & omnes qui in macel-

ee ij lo bo-

PERIPETASMA

Io boues esse? aut vitulos? aut capras? aut
oues? & mulierculas quæ butyrum & la-
& ticiuia varia vendunt esse vaccas aut iu-
uencas? Et denique omnes qui altero pe-
de claudi obambulant esse fratres claudi
illius mendici , qui à diuo Martino elec-
mosinam ambitiosius petés clamidis par-
tem recepit, Vis (vt semel finiam) vt id
de te iactitet vulgus?

Iste sapit solus, reliqui velut umbra vagatur.

Sed quid diutius huic porro lapillos
spargimus? quid sanctum damus cani? cur
sano consilio nitimur , iuuare insanibile?
non fero vultum hunc tuum diutius, cu-
ra grauiter grauiterq; valeas, aut vt gra-
ui animo graues feras morbos. Valevsque

ad Calendas Græcas & Neomenias

Latinas, interim & hoc cōsilij

à me accipito sunt miscē-

da tuis aliquando

gaudia cures.

ARGVENT. INSIGNIVM.

VIR O MORIBVS INCOR-
RVPTISSIMIS REVERENDO
PATRI AC DOMINO MARTINO
Cuperio Episcopo Calcedonensi Suffraganeo
Cameracensi ac cœnobij dini Crispini Abbati
Simul & eruditissimo spectatissimoq; do-
mino, Domino Iacobimo Hoppero olim
quidam summi belgarū senatus apud
Maclinianos nunc autem regio in
aula Consiliario, F. Hadria-
nus Hecquetins Atre-
batinus, Theolo-
giæ Doctor.
S. D.

 Vum hæc qualia hic videtis,
vere familiaria distica, domi
cuderem, neq; lucernam tri-
uimus vllam, neq; ita multū
olei consumpsimus, quum ne
vllum quidem arrosum sapiant vnguem,
nā ipse facilī Apolline delector ut si quis
alius s̄pe admiratus, quid sibi velint te-
trici quidam atque insuaves poetæ, quā
dum se hac arte, putant Maronē aut Ho-
merum aut Boetium egregiè imitari ac
referre, versus nobis insipidos & miris
nervis infæliciter contortos emittunt, af-
ee iij fectata

PERIPETASMA

fectata omnia , difficilia omnia ne dicam
ridicula omnia orbis trudunt, idq; inui-
tis ut videre est musis ipsis, quæ vbiq; fa-
cilitatem amant ac probant. Nō hic inte-
rim loquor de ijs qui forsitan valde serias
grauesq; materias tractant. Sed hos rideo
qui leue quippiam præ manibus haben-
tes, eo stilo premitut exordia, quasi De-
os & cœlos & ioues & Martes & summa
quædam velint canere, recte quidem Ver-
gilius insigne illud suum opus , sic auspi-
catus est . Arma virumq; cano, Troïc qui
primus ab oris . Nec omnino prœmium
quoque illius alterius improbo. Catabo,
& nobile bellum, sed facili argumento sat
erit quotidianus stilus, nec fuit cur hic op-
taremus pieridū choros aut Orphei ple-
stra quum non vacet exiguis rebus ades-
ſe Ioui. Porro id quidquid est, tunc edidi,
quum ob morbi ſequitiam , lecto affixus
cubiculum egredi non possem, & ne inau-
tili ocio mihi exciderent perirentq; tres
illi autem quatuor dies , quibus domi erat
manendum , languida egraque manu
varijs cartulis ac tāquam confuse hæc ip-
ſa difficile inscripsoram. Moxq; pene inau-
spera cartularum fragmēcula ac partes sic
absque

A R G V E N T . I N S I G N I V M.

absque ordine è lecto huc & illuc disieceram ac disperseram , vt integrati in columitatique iam restituto, plus laboris dum hæc omnia anxius disquiero, colligo ac magna difficultate recupero fuerit, quam dum ea prius mente conciperem & conscriberem Neq; sanè placebat hos fœtus quanquā tenuiusculos et exiles, arenę puluerique immersos relinquere, neque pati vt crudeles scopæ, dum verrunt cubiculum, hoc scilicet quale quale est musarum opusculū prophanantes, in plateas conueherent atque boreæ aut Zephiro huc & illuc rapiendum darent. Porro diuersa sunt hæc disticha variaque nec curiosiori mixta ordine. Ea nunc hoc, nunc illud tractant atque hinc factū est, vt miscellanea quædā, hanc versuū congeriē inscripserim quā hoc titulo insignitam, vestræ humanitati lubens dicā. Suscipite igitur amica manu , amici munusculū vosq;

diu incolumes ac multis utiles ser-

uet superi, Coloniæ, Anno ab

orbe redempto. 1564.

sexta calendas septembris.

Hecquetius vester.

ee iijj Miscellanea

PERIPETASMA

MISCELLANEA DISILL-
CORVM ET EPIGRAMMA.
TVM EODEM AVTHORE R. HA-
driano Hecquetio, Atrebatino Theolo-
gia Doctore.

Discat Iuuentus.

Disce sequi primis virtutum signa diebus
Nō vult, qui doceat, cana senecta pati,
Deum colito.

Numen si timeas sapiens eris, impia plebs est
Quæ domini non vult iura subire sui.

Tuta quies.

Est fœlix alti tutusque triumphus olympi
Hic quis fœlices dixerit esse dies?

Præcatio ad mentes illas
Angelicas pro mox motituro.

Huc huc æthereæ recta concurrite mentes
Hanc sociam ad cœli limina ferte animam

Inuocatio diuorum.

Lucida stelligeri veniat mihi curia cœli
Cui mea mens curæ, res fit & ingenium-

Extremum iudicium.

Vna dies genus oē hominum cōpellet in ynu,
Vt referant meritis præmia digna suis.

*De Esaiæ quæ aiunt Manasse iubete in
duas sectum partes.*

Quis vir tam patiens, quem flagratiæ imitia rorquet,
Inq; duas pateres lignea ferte secat?

Animo

ARGUMENT. INSIGNIVM.

Animo scelesto nulla quies.

Impietas animi luctum parit, heu scelus atrox
Cultorem statum non finis esse tuum

De gentilitio statu in Christianismum conuerso.

Lugerunt stigia mortales fortiter umbræ
At nunc fœlices nos facit esse fides.

Oratio utilis.

Dum precibus pulsas clementia numina multis,
Nil timeas, pietas cœlica, donat opem.

Religionis zelus.

Criste taces? cæci calcant altaria Turcæ
Hæretici rident quidquid in orbe sacrum est.

Regnum fidei.

Diua fides pelle hæreticos Turcæque recedant
Gens fera, sit Christi terra, sit imperium.

Christi laudes resonent omnia.

Organa, campanæ castas emittite voces.
Nulla sit in vestro Musa prophana sono.

Fidei plantatio multis admirabilis

Est mirum, totus potuit quod credere mundus
Stipite suspensum, flagra tulisse Deum.

Christus cruci affixus.

Ergone virginæ quem protulit hortulus arce
Suspendunt Solymi stipite membra viri.

Comprehendi non potest Deus.

Est Deus ipsa orbi quiddam admirabile, tantum
Vlo non capitur, numen ab ingenio.

Multa cognitu difficultia

Quis nouit pueriq; vias aqualiq; volantis?
Horrida quis nouit per freta nauis iter?

Corporis

PERIPETASMA

Corporis venustas.

Oio veneres bladas, nō pulchros corpore daphnes
Miror, forma velut nobilis umbra cadit.

Gadium ē pura nascitur conscientia

Nascuntur pietate animi tibi gaudia vera

Qui prius est, læto pectore semper erit,

Carnis imperium.

Herculeis quorsum te iactas viribus esse.

Si caro te, cum sit debilis aura, regat?

Pretiosa sanctorum mors.

Seruorum domini mors est preciosa piorum.

Quam placet immani Martir ab ense rubens.

Stepbanus lapidibus obrutus.

Cur iacis in tenerū lapides manus impia corpus?

Cur laceras sanctum gens furiosa virum?

De nece innocentium.

Parvulus arridet gladio, Christumq; fatetur
sanguine, qui potuit non prius ore loqui.

Ioannis prædicatio in deserto.

Quis strepitus? quæ vox syluosas personat oras?

Nunquid Ioannes ad meliora vocat?

*Ad Röardum poetam versibus
gallicis celebrem.*

Vt tua terribili pugnaret fulmine Musa.

Iratosq; dares, legis amore, modos.

Schismatis impatiens, sed carmine clarus Apollo

Aduersus sœuos te dedit hæreticos.

Septem Macabæi.

En pueri eum matre ferunt tormenta crucisque,

Quales vix vlli credo tulere viri.

Andrea Apost. crux.

Cap

ARGUMENT. INSIGNIVM.

**Cur pius Andræas vincitus cruce pendet in altâ
Stipite de longo tolle tyranne virum.**

De decem Martyrum millibus.

**Intrat in ætheteas constans exercitus aulas
Ciuibus augetur turba beata nouis.**

Affidet patri Christus

**Dexter adest patri, celsi rex Christus olympi
Pro populi meritus multa salute sui.**

De vndecim virginum millibus.

**En teneræ rapiunt cœlestia numina Nymphæ
Sponsæ adsunt, sponsas suscipe Christe tuas**

Voluptas pecudum est non bominum.

**Cur te, quæ pecudum est, titillat iniqua voluptas
Cum sint Elissiæ pars tua, delitiæ.**

De extremo orbis fine

**Miraris nondum quod finis venerit orbis,
Mille anni ante Deum sunt velut yna dies.**

Caro menti repugnans.

**Heu mihi quod menti totæ caro pigra repugnat
Et non sit domino subdita tota suo.**

De extremo iudicio.

**Judicij immemorem num te decet esse futuri
Qui miser exiguo tempore viuis homo?**

Diuorum fælicitas.

**Fœlices diui, quorum domus aurea cœlum est
Regnant cum domino, turbâ beata, suo**

Pietas encomio digna sua.

**Non genulæ pallor, tetricæ non froutis imago
Sed pietas laudem, si bene viuis habet.**

Grave menti corpus.

Hama-

PERIPETASMA

**Humanū corpus mentē grauat, opprimit, vrget
A studio trahitur mens generosa suo.**

Augenda fides est.

**Si tibi fortè fides frigescat sæpe remissa,
Mox cures, multo crescat vt aucta, gradu
Seruanda Dei præcepta.**

**Saluus es in Christo si quod iubet ille sequaris
Rexeris & vitam si ratione tuam.**

Sceleratis baratum paratum est.

**Tartara tetra patent, patet os crudelis A uerni
Sontibus, infelix impietate genus.**

**Quidquid est numerat nouit-
que Deus.**

**Quis numerat guttas? Deus est qui cōdidit vndas
Herbas qui numerat, nonne creavit agros?**

**Secte hereticorum hostes non fra-
tres habent.**

**Sunt frarres qui se Christo addixere magistro.
Hostes non fratres noxia secta parit.**

Defunctis fausta precandum.

**Spiritibus quos hinc pietas diuina vocauit,
Vt sint fœlices, omnia fausta precor.**

De eo qui proximum temere rides

**Ve tibi qui fratrem rides, rideberis & tu
Iudicio perdet te Deus ipse suo.**

Verus omnium pater deus.

**Si mors infantes spoliarit vtroq; parente,
Viuit celestis dition orbe patar.**

Pudicitia donum.

**Ne dicas, qui fit quod virginitatis honorem
Seruat homo? summi est gratia magna Dei.**

Charitas

ARGUMENT. INSIGNIVM.

Charitas querit ea quæ sunt Iesu Christi.

Nō tibi sed Christo probitas tua quærat honores
Æternas cœli saluus habebis opes.

*De Poetis quibusdam & alio mortalium ge-
nere, quorum plectra & calami nec diuos nec
aras, nec Euangelium celebrant, sed chymeras
Centauros, mantes, Charontes, Cerberos, Pro-
serpinas, infausta fata, fucatas monstra
rum larvas, & alia id genus som-
nia, aut ore crepant aut
scriptis produnt*

Monstra canāt alij, cētauros herculis iras,
Vulcani accensos sulfure & arte focos,
Mercurios, Bacchos, veneres, turpesq; priapos,
Et stupida inuentos impietate deos.

Auguria & Troias, & inania somnia vulgi,
Fatiloqui yates quæ reperere canant:
Syrenum dulcesq; modos, & pocula cyrkes,
Quid phaeton quid sit Tantalus, atq; charon
Pascat oues Corydon, sit pulcher & asper Alexis,
Pallas pieridum ducat amica chorum.

Hactenus hēc nondum nostras insania musas,
Tam cæcus tenuit nec mea plectra furor

Talibus & fumis, & fucis, omnia pingit,
Dicendiq; genus tale prophanus habet.
Hic docet, emittunt quæ tela Cupidinis arcus,
Ille Iouis gladios, Martis & arma canit.

Sat mihi sit resonare Dei præcepta, timorem
Numinis, & normas, nobile dogma, sacras.
Sat mihi sit, de cœlicolis fecisse poema,
Et diuos numeris excoluisse meis.

Non decet innocui norunt qui sacra poetæ,
Ut sua

PERIPETASMA

Ve sua mendaci scripta colore tegant.
Non decet ut pectus quod Christi spiritus implet
Innumeros ficta somniet arte deos.
Non decet antiquis vestire poemata laruis,
Rostraque monstrorum qui cecinere, sequi,
Non decet ingenij foetus quem gignit Apollo
Distet ut à nostra religione procul.
Quid tibi Triptolemus? Priamus? Numa? Romu-
lus? Ancus?
Quid Procris gignit, quid tibi frugis atlas?
Quid iuuat in versu iuuenili Cyllarus ore?
Quid phædræ facies? quid Ganimedis amor?
Quid rapis ad castas immittia monstra camœnas?
Dic mihi, qui calatum, qui sacra plectra tenes
Micilus, Aeneas, Diomedes, Nestoris ætas,
Illaque quid fructus Gorgonis ora ferunt?
Tysiphone informis, Polyphebus, fortis achillios
Cur calamos inflant? cur tua plectra mouent?
Sisiphium tenui quid voluis carmine saxum?
Andromeda in neruis quid stat agitque tuis?
Quid tibi frugis erit, narres si templa Diana?
Pocula Syleni si tua musa sonet?
Si ludas que sit Syluani barba deeq;
Pierides gestent, quas sacra turba, comast
Nictimene & Semele & cippus, mars, ipsaq; Iuns
Nil in diuino carniine sedis habent.
Quid Lernæ ascribis cœtū capita? aut quid onustū
Iam multis argum fingis Apollo oculis?
Seruiat æthereis pallas cultissima diuis,
Deque pio phæbus numine condat opus.
Hic scopus hic vnuis mortalibus, aurea merces
Tam sacra seibenti, si bene viuat, erit.

Detumultuosa æui tempestate.

Anthore

ARGUMENT. INSIGNIVM.

Author summe freti, qui tempestatibus altis
Præcipis ut fileat, rerum reprimisq; tumultus,
Vulcaniq; focos crepitantibus ignibus, vnda
Extinguis, mitiq; manu mitescere cogis
Fulgura, crudelis quæ turbo per æra sparsit
Aurem aperi nobis clamantibus oībus, aurē
Inquam aperi, pietate vīsus, qua te decet vti
In populum, duro insultu sœuissima monstra
Plurimia concurrunt: mortale genusq; perire
Gurgite præcipiti poterit, nisi porrigis artem
Qua se fortunæ excutiat de faucibus atræ,
Exanguesq; suos medijs è fluctibus artus
Fuoluat, tristiq; lacu quæ plus satis vrget.
Tè rectore solum regitur calcaribus, auris
Mixta suis cœli pluviosa volumina pellis.
Vnus es astrorum princeps, qui cardine fixo.
Reeum conuoluis tractus, fata omnia calcans
En solitos phebus radios negat, omneq; lumen
Quo liquido tenebras depellit ab aere densas.
Turbida tempestas, caligo, fumus, & vmbrae.
Obscurant, hominumq; pedes turbantur & errat:
Aurea pax abijt, lætum repetiuit Olympum,
Non redditura vñquā: rigidis Mars imperat armis
Vibrat & instrumenta manu, quæ ferreus arte
Sulfurea quondam finxit fornace deorum
Ille faber bellum sitiens Vulcanus, & iras
Rura timent, vrbesq; tremunt mugire videtur
Horrendis tormenta sonis, & in aera fumos
Spargere nec pontus, nec terra, nec ara quiescūt.
Blanda Ceres varijs vastum quæ frugibus orbē
Ditabat, plenoq; sinusua dona ferebat,
Proh dolor in spinas segetes vertisse videtur,
Hen negat optatos foetus, mortalibus ora
Cōprimit, oīgenasq; fanie inducta enecat oras

Ec

PERIPETASMA

Et mare Neptunum ostendit renouasse furores,
Spumiferas vi fundit aquas,& littora summis
Aggeribus sublata secat, vicinaq; mergis
Non expectato crudelis gurgite regna
Extrit hydra caput quid dico caput? capitali
Plurima cōsurgunt capita horredivissima mōstro.
En timide sparguntur oves, regnantq; magistri
Mendaces, quorum ora orbi noua texica spirant.
Nunc vbi tecta iaces pietas? quid inania linquis
Corda hominum? dea sacra redi:te flemus abesse,
Exiliumq; tuum male nos habet: omnia lugent,
Heu mortale genus potes impia tempora siccis
Contemplari oculis? potes hæc spectacula frōte
Prospectare hilarij, lachrymis testare dolores.
Funde madescentes per tristia guttura voces,
Ira Dei innumeris flagris concutit atque
Infœlix, misserumq; facit: subnumine tanto
Flecte genu, patremq; pium assiduo ore precare.
Si mores mutare velis, mutabit & iram,
Quam tua commouit scelere immundissima vita.
Flentibus abstergit luctum, solamina reddet
Filiolis clemēs pater optatisima tanquam
Si nutrix mœstos recrearet blandula natos
Turbatosq; dies, tranquillam vertet in auram,
Discutiet rerum fictas caligine larvas:
Instabilisq; vagas fortunæ comprimet alas
Spumiferos ponti comimotos turbine fluctus
Stringet, & optata regna omnia pace quiescent.

*Cobortatio ad diligentiam & actiones
Christiano dignas ob spem im
mortalitatis.*

Vt cito

ARGUMENT. INSIGNIVM.

Vt cito defunctis, cecidit miser Icarus, alis
Et versa, phaeton sorte reliquit equos
Aut veluti pulcro, tenuis flos natus in horto
Leditur, insana si cadat imber, aqua
Tempora sic abeunt, fluxum sic defluit æcum
Nec sinit in multos viuere posse, dies
Ah miseros, si nos igitur sic conterat ætas
Infoelix medica nec retinetur ope
Cur luxus potuæ nugis consumimus annos?
Pectora cur somno desidiosa damus?
Cur dormire iuuat, tenerisq; incumbere plumis?
Cur piger in molli gramine membrana foues?
Cur finis ingenium infelici morte perire?
Vt louis à dextra dona recepta tegis?
Cur cessant manus? & sterile os cur conticet, ad-
quid
Vt nihil, & lentos frons tenet ampla oculos?
Consulo semper agas, quod te fecisse iuuabit
Multum sæpe refert utilitatis, opus
Regia res quædam est, sece exercere labore
Ignauos habet aut ocia cræbra animos
Per mare spmiferum sapiens discurrit ylissæ
Aeneas Troiæ mænia dilatærat,
Accedit Venetus peregrinas impiger oras
Neptunus fquamas & vada sœua mouet
Titirus agrestem musam meditatur aueha
Virgilius reges & sua rura canit,
Sifiphus, en saxum voluit, fornacibus ignes
Vulcanus nigra fertq; struitq; manu
Inspice stelligeri, concurrunt sidera, coeli
Causam, perpetuo qua moveantur, habent
Nec despõnde animum, si præmia tarda morætūr
Maior erit longæ messis amica, moræ
Agricola expectant, fracti sudoribus anni

P E R I P E T A S M A

Et culmos & opes quas dare terra solet
Si piger est cultor, curuum si cesset aratrum
Ni fidant fortis pinguia rura boues
Quis segetes nasci videat? quæ messis in agro
Reddet diuitijs horrea plena suis?
Funera dimisso post dura labore quiesces
Succedentq; animo paxq; quietq; tuo
Fœlix ille dies, quo fessis ocia dantur.
Et quo, delicias, qui meruere, ferunt
Te lux ille dies, qui nos ad olympica regna
Enehet, & campos ducet ad elisios
Sedibus æthereis, posito merore, fruemur
Nostraq; diuinus, gloria, vultus erit
Sic ego ne viuam, ceu stipes inutilis orbi
Quæ prodesse queant dogmata scribo, lubens,
Tu quoq; si quid habes, secreto pectore clausum
Quisquis es, in populi commoda, rite dato,

*Non omnia yna eademq; in reparia
fecit natura.*

Egro fert animo talpa inuidia, garrula gestet
Quod cornix oculos, corpore nigra duos
Improb' ægre fert & ob id male murmurat anser
Quod nivea pulcher veste tegatur olor
Inuidet & fusco leuiuscula musca leoni
Quod sit is in pugna fortior hoste sua
Conqueritur demens hostis, quod fortior armis
Hebreus gladios finxerit ære suos.

De sacrosancta Sinaxi.

Nobile stelligeri corpus cognoscite Christi
Vos qui delicias quætitis innumeras.
En cibus, en potus vita qui nutrit egentes.

Et mi-

ARGUMENT. INSIGNIVM.

Et misero duram tollit ab orbe famem
Excutit atroces luctus tenebrasq; repellit
Lumina dans animæ non peritura pia
Dicit ad elicias sedes rumpitq; secatq;
Quæ patat ardenti vincula pl tuo manu.

De sacra Crucis Iesu arbore.

O crux Christicolis toto venerabilis orbe
Tincta redemptoris sanguine viuifci
Arbor es excellens quæ fers tam nobile corpus
Aspera, per cuius vulnera, vita datur
Semper eris spectanda sacræ affixa tabellis
Exemplum nostris crux es erisq; oculis.

Mortem animo vigili expectandam esse.

Viuito sic ut te lucem vidisse supremam
Nam nihil instabili durat in orbe, putas
O felix somno qui nunquam mergitur alto
Sed vigil adseruat seq; suamq; domum
Sedulus occurrit qui mox reserare paratus
Dum digito rediens hostia pulsat herus.
Id si contingat media vel nocte vel aura
E Phæbi vultu suscipiente diem
Seruus talis erit dignus mercede pethenni
Inq; loco tandem quo requiescat erit
Quid frugis si fratre tuo sex aut tribus annis
Sis senior? tandem prædaq; mortis eris
Quid iuuat ad tritas alias superaddere vestes?
A Etatemq; patris vincere forte die?
Sit senibus puerisq; satis vidisse tot annos,
Quot Christi pietas iure colenda dedit
Sit curæ sincera fides sit & aurea virtus
Sit mors, sit curæ læta futura quies.

ff ij Ambi-

PERIPETASMA

Ambitionis nimia pestis.

Qui sortis minimę est, vult mox vel nobilis esse
Vel rex, si posset, vellet & esse Deus,

Patienti adest Christus.

Euge age forte animo fer dura, fer aspera cōstans
Et dabit optatam nobile nūmen, opem.

Humanitas.

Ostia fac pateant inopi, pateant & amicis
Cura ibi ne latret Cerberus ore triceps.

Lasciviam fugito.

Exemplum Veneris fugito turpisq; Priapi,
Quā tenet insanus tæla Cupido, fuge.

Mors Christiano digna.

Extremam vitę moriens, dum senseris, horam,
Spes tua sit domini passio sancta tui.

Celestis bieropolyma.

Nonne viatores solymam properemus ad urbē?
Vrbem quę misero distat ab orbe proculę

Infelix qui à Christo alienus est.

Infelix, fidei cui nulla scientia lucet.
Nec sentit populi lumina, Christe tui.

Proximo condonanum.

Debita qui toties Christus tibi tanta remisit,
Vult quoq; sis fratris te meminisse tui,

Eternitas.

Hic numeras annos, horas, mensesq; diesq;
Cœlum, non tempus quod numeratur habet.

Mortales nascimur.

Funera quid luges planctu? quid pectora tundis?
Mortales nati nunquid in orbe sumus?

Sunt mores homine digni.

Haud

ARGUMENT. INSIGNIVM.

Haud turpe est porco si bestia viuat ut ipse esse.
Moribus at turpe est, bestia si sit homo;
Ventrismancipia.

Christiades multi, ceu bacchanalia viuunt
Viscera, pro charo numine, ventris habent,
Non cum quibuslibet confidendum.

Cum grege stultorum, valeant, ego nolo sedere
His canis, aut asinus, si velit, assideat.

Vtendum non abutendum dotibus

Vtere sic donis naturæ, ac dotibus æui,
Vt placeant Christo vita, diesq; tui.

Animum expia potius quam vestem

Quam multos videas calices vestesq; lauantes
Nitro, & mens noxius sordet onusla suis.

*Dico qui dicit in proximum & sce-
ratius vinis.*

Exigui vitij conuellere niteris umbram,
Et grauius cœco pectore crimen habas.

Corruptus orbis.

Hei mihi corruptum quis corriget ordine mūdū?
Esdras qui surgat num pius alter erit?

*Proximo parcito, nec differ in horas, sic
Paulus scribit, sol nō occidat su-
per iracundiam vestram.*

Hosti parce prius, quam sol cœlo occidat alto
Omne irati animi, vespera tollat opus.

Mutanda in melius vita.

Mutauit varijs Circe olim animantia formis,
Ad melius vertat te pietatis amor.

Optanda est animi puritas.

Hei mihi quod pietas non sit mortalibus illa,
ff iij Posset

PERIPETASMA

Fosset ut hæc vitijs vita carere suis,
Pancis esto contentus.

Haud opus est regum thesauris, ut bene viuas
Si cibus & cultus sit tibi, plus satis est,
Priscorum gentilium ruina.

Cantharus attritis Sileni corrutansis,
In felix tua nunc tempa diana iacent.
Ars multa potest.

Herculeæ vires hydram strauere furentem
Armis quod non sit, sæpius arte facis.
Nullus est qui non moriatur.

Mortuus est Priamus, Numa, Romulus, Ancus
Achilles.

Nestor, & æneas, Sisyphus, Andromeda.
*Vario gramine & flosculis Dens
hortos decorat.*

Fleribus ut gemmis, si quando arrideat hortus
Suspice, cultorem non nisi numen habet.
De eo qui populo pie preest.

Qui sit, quod cœlum non fessus fulciat Atlañt
Vir probus officij fert patienter onus.

Quid futurum fit, ignoramus.
Quid scis quas fortuna ibi cras offeret horas
Semper habet Nemesis noxia tela manu.

Garrulitas noxie.
Linguæ garrulitas peperit tibi tantale mortem
Multis garrulitas libera sæpe nocet.

Archam tuum tibi serue.
Arcanum cui committas, si desit amicus?
Hortor ut arcanum corde domiq; tegas.

Innentus effrenis.
Excluso ceu fertur equus nullo ordine fræna,
sic

ARGUMENT. INSIGNIVM.

Sic iuuenis, cui lex nulla nec imperium est.

Grane ditionibus emori.

Quam durū est multis in morte relinquere gazas?

Cui nihil est prompto migrat abitq; animo.

Commune fatum.

Vt moritur stultus moritur sapiensq;, nec ullus

Aeternos poterit ducere in orbe dies.

Dentium nitorem seruat sobrietas

Quam puri dentes illi, cui sobria coena est?

At sordent illi cui fuit ampla nimis.

Seni assurgendum.

Est senium teneris aetas maturior annis,

Huic humilis, curuum flecte iuuenta genu.

Senes aliquando vitiosi

Sæpe senes quorum est teneram formare iuueta;

Effreni quoquis milite peius agunt.

Senex scortator

Lasciuus satis est gessisse cupidinis arma,

Te tua canities pellere scorta docet.

Adsit precanti animi fernor.

Tollito sursum animū preculas ad numina fudēs

Haud satis est linguæ plectra mouere suæ.

Vt ore ita & mente Deo seruendū

Cur non fers sacras animū cum corpore in ædes?

Feruens orantis numina pectus amant.

Henos Eucharistia debetur.

Ante salutiferi corpūs venerabile Christi

Quisquis es, ex humili pectori, flecte genu.

Serua paterna instituta.

Si sapis, hæreticos odisse iuuabit vt augues;

Si sapis in patrum yinicto stesq; vijs.

ff iiiij S M.

PERIPETASMA

Summa aurora surgito.

Dum vocat è pigro radians Aurora cubili
Surge, Deum colito moxq; sequaris opus
Cimiteria sancta.

Obvia cur pedibus calcantur ab omnibus ossa
Quorum animæ summi templa fuere Dei?

ΦΙΛΑΦΤΙΑ

Cur tanto studio fluxos venaris honores?

Cur tibi stulta placet gloria? vermis eris,

Qui insulas colunt, babariores sunt.

Insula quæ multis Neptuni cingitur vndis,

Cur crudele hominum gignit habetq; genus?

Vere penitendum.

Heu quam rara avis est, qui post sua crimina verè

Pœnitent, cur sus sordet amica luto?

Æstatis suauitas.

Gratior ut tenebris lux est, sic suauior ætas

Brumali melius tempore, tempus habet.

Qui male agit odit lucem.

Noctua deformis capitur caligine noctis

Infelix tenebras qui male viuit, amat.

Cigneacantio.

Cum timeant & aues & multa animalia morte.

Propria cur moriens funera cantat olor?

De cognati morte.

Cognatum rapuisse meum fata inuidâ, harret

Nuncius, in cœlum quo requiescat, eat,

Vita hominum breuinscula.

Cur ceruis coruisq; dedit natura tot annos,

Et mortalis homo tam breve tempus habet?

Superbientis incessus.

Com-

ARGUMENT. INSIGNIVM.

Composito incedis gressu pedibusq; superbis
Et tua qua viuas, nil domus artis habet.

*Anabaptistarum secta nihil pestilentius
ac seditionis.*

Quid tua conspergis baptismate membra secūdos?
Niteris & fontes cur reperire nouos?

Quæ lex? quæ regio? quod ius? quæ sidera? quæ gæs?
Hæc dedit arbitrio dogmata cæca suo?

Nâ fuit vt christus semel in cruce mortuus olim
Et tulit è tumulo membra sepulta suo

Sic semel accipitur sacri baptismatis vna
Quam nullam ob causam rursus adire decet

Quin repetit christi fluijos quos hauserat infans.
Nec semel ablutum se satis esse putat

Is domini mortem non approbat vt fuit, vnam,
Sed passum varias sæpius esse cruces

Nititur antiquum populi subnertere morem
Atq; pium numen ridet & eius opus

Vt tantum natura semel te semine gignit
Sic nisi baptismi te semel vnda lauat

Ergo quid ad fontes tua rursus membra reportas,
E quibus haud nasci bis tibi vita potest?

Gratia quæ datur hic nostros non respicit annos,
Nec curæ est cuius conditionis homo est,

Huc properet liber, seruus, vir, fœmina, tantum
Hic infans grandis quatum homo iuris habet.

Qui sentit dicitq; aliter, cœcisimus errat.
Inq; velut preceps tartara tetra cadet

Siccine de radice mali tot somnia? sectas?
Erroresq; nouos ebria terra parit?

Retum summae auhor miserum precor aspi-
ce mundum.

Fac sit vt in precio lex tua sacra suo.

153

De im-

PERIPETASMA

*Deimmanissimo atq; horrendo sacrilegio
cuiusdam scelere apud neruos
anno 1554. perpetrato.*

Sacrificus Christi corpus dum tollit in altum
Vt fieri, quum sit moris vbiq;, solet
Ecce audax nebulo tanquam cacademone ductus
Surgit & hoc corpus mox sine honore rapit
Et sacram missa digitis vi, proh dolor, aufert
Calceq; sordidulo plebe dolente terit
Quamuis Romanam flammis incenderit urbem
Hoc nero crudelis non tamen egit opus
Cerberus id nunquam fecit, non horridus orcus
Hoc non commisit Pluto nec ipse Charon
Tartareq; nunquam patrarunt hoc scelus umbras,
Quæ tamen (vt fertur) nil nisi crimen amat
Hostia calcatur nebulonis calce lutoso
Calcatum domini corpus harena tenet
Quod patres coluere pij gens omnis adorat
Christicola antiqua quod pietate colunt
Hic audet sine fronte aliqua ridere prophanis
Gestibus, & duro dilacerare pede.
Hic audet dominum fortem prosternere sanctū,
Spernere & in numen nobile ferre manus
Hic audet summi precij calcare lapillum
Florida quem matris virginis arca tulit
Quid fiet manibus scurræ pedibusq; prophanist?
Furgari tantum qua scelus arte potest?
Quis licet? quæ mors tandem? quæ flamma? quis
ignis?
Hoc tantum poterunt rite piare nefas?
Expue sulphureos cineres, renouato calores
Aetua tuos, auctis ignibus ure scelus

Quia

ARGUMENT. INSIGNIVM.

Quin Vulcane nouos ignes diffundis in auras
Tam fœdum fornax vt tua purget opus?
Heus Neptune veni, tumido quoq; gurgite, noxā
Tergito & inflatis ablue crimen aquis,
Herculeas vbi nunc vites reperire licebit
Per quas monstrorum tot cecidere greges?
Acribus est merito torquenda hæc bellua flagris
Crudeles pœnas tale meretur opus
Parce pater cœli mortalibus, & tuus ille
In nos non mittat fulmina sœua furor
Mitescat tota ira tua, vt fœliciter orbis
Teq; tuumq; omni nomen honore colat

Ad gratiam recurre.

Si tua iam graibus fuerit mens sordida noxis
Gratia, pœniteas qnæ tibi parcat, erit:

Preciosa sapientia.

Rerum cognitio flavo est preciosior auro
Plus sapiens, stulto diuite laudis, habet

Superbia ambitiosior

Sæpe humiles spernūt qui sunt multo çre superbi
Cui gradus est, tenuit qui pede repit humi.

Aspectus humanus.

Conspiciat quamuis hostis te fronte seuera
Hunc tamen humano non nisi specta oculo.

Varia moriendigenera.

Heu genus humanum varijs mots artibus aufert.
Iste foris moritur febribus, ille domi.

Ineum qui omnia se posse putat.

Cur fers? aut cur voluis onus, cui viribus impar
Crederis? Athantis succine corpus habes?

Vlra

PERIPETAS MA

Vltra vires nil tentes.

Icarus & phaeton dum quædam maxima tentant
Ridiculi, iussu mox Iouis ambo cadunt

Fama celebritas.

Vtilius fuerit post funera nobile nomen
Quam bene depicto marmore rite tegi.

Deo diuisque deferendus honor.

Tu quoties numen vel diuos exprimis ore,
Præmisso facias id fine honore, caue.

Vna virgo mater.

Vnica virgo fuit prolem quæ protulit orbi,
Vnica non plures, vnicæ virgo fuit.

Lac fert ubere virgo.

Ergone virgo parit, lac fert, nutritq; puellum?
Filia num dici mater ut Anna, potest?

Charitas.

Est amor in christum, viua & sanctissima virtus,
Sit radix operis sit quoq; causa tui.

Esto domus cælicæ memor.

Sæpius ad cœlos suspira & suspice clamans
Non terrena mihi, cœlica sed domus est.

Principio resistito.

Permittas nunquam morbum sibi figere sedem
Radices altas, si dominetur, habet.

De Rbreno germaniæ fluvio.

Rhenus quem rapidum montes peperere superbi
Hac fluit & tumidas in mare ducit aquas

Artis medicae encomium.

Quis medicam cōtemnat opē quā repperit olim
Phœbus, & optata quam dedit ille manu?

Fortior est fateor fatorum inuicta tyrannus,
Humana sterni quam tamen arte queat.

Spicula

ARGUMENT. INSIGNIVM.

Spicula mors dominans tetro gerit atra liquore
Falce sua quicquid viuit in orbe, secat
Corpora sed varias Medicina iuuare per herbas
Morborumq; genus pellere triste solet.

Hæc pingat natas è crudeli aere pestes
Hanc rigidæ febres, hanc pituita timet,
Si miseris artus teneat nodosa chiragra
Inguina si tumeant hulcere læsa graui,
Si venter, si cor, si guttur, si caput aut pes,
Si manus aut pectus, quo cruciantur, habent
Si dolor in neruis sedeat, si sumpta venena
Exitij causam dantq; feruntq; rui,
Porriget illa tibi mox ingeniosa liquores
Et data si sumas pocula, saluus eris.

Naturam medicina fouet corpusq; tuetur,
Est nutrix titulo nostra vocanda suo.

Hanc Deus è tenui quondam tellure creauit
Authoremq; suum, non nisi numen habet.

Non omnes genere illustres.

Non omnes Regum claro sunt inguine nati.
Poma nec ex uno stipite nata vides.

Bene etiam hosti precandum

Mortuus est hostis, det ei Deus omnia salua
Et sit ei melior quam fuit ille mihi,

Vtiris meditatio.

Plus facit is cui mens rerum studiosa laborat
Quam cui fert multos bibliotheca libros.

De dilia fluvio brabantia.

Dilia quæ lentes conuoluis gurgite lymphas
Annua Louanij cur tibi præda cadit?

De furijs diri martis.

Tempore ab antiquo post prima exordia mudi
Incepere suas bella cruenta neces.

Alieni

PERIPETASMA

Alieni nominis denigrator

Tu nunquam de fratre tuo, sic dixeris ulli
Ille nec ingenio, nec pietate valet.

Rarius loquendum.

Auriculas natura duas dedit, os tamen unum
Ut qui multa audit, pauca loquatur homo.

Pretiosum tempus.

Vtere tam paucis qui dantur in orbe diebus
Est melior gazis Cræse vel hora tuis,

Idem argumentum.

Horula ne pereat, nihil est preciosus æuo,
Scis bene quo precio venditur una dies?

Rursus idem.

Cur fluxos sine fruge annos trascurrere dulce est
Haud emitur precio quo decet, hora suo.

Viri infelici sorte attacti querimonia.

Me miserum quo confugiam? mihi nemo fauore
Adfert, heu nullus porrigit auxilium

Infelix ego sum, me fors nimis anxia laedit
Spes quoq; fortunæ non datur vlsa meæ

Sum miser ac perij, nusquam solatia restant
Quis quæso lachrymas terger ab ore meas?

Sed tamen est sperandum aliquid nec enim mea
mens est.

Extinguenda omni tota dolore suo.

Quam pulchram expectat patientia vera coronâ?
Fœl x, in lachrymis qui patienter agit.

Homini potius quam bestijs succurrendū

Paupere contempto, canibus qui porrigit escam,
Naturæ non est, ah memot ille suæ.

Idem argumentum

Dig-

ARGUMENT. INSIGNIVM.

Dignarisne tuo villoſa animantia tecto?

Et socios homines pellis auare foras?

*De eo qui illibenter videt panem
ſuum rodì.*

Impius est hospes. qui te prospectat edentem,
Et numerat quoties mittis in ora cibos.

Frons mendax.

Ne credas hominiſ fronti frons, gestus, & ora
Iudicio imponunt ſæpius arte tuo.

De ſtudioſis & ignauis.

Sunt iuuenes quos impellas calcaribus, haerent
Et ſunt qui nullo, vi stimulante, ſtudent,

Senetus.

Cum iam canefcunt vertex & barba, memento
Mortis & extreſos non procul eſſe dies

In funus henrici ſecundi gallorem Regis

Triftia defunctum deplangite lilia regem
Non expectato vulnere, Iæſus abit,

Curandum ne ineunt cornmpatur

Fac tua ne teneram corrumpant veſta iuuentam
Quod puer audiuit vult meminisse ſenex.

Præpositis obedito

Quod ſacer officio Antifteſ tibi præcipit audi,
Nec cauſam fieri cur iubet iſta, petas.

Hos coles quibus honorem debes

Hiſ affurge quibus res publica debet honorem
Aequaliſq; aliquo ſemper honore cole

De quatuor florentiſsimis orbis

Christiani academijs.

Floret diuinis præclara Colonia Muſis.

Nec minus eſt ſtudium nobile Parhiſijs.

Pierides

PERIPETASMA

Pierides nutrit generosa Bōnonia sacras
Splendet & ingenis Roma vetusta suis.
Hic sunt dīuarum sedes & templa sororum,
Hic sacer, imperium nobile, phœbus habet.
Has veneror, colo, suspicio, amplectorque ca-
mænas,

Si vis laudā alias, non mihi pluris erunt.
Gallia gymnasij & Iberia, & Italia amplis
Orbi dant doctos, Græcia vt antē, viros.

Ætatis nostra φιλάφτια

Cur nostrum īgenijs fœlix extollimus æuum?
Num qui vixerunt antē, fuere homines?

Phœbus veri tenax

Quod laude indignū est laudaret carmine nūquā
Phœbus, qui veri dicitur esse tenax?

*Deturre quæ Louanijs in altum cacu-
men, extollit insigni celsitudine
vulgo à perdendo sumptus
nuncupata.*

Conuenit hæc turris procul aspicientibus urbem
Sumptus tam celsi non perire loci

*Humilis conditio potius quam su-
perba placeat.*

Regibus, & claris quondam seruiuimus aulis,
Aulica conditio sed mihi nulla placet.

Ægrotus.

Quid dabis ægroto, si vina piperque requirati
Asp̄era sunt illi nux, aqua, vina, piper.

Ne te debit is illigato.

Qui facit imprudens, vt multis debeat, illi
Nulla quies, nec pax, ni bene soluat erit.

Furis

ARGUMENT. INSIGNIVM.

Furis scopus.

Vt bibat & madidis elambat pocula labris
Venatur nummos, fur vagus, innumeros

Lentius reualescitus.

Sæpe lues quæ vènir eques, te lenta relinquit
Hei mihi tam tardo quod pede morbus abit

Contentus viue.

Cū minor ars sat frugis habet, cur maxima tèstast
Tute pelle tua vir bone contineas.

Elegantiss sermonis oror.

Væ tibi, barbariem culta qui ætate repulsam
Ad sedes reuocas ore manuq; suas.

Iurat sæpe ac mentitur mercator.

Dic. mihi mercator quoties mentiris in hora?
Et nomen domini voluis in ore tui?

Castas habe aures.

Si quis turpe aliquid dicat, mox cede nec audi
Insidieant animo dogmata sancto tuo.

Medicina priuata.

Tantum artis medicæ tibi quantū est vtile discas
Si possit, medicus sit sibi quisq; suus.

Seruandi sunt principes.

Haud tutum est reges præsentes cædibus esse,
Infœlix capto principe, terra gemit.

Scientia pie vtendum

Ingenium fœlix, rerumq; scientia diues,
His tantum prosum qui pietate valent.

Poësis.

Laurigeris meritò debet decus esse poetis
Ars est diuino nobilis ingenio.

Eni tempestas.

PERIPETASMA

Magna fuit nostris tempestas orta diebus,
Multæ inuexerunt schismata schismatici.

Connivium sobrium.

Quā triste est homini, cui suauis, sobria mensa est
Sæpius in longos poculæ ferre dies?

De eo qui se castum dicit, & scortatur.

Cur calcant teneræ ena limina sæpè puellæ
Si tibi, quod dicis, non placet villa Venus?

Index non verus.

Arbiter, aut iudex velut insanire videtur,
Omnia qui dicit candida, quæ nigra sunt.

In quosdam mendaces, qui promissio- num fumos non nummos egenti dedere.

Mendaces scurræ, prædones plebis iniungi,
Qui spoliant aliis nil volueré, dare.

Non semper canendum.

Desine, nec iibeat Veneris cantare diebus,
Cantio sit labris nulla prophana tuis.

Casta nox.

Quam dulce est homini casto durmire cubili,
Et nullo Veneris, qui nocet, igne rapi?

Magnanimis, & Robustus.

Est tibi ferrea trons, alterq; videris Achilles,
Herculeæ vires te genuere puto.

Haud diu durat vxorculæ mortuæ, lu- cans, si mox altera succedat.

Defundetæ vxoris luctus brevis, altera coniunx,
Tristitiam pellit quam prior iutulerat.

Iuueni qui formidolosus est.

Pectore quā tumido es? formidas arboris umbrā,
Exterretq; apimum musca vel yna tuum.

Latro+

ARGUMENT. INSIGNIVM.

Latrocinium.

Insidijs homines audent iugularare latrones;
Repperit infastum s̄apē viator iter.

Opcanda pax est.

Cui furor armorum placet; atq; insania belli;
Indignus, videat qui bona facis, erit:

In eum qui stomachi faburram reūgit.

Cur spuis audaci, de pectore vina? cibosq;
Quos dedit humana mensa rarata manu?

In eum quem ornat Byssus, sed premit egestas.

Quorsum te byssus splendenti vestit amictu;
Si, quæ te foueat, nulla sit esca domi?

In eos qui per nefas aliena rapiunt.

O cautas vulpes, O coruos vngue rapaces.
Hæc cuius tandem quæ rapuistis, erunt?

Hereticus iure exuritur.

Pœna tui est sceleris, sacri non palma triumphi;
Dum focus exardeus te vorat hæretice.

De eo qui Pœsim non fert.

Cui cytharā, neruds, cui plectra negauit Apollo,
Non fert; si clarum carmine condit opus.

Etiam miles fato vincitur.

Bellica neruosi ceciderunt militis arma,
Nec potuit fati vincere tela feri.

De parte crucis dominicæ, que Namuræ in diui Albani templo colitur.

Sancta salutiferæ crucis hic pars vñi quiescit;
Oscula fragmento porrige digna sacro.
Christe infelicis ter maxime conditor orbis,
Sit tua pro pœnis, passio dura, meis.

P E R I P E T A S M A

Hæreticorum scripta.

Imphia Tartareæ pepererunt dogmata laruzæ.

Nataq; sunt Stygijs dæmonis arte, locis.

Hæretici quidquid dicunt, finguntq; nouantq;

Topica, sub blando cortice, semper habet.

Hinc igitur deflecte animū Christi optime miles,
Et quæ sincerè scripta fuere, lege.

En tibi tot docti præclara volumina scribunt,
Stulte quid impuros voluis, amasq; libros?

Vt̄ilis orbi Psalmographus David.

Carmina quæ neruis vates cecinere prophaniſ

Tam bene Christiadam pectora nulla iuuant.

Semper enim pietas ad res est vt̄ilis omnes,

Hęc precij reliquis plus quoq; rębus habet.

Offer aquas ori varias, Bacchiq; liquores,

Fac tua sit lautis mensa parata cibis

Conuehito innumeros in ahenea scrinia nūmos,

Sitq; tibi rerum copia multa domi.

Instabilesq; pedes peregrinas transfer ad oras,

Fac videas quicquid terra, fretumq; tenent.

Hęc animi morbos non tollent, nec minor illus

Reddetur capiti quam fuit ante dolor.

Artibus his non est mentis curabile vulnus,

Ast aliam dum flet languida, quærit opem.

Ergo te quoties vel Mars, vel noxius hostis,

Vel Nemesis, vel sors dura, feroxq; preniit,

Consule Psalmographi Cytharā, pectusq; quiete

Et medicam facem sentiet esse sibi.

Hinc tibi decerpes fructus, patiereq; latus

Quicquid fortunæ torquet iniqua manus.

Hic tibi nullius sceleris caligo tenebras

Offundit pietas, hic sed aperta patet.

De pio conniunctore.

Quod

ARGUMENT. INSIGNIVM,

Quod tua me pietas multis laudata diebus
Fouerit in mensa vir generose tua,
Est quod agam summas tanto pro munere grates
Dent tibi perpetuos numina sancta cibos.

Ad puerum studiosum.

Vt tua te probitas ad summos ducat honores,
Litterulis studeas ingeniose fuer.

Præfidi Consilij Namurcensis Da-

Ioanni Cocco.

Ecce tibi, & vxori, & nato clarissime Præses.

Grates ex animo nunc abiturus ego
Ingratus fuero mea tres nisi Musa salutet
Sic paucis vobis nunc valedico tribus.

Ad hospitem

Me quod magnificis suscepis ædibus, est quod
Et referam grates, & meminisse iuuet.

Ad fantorem quendam

O dignitas utinam possim tibi reddere grates
Ob donum, pietas, quod tua larga dedit.

Efficiant multos vt viuas fata per annos
Cœlica post tristes dent tibi regna dies,

Ad quendam qui ædes sacras do-

nis auxit.

Finibus in patrijs, quod sacras auxeris ædes

Clara manent vitæ sic monumenta tuæ

Hoc sane veterum est imitari exempla parentū

Quorum fundauit plurima templa fides,

Hinc sibi contraxit rex Constantinus honores

Nullo qui poterunt non superesse die,

Hinc sacra odoriferos mittent altaria fumos,

Et cœli diuis thura Sabæa dabunt.

Canticis sublatis emissaque vocibus, aures,

Pulsabunt summi limina & ipsa Dei.

gg iii Ergo

PERIPETASMA

Ergo tibi vir magne paras non nomina solum,
Ant famam, qua te postera secla colant,
Sed precibus resonare facis sanctissima tempfa,
Quæ poterunt animæ ferre salutis opem.

*De probato quodam Ecclesiasta, quem
suis utilissimum Atio-
pos rapsit,*

Sole sub instabili paucis cum viximus annis,
Puluere mors atrox corpora nostra tegit.

Scire iuuet (breue carmen erit) doctissime lector,
Cuius fint isto membra sepulta loco.

Hic iacet insignis corpus venerabile patris,
Claro qui vixit præditus ingenio.

Lector erat, sacri diuinaq; semina verbi,
Hac, gratus populo, sparsit in urbe peto,

Curavit summa cum laude negotia fratrum,
Huic commissa fuit sollicitudo domus.

Sedulus atque vigil mulri patiensq; laboris
Hac est officio functus in æde suo.

Et curis pressus varijs & pluribus annis
Vixit Carmelo gratus adu' q;: suo.

Mortuus heus taudem est, illi p almosq; precessq;
Qui tumulum calcas, lector amice dato.

*Viri cuiusdam Carmelitani
epitaphium,*

Mortales tandem, quoru breue cépus in arbe est,
Inuida crudeli fata sutore necant.

Ceditio infœ' ix hominū, mox corpus, ut umbras
Labitur, & subito, ceu rosa verna, perit.

Proh dolor hic fusca clausus tellure quiescet,
Carmeli quondam qui Prior huius etat.

Vir pius, & prudens, & fratribus utilis olim,
Officium cuius non sine laude fuit;

Do 8

ARGUMENT. INSIGNIVM,

Dotibus hunc natura suis ornauit, & auxit,
Ingenij valuit viribus ille sui.

Le multo applausu populo sanctissima Christi
Peruigil & doctus semina scepè dedit.

Hunc tamen è medio crudelia fara tulere,
Lector defuncto fausta precare viro.

De victorijs anno 1557. à I^obilippo Hispaniarum Rege partis, deḡ fælici eius
ad suam aulam reditu, carmē
gratulatorium.

Saluus adest Priucept̄ ter maximus ille Philippus
Saluus adest animo, corpore saluus adest.
Ergo agite, atq; hūc magnauimum mea carmina
regem

Dicite, præclari nomen honoris habet,
O Bruxella, tuas redeunti attollito portas,
Fac domino pateant arcus, & aula tuo,
Læta sit insolito populoſa Brabantia gestu,
Arthesia exultet, Flandria & Hannonia,
Musica cur dormis? tua fac modulamina surgent,
Cur premitis vestros organa læta modos?
Pierides calamos inflent, Musæ & sonoræ,
Fac resonent cytharæ nūnien Apollo tuæ.
Saluus adest, viator rediit rex ille Philippus,
Absoluit fausto sydere saluus iter.

Vrbibus in nostris ciues concordia iungat,
Teſtentur choreis gaudia multa suis.
Fac Vulcaue focos, fumosi ignesq; struantur,
Pulsaq; vi quadam sydera flamma petat.
Ornentur plateæ, varijs spectacula rebus
Burgundi antiqui gens generosa paret.
Vos pueri infantesq; altos resonate triumphos,
Quorum tres annos vix tener vnguis habet,

gg iiii Neruo-

PERIPETASMA

Neruofiq; viri, quos grandes redditid ætas
Lætitiam plausu dentq; fera ntq; suo.
Nemo sit ex hominū præclaro stemmate, qui nō
Excitet ex animo gaudia multa suo.
Et quamuis iam tristis hyems ex arbore flores
Legit, & ex agris dulcibus omne decus.
Nunc frondes rursus redeant, floresq; tenelli
Induat & rursus germen arista suum.
In teneras redeat calor optatissimus auras,
Phœbus vt æstiuo tempore, carpat itēr
Omnia complaudant noua iā victoria parta est,
Cum cœlo ac stellis rideat omne solum
Saluus adest Princeps ter maximus ille Philippus
Saluus adest animo, corpore saluus adest
Armis ac ferro firmas penetrauit ad oras,
Fecit ad ignotos esset aperta via,
Transiit & nemora & sylvas, collesq; superbos,
Flumina quæ rauco murmure lata fluunt.
Inq; locis posuit sua regia sceptra remotis,
Maioresq; nouo clime, fecit agros,
Hæc est magnanimi sententia trita Philippi,
Quam passim sculptam nūmus & arma tenet.
Est dominus meus adiutor, neq; tela timebo,
Quæ feras intrepida fronte parabit homo.
Ingentes fudit nerioso milite turmas,
Cæsa fuit subito captaq; tota choros.
Mats rubet & fusos bibit ebria terra cruxores
Sanguine purpureo militis arma madent
Credite mortales, pietas diuina Philippi
Terras & populos vincit & omne niare
Quid plus Dauidis fecit laudata potestas.
Armis qui strauit corpora multa suis.
Quid plus Herculeæ vires? quid fecit Achilles?
Aut quod tentauit clarius Hector opus?

Quid

ARGUMENT. INSINIVM.

Quid plus gesserūt veteres? Nūnja nobilis Ancus
Quid Gedeō? Samson? quid genus omne vetus?
Pierides veniant, Pallas quoq; Phœbus, Apollo,
Accurrat celeri Calliopeia pede.
Coniunctis scribant neruis de regc Philippo,
A Eternos videas diue Philippe dies.
Mirantur meritoq; colunt laudantq; timentq;
Tres orbis partes teq; ruumiq; patrem
Nunc vbi Crispe iaces bellorum candide scriptor
Romani imperij qui monumenta refers
Desinat antiquæ iam perdita mœnia Troiæ.
Ludere melliflui carminis arte Maro.
Desinat annales cursus mensesq; diesq;
Formandi varijs dicere Nasformodos
O Bruxella tuas redeunti attollito portas,
Fac domino fateant arcus & aula tuo
Sertaq; victori varijs intexta lapillis
Ferte simul sacræ turba beata Deæ.
O vtinam nostros teneat pax aurea fines,
Nam sumus ex uno turba redempta Deo
Non quæ mense breui sed quæ durabilis æuo
Reddat fœlices, pax sit amica dies.

Affectata oratio.

Aurea quid resōnas, quid sesquipedalia yerba,
Et tua mens artis cognitione caret?

In nimium edacem.

Viscera cur tanto intendis potuq; ciboq;
Cum mox è saturo ventre recedet onus?

Qualis adit scholas talis redit asinus.

Doctus abi, indocetusq; redi, solet esse Studentis
Cuius in ignauo pectore pigritia est.

De eo qui plurima promittit

Est qui multa hodie constans promiserat, at eras
Vixos

PERIPETASMA

Neruosiq; viri, quos grandes reddidit ætas
Lætitiam plausu dentq; fera ntq; suo.
Nemo sit ex hominū præclaro stemmate, qui nō
Excitet ex animo gaudia multa suo.
Et quamuis iam tristis hyems ex arbore flores
Legit, & ex agris dulcibus omne decus.
Nunc frondes rursus redeant, floresq; tenelli
Induat & rursus germen arista suum.
In teneras redeat calor optatissimus auras,
Phœbus vt æstiuo tempore, carpat itēr
Omnia complaudant noua iā victoria parta est,
Cum cœlo ac stellis rideat omne solum
Saluus adest Princeps ter maximus ille Philippus
Saluus adest animo, corpore saluus adest
Armis ac ferro firmas penetrauit ad oras,
Fecit ad ignotos esset aperta via,
Transiit & nemora & sylvas, collesq; superbos,
Flumina quæ rauco murmure lata fluunt.
Inq; locis posuit sua regia sceptra remotis,
Maioresq; nouo clime, fecit agros,
Hæc est magnanimi sententia trita Philippi,
Quam passim sculptam nūmus & arma tenet,
Est dominus meus adiutor, neq; tela timebo,
Quæ feras intrepida fronte parabit homo.
Ingentes fudit neruoso milite turmas,
Cæsa fuit subito captaq; tota choros.
Mats rubet & fusos bibit ebria terra cruores
Sanguine purpureo militis arma madent
Credite mortales, pietas diuina Philippi
Terras & populos vincit & omne mate
Quid plus Dauidis fecit laudata potestas.
Armis qui stravit corpora multa suis.
Quid plus Herculeæ vires? quid fecit Achilles?
Aut quod tentauit clatius Hector opus?
Quid

ARGUMENT. INSINIVM.

Quid plus gesserūt veteres? Num̄ia nobilis Ancus
Quid Gedeō? Samson? quid genus omne vetust
Pierides veniant, Pallas quoq; Phœbus, Apollo,
Accurrat celeri Calliopeia pede.
Coniunctis scribant neruis de regc Philippo,
A Eternos videoas diue Philippe dies.
Mirantur meritoq; colunt laudantq; timentq;
Tres orbis partes teq; ruumiq; patrem
Nunc vbi Crispe iaces bellorum candide scriptor
Romani imperij qui monumenta refers
Desinat antiquæ iam perdita mœnia Troiæ.
Ludere melliflui carminis arte Maro.
Desinat annales cursus mensesq; diesq;
Formandi varijs dicere Nasimodos
O Bruxella tuas redeunti attollito portas,
Fac domino pateant arcus & aula tuo
Sertaq; victori varijs intexta lapillis
Ferte simul sacræ turba beata Deæ.
O vtinam nostros teneat pax aurea fines,
Nam sumus ex vno turba redempta Deo
Non quæ mense breui sed quæ durabilis æuo
Reddat fœlices, pax sit amica dies.

Affectata oratio.

Aurea quid resonas, quid sesquipedalia yerba,
Et tua mens artis cognitione caret?

In nimium edacem.

Viscera cur tanto intendis potuq; ciboq;
Cum mox è saturo ventre recedet onus?
Qualis adit scholas talis redit asinus.
Doctus abi, indoctusq; redi, solet esse studentis
Cuius in ignauo pectori pigritia est.

De eo qui plurima promittit
Est qui multa hodie constans promiserat, at cras
Vixos

PERIPETASMA

Supercilium.

Cur tibi consurgunt caperata cornua fronte?
Subiectum domino te decet esse tuo.

De eo qui immodestius in templis obambulat.

Cūr violas luum varijs discursibus ædes?
Cur teris instabili templa sacrata pede?

Ambitio.

Nunquam te extollas, cupias sed vilis haberi,
Mens humilis pacem, damna, superba parit.

De eo qui uibil quam venatur.

Cur fugis ad sylvas, vel cur mare percutis hamo
Hæreat ut filis obuin præda tuis.

De eo qui Musicam odit.

Odisti Musas, & Musica cantica temnis,
Ore quod inuitœ Musicus esse nequis?

Vultus larua.

Cur mihi non loqueris germano pectore? cur sic
In vultu ficto blandula larua latet?

Inuidia.

Secreto inuiduli mordent crudeliter ore
Sæpeq; tam saeuo vir probus angue petit.

Eadem materies.

Cerberus atroci, latrat canis innidus, ore
Et parit in nido pignora multa suo.

Amicus non sincerus.

Gestibus ac verbis fictus blanditur amicus
At nisi quod iustum est, integer intus habet.

Cui sat est pauper non est.

Nec perijt, nec inops viuit nec languet in umbra
Cui domus est, cui res, cui quoq; fata fauent.

Nobilis agricultura.

Agricola

ARGUMENT INSINIVM.

Agricolam temnis curuo qui vertit aratro
Tellurem, ut gratas culta reportet opes?

Mores sint homine digni.

Vis porcus fieri? vel bos? vel capra? vel anser?
Viuere qui non vis ceu bene debet homo?

Sol non inficitur funo aut luto.

Si Phœbi radius contingat Itercora, purus
Contractis nusquam sordibus ille manet.

Corporis incolumitas.

Sat fueris fœlix, etiam si plurima defint
Corporis incolumis si bene menibra valent.
Quod veile est audi animoq; imprimito.

Aurea si docto sententia prouuntur, ore
In scribas animo, prodent illa, tuo.

In eum qui ingenio aut genere superbit.

Si te solum hominē, reliquos animantia surda
Esse putas, mater quæ tibi? quis pater est?

De superciliosis.

Cornutas video mira grauitate Catones
Horum conspecta fronte, superbit iter.

Tristitia animum offendit.

Si quid tristitia pectus tres comprimat horas
Plus satis est, animum si manet atra, necat.

Quies animi.

Ne quid te nimium terrena negotia vexent.

Insidieant animo paxq; quietq; tua.

De Clemente insigni concentore

Musico.

Dic mihi cur vulgo Clemens non papa vocari?
Cum sis canticorum summus in orbe pater.

Differentia fontis & fluyi.

Vix os quo decies dicta resummat erit,

Super-

PERIPETASMA

**Cur fontes tanti facis? est aqua fluminis ori
Dulcior & dentes purius illa lauat.**

**De eo qui sem per eque stupidus viuit.
Frustra is iam toties vidi redijste Decembres
Qui nescit digitos d'numerare suos,**

Somnus immodicus

**Horis si septem dormisti, plus tibi sat sit
Est studijs nimium noxia, longa quies**

Snos cultores amant musæ.

**Filiolis teneræ dant oscula blandula musæ.
Et vorat ignauos Cerberus ore triceps**

De inope qui iactantius se vestit.

**Cur fers ieiuno preciosas corpore vester?
Subq; tuo recto est nil nisi tetra famæ?**

Ad inuidum.

**Qui velit inuideat, nil tela inimica moramur
Inuidus, exangui pœna sit ore, sibi**

Ad Dominum Philippum Hof- denium, Gertrudani cæ- nobij Abbatem.

**Vir pie quo toto non est humanior orbe
Sit tibi prosperitas, sit tibi fausta salus.**

Ad Vigilum Bruxelle ægrotum.

**Ergo renascuntur vires & rursus in artus
Inreditur virtus quæ fuit ante tnos?
Incolumis longam vir candide viue per ævum
Regia consilio sulta sit aula tuo.**

Ad Abbatem quendam Hispanum, qui relictis Belgis Nauaram repetebat.

Extremum nostris, præful clarissime Belgis

Mon

ARGUMENT. INSIGNIVM.

Mox ingressurus, num valedicis, iter
Te saluum Christus fœlici fidere ducat,
Sitq; viæ clementis dux precor ille tue,
Sic tibi nunc noster tristis valedicit Apollo
Hæc mea dum scribo, fletibus ora madent
Viue, vale & multis tua vita effloreant annis,
Dent tibi fœlices numina sacra dies.

*Author de Nativitate sua quæ fuit ea nocte
quæ media est inter Michaelis festum
& Hieronymi.*

Summe pater, pars noctis erat cū nascerer orbi,
Per te facta dies, nox tamen illa mihi est
Nil habet obscurum mea nox, tu discutis ymbras
Sinceræ fidei lumine, corda replens.

*Author de diuis Hadriano, Mi-
chaele, & Hieronymo.*

Conculcate meos coniunctis viribus hostes
Vos tres patroni, celica turba, mei,

EPI TA-

PERIPETASMA
EPITAPHIVM VIRILON.
GE PRÆSTANTISSIMI
AC OMNI ARVO LAUDATISSIMI
D. Gerardi Veltunikü qui anno ab orbe re-
dēpto 1554. etate nondum senex, sed intelle-
gra neq;) enim vltierius quam ad quadra-
gesimum quintum annum perue-
nerat) extreum vita claus-
it diem.

Quisquis es hac gradiens, lachrimis perfunde se-
pulchrum,
Noxia præclarum fata tulere virum.
Proh dolor, hoc tumulo magnus iacet ille Gerar-
dus,
A Eterni cuius nomen honoris erit.
Ingenio nulli cedens, pietateq; nulli
Sýncerus vita religione, fide.
Quanta illi probitas? qua splendida gratia? mores
Quam nulla infecti labe fuere viro?
Hic varias docto callebat pectori linguis,
Oraq; vincebat Palladis eloquio.
Denique quod tantis floreret dotibus, astat
Mox à consilijs, Carole Quinte, tibi,
Prærereà impiger ad longinquas mittitur oras
Sæpeq; legati fungitur officio.
Bis subit intrepido Solymani limina vultu
Riteq; commissum à Cæfare munus agit
Quid plura? ad Reges alios aliosq; subinde
Missus, per terras, per mare fecit iter.
Sed fera Mors, tanta dum sedulitate labores
Perfert, hunc misero protinus orbe rapit
Paucos

ARGUMENT. INSIGNIVM.

Paucos dum moritur vir prudens viderat annos
Nec licuit plures annumerare dies.
Ofatum crudele nimis quid honoribns orbem
Quid spolias tanto tempora nostra viro.
Mors cur pestifero mortalia pectora tcelo
Percutis & doctos cogis abire viros?
Sit luxisse satis, numen cœlestē precemur
Vt colat ætherei suauia regna poli.

Ad diuum Mauruntum.

Sunt qui spumferas Neptuni turpiter vndas
Laudant vel Martis castra superba feri.
Sunt quoque qui violas, flores, & suauia prata
Aut pulchræ Veneris dulcia labra canunt
At nunc te nostrum Maurunte beatæ poema
Afflatuni sancta relligione colit.
Te tua plebs humilis, summo veneratur honore
Subsidijs, quo quis tempore nixa tuis.
Magna Duacensis tu gloria, tu pater vrbis
Tu spes, tu plebis, diceris esse decus.
Ceu currit vitreas ceruus sitibundus ad vndas
Dum latrant sœuo turpiter ore caues.
Lympida sic puris petimus tua balnea lymphis,
Atque tui sacras fontis amamus aquas.
Respice nos oculo pietatis, & horrida torui
Dæmonis, imperio conteret œla tuo.
En varijs ad te accurrit gens obruta morbis.
Pelle procul, populo quicquid obesse potest.
Addiuū Amatū Duacensis quoq; populi decus
Diue apter, populi prædulcis amator, Amete,
Te pia deuotæ pectora plebis amant.
Fac me cœcus amor, ne nos caro lubrica vincat.
Nos decet æternum semper amare Deum.
Nos Venus & Bacchus, nos tētat amica voluptas
Est mundi seruis ars inimica tuis.

Quam

PERIPETASMA

Quam pulchrum virtutis iter? quā tuti piorū est
Simplicitas læti gloria quanta poli?
Quam fœlix sua qui post tristia funera, cœlum
Scandit? & Elysios dulciter intrat agros?
O quoties fumant tua sacro altaria thure?
Et solet in templo cereus esse tuor?
Te quoties vulgus precibus, donisq; salutat,
Atq; tua supplex flebit in æde genu?
Quid multis? laudant tua sacra insignia ciues
Te quoq; fautorem diues mopsq; vocant.
Rerum largitorem Christum
agnoscite.

Dat vitam Christus, dat opes, dat & omnia? solus
Sæpe tamen merito res datur ampliæ tuo.
Vita nec est ex te nec opes, tu matris ab alio
Existi nudus, flensq;, gemmensq; venis,
Nunc tibi sunt gazæ, nuc sunt tibi scrinia multa
Vnde tibi tot opes? corpore nudus eras.
Quicquid habes venisse Dei pietate fatendū est,
Dona Dei sunt hæc omnia, Paulus ait.

Ad Dominos summi apud Machlinianos
Senatus Confiliarios.

Cuius ab instinctu mortalia corda mouentur,
Omnia det vestro prospera consilio.
Orbi quid melius doctoq; grauiq; Senatus?
Vtilius claris quid quoq; iudicibus?
Qui tollunt leges, tollunt quoq; regia iura
Et Cæsar sceptrum nec fine lege tenet
Iura fouent populos tranquillaq; clunata terræ
Reddunt, & pax, si lex dominetur adest.
Per vestrum florent hæc Belgica regna senatum
Nixaq; sunt vestris omnia consilijs,
Hoc tenui calamo vos noster Apollo salutat,

sit

ARGUMENT INSIGNIVM,

Sit gratum dominis carmen inane meis:
D. Carondeleti Archiepiscopi Panormitanus Epitaphium.

Præfulis hic magni cognoscite triste sepulchrū
Priscorum patrum quos monumenta iuuant
Hic tumulo insignis pastor pietate recumbit
Cuius perpetuo tempore viuet honor.
Splendor enim Siculis olim fuit vnicus oris
Ornans Italicum religionē solum
Consilio iuuit Romanj Cæsaris aulam
Pectore fœlici, floridus ingenio.
Et quoniam incorruptus erat sanctusq; minister,
Et dignus varijs vnicus officijs,
Ad multas trahitur diuino flamine curas,
Ut regeret studio plurimā templa suo.
Et veluti varijs stella vnicā lucet in oris,
Et sat pro lato climate, lucis habet,
Sic pius hic pastor, tantum pietate valebat,
Vr vix hoc quisquam vixerit vtilior.
O Siculi extinctum sydus deplangite vestrum,
Luge & tu, tantum flandria mœsta virum.
Oranda est Christi bonitas, ut in æthere fœlix
Mens habeat tanti regna beata viri.

*Ad Ciuitatem Parisiensem quæ inter tot se-
ditiosorum tumultus vittrix persistit
bis annis. 1562. & 1563.*

Est illustre tuum præclara Lutetia nomen
Splendida qnē fidei bibliotheca manes
Non furijs non hæreticis, non pestibus ullis
Cesserunt ciues gens animosa tui
Posteritas igitur summos tibi debet honores
Virtutisque tuae maxima gesta canet

hh

Derecepis

PERIPETASMA

Derecepto à Cardinale Granuelio Galero Cardinalitio.

Suscipe quod mittunt Romana palatia munus
Vir quo nil Regio Belgica manus habet
Suscipe purpureo cinctum diadema colore
Suscipe virtutis splendida signa tuæ,
Non ab Apollineis veniunt insignia tectis
Non Iouis à dextra dulcia poma manu
Non tibi Pan calamos, non Mars dat ahenea tela
Non Crœsus gazis scutia plena suis
Roma sed insignes tibi, respice, mittit honores
En decus ad Belgas venit ab urbe nouum
Dij faciant, possis multos uumerare decembres
Venturique ferant hæc meliora dies

Distica festi uiora quæ plus habent faciarum eodem autore F. Hadriano Hecquetio.

Dere sacra iocandum nunquam.
Delicias quæris? plausus? risusque? ioco? q;?

De rebus moueas ludicra ulla sacris

Refocillandus est animus.

Carmina læta iuuant nœctis non ædita neruis
Tetrica non opus est, semper Apollo canat

Edentulus non bene terit escam.

Cui superest quod edat felici viuir in æde,
Si modo dens adsit qui terat arte cibos.

In Epicuræum.

Vnus tam tibi sit nasus, frons vnicat tantum
Cur mentum duplex porce epicure geris?

Mulieri arcanum ne detegito.

Vt nunquam lucerna potest abscondere lñcem.
Sic

ARGUMENT. IN SIGNIVM,

Sic tegit arcanum foemina rara, suum

*In debilem qui tamen iactat se
multa posse.*

Qui bellare quæcas quamvis videaris Achilleo
Si nec frons, nec pes, nec manus vlla tibi est?

*De eo, cuius pars posterior crebros
crepitus emitit.*

Nescio sulphureos aluus tibi si struat ignes
Semper ab illius culmine fumus abit-

Defure.

Cum pascant alij vel æquos, vel oues, vel asellos,
Quin pascis cōruos fur sine fronte tuos

Ad somniatorem.

Somnia si veniant naso dum stertis in umbra
Surge, feres nunqñani somnia vana vigil

Ad eum qui vinum adfert.

Vinum adferre libet, cade si vis bis. ter euudo
At caueas rediens ne tamen ipse cadas

*Ad puellam quæ sapientia intuetur
speculum.*

Nitetis ah quoties speculum spectare puella
Annos post centum mortua puluis eris.

De morte.

Si crudelis hyems rapiat te mense Decembri,
Vina nec Autumnus, nec tibi poma dabit

*Anido auelli nequit somnolentia
deditior.*

Ah quoties dicet somni piger omnis amator,
Surgo, sed horas tres vox ea significat.

*De eo cni confossus & prærosus
est nasus.*

hh ij

si ubi

PERIPETASMA

Si tibi de naso vix pars nisi paruula restet,
Semper erit linguæ,cantio rauca,tñæ.
De immodice sobrio.

Cui magis vnda placet quam præstantissima vina
Si lubet,is madido præbibat ore cani.
Ars furis.

Qui premeris turba,tumidæ memor esto crumenæ
Fur loculos,si quos viderit,arte secat.
Labrum deformius.

Si tibi sit iabrum inferius longuinq; patensq;
Ex oculo excipiet flumina missa tuo.

Nox amica pigro.

Dormit iners oculosq; fouet caligine somni
Gratior est illi nox sine luce,die.

Nasus prelongus.

Quod si promineat tibi nasus acumine longo
Hunc poteris,si vis,mungere vtroq; pede.

Garrulus conuinator.

Sunt tibi conuiuez; satia sermonibus aures
Nam niminm,nisi sic impedianter,edent.

Facile cœditur cui brachianon sunt.

Si tibi iam cæsis manibus sit corpus inerme
Tres poterunt seui te lacerare viri.

Morbi initium.

Confilio medici,morbo si ex parte labores,
Integer ægrotus ne videare,caue.

Fallax & callidus capo.

Bis piscem nobis astutus vendidit hospes
Altera pars visa est piscis,vt ante prior,

De eo qui in futurum parat vñtrē
Est qui tres vel quinq; dies ieunia scruat

Vt plus

ARGVMEN T. INSIGNIVM.

Vt plus ē mensa quam parat alter, edat.

Edax belluo.

Est qui se saturum nescit vorat, ingerit escas

Mox crepus veniens adfōnet esse satis

Se iactat mulier.

Fœmina quamvis sit laetæ, planè infacia lingua

Se vel maiorem dicit Aristorele.

Is qui se se ledit non letatur.

Si quis forte nates spiritus detergat acutis

Mirabor si tunc fideat otē hilari.

Partis posterioris folles.

Fornacem accendas Vulcanus te rogar, eugo

A tergo tibi pars quæ bene stabit adest

Iniquus debitor

Me fateor debere tibi, satis esse putato

Quære alium nummos, qui numerate velit.

*De eo qui ob filuosam barbam se
iactitat & ostentat*

Omnes te capræ pro patre aut fratre salutant

Barba quod è mento pendeat ampla tuo.

*Id respondendum ei qui prandium
aut cœnam ambit*

Cum dolor insanus dentes tribus occupet horis

Nulla mihi nunc est cœna parata domi.

*De ijs qui noctu sordes enebunt
ac larrinas purgant.*

Cedite nam fœdos comportat sponsa liquores

Stercora, quæ sponsam vasa sequuntur habent.

De Medico.

Si mensæ presit medicus, bibe suavia vina

Præcipit ille, bibas, si tamen absit, aquam

bb iiij

Ad

PERIPEIAS MA

Ad Cantorem Musicum.

Collue mellifluo tua' guttura sicca Lieo
Cantor, vel dulcis cantio nulla fluet,
De eo qui carcere clausus quempiā alloquitur
Cede mihi cedamq; tibi, tu liber es, at me
Carceris horrendi vincula sœua tenent
Mala fœmina.

Quando defuerint fluuijs & montibus auræ
Vir magis astutus quam mala fœmina erit
De eo cui pedes non sunt.

Si tibi pes non sit nec calceus utilis ullus
Esse potest, cūruo pectore, repe manu.

In iuuenem plus aequo loquacem.
Stercora cum mixtunt saturo de ventre catelli

Tunc loquere, aut cum se puluere pascit auis
In eum cui pecunia numeratur.

Si tibi nunc desunt lotuli, mihi porrige nummos
Hos reddam sexto post tua fatâ die.

De eo qui fitte luget.
Funera defuncti singis te flere parentis
At sub veste nigra, pectora læta geris.

De Pigro.

Si dormire tribus yis nec piger ire, diebus
Tu potes hic Veneris, si lubet esse die.

Ad Aethiopem.

Nigra manus, pectusq; nigrū, nigrū caput & frōs
Dens niger, os nigrū, dæmone nigrior es.

Fœmina.

Fœmina bis stulta est sapiens quæ poscit haberi
Nam stulta est aliter, sed nisi stulta semel.

De eadem.

Fœmi-

ARGVMEN T. INSIGNIVM.

Fœmina si mala sit, si garrula, si vaga, si trux,
Hæc peiore tamen, quis neget? est melior.

Defuco vulnus mulieris.

Fluit ut in teneræ nebulo picta ora puellæ
Mox rediit genulis turpis, vt ante, color.

Desordidulo bomuncione.

Hunc quis fœlicem, nisi cœcus mente vocabit
Scalpens verniculos qui capit vngue duos?

Dormi tutus.

Vis tutus dormire domi? clande ostia ferro
Ne spoliet loculos fur vigil arte tuos.

Cœcus.

Cœcus es, & cœcam vxorem vis ducere? quis te
Ducet? quis tibi dux? quis tibi lumen erit?

Garrulus.

Cur sic confuso sermone vocabula misces?
Non intelligo te, te tamen ipse capis.

Præde eiusdem captatores.

Sunt duo qui prædam ardenter venantur eandem
Vtrius hæc, si cras emoriatur, e. t?

Ventrismancipium.

Quæ vocet ad mensam, quando cāpana sonabit?
Sæpius id nebulo, nil nisi venter ait.

Mendacium.

Quis numerat, quot iam mendacia protulit orbis?
Mentiri non est ars noua. mos vetus est.

Edentulus.

Qui poteris nodos edentule soluere? dicam
Vngues prælongos semper habeto duos.

De eo qui constanter mentitur.

Mentiri dulce est multis? mendacia fundunt
Heu miserum nulla fronte nec ore genus.

PERIPETAS MA

Rifus.

Ne nimium ridere iuuet, rifus secat ora
Et senium rugis contrahit ipse suis.

Causidicus.

Cur mea causidice hæc conuiua garrula reddis,
Postulat, vt dicas cum mea causa taces

ABSOLVTISSIMÆ ERVDI-
TIONIS VIRO DOMINO IOHAN-
ni Sceiffio vtriusq; Iuris Doctori, æquiti aurato
ac Brabantiaæ Cancellario longè celeberrimi.
mo. F. Hadrianus Hecquetius Carme.
lita Theologie Professor
S. D.

HAUDE quidem sat mirari possum, vir ornatissime, qui fit quod quum plurimi etiā improbo sudantes labore, qui omnia vincit, si qua maroni fides, bonam etatis viteq; suę partem, varijs authorum tum veterum tum neotericorum monumentis lexitadis occupet, sepe tamen contingat ut oleum & operā (quod dici solet) perdent, redeant ē bibliothecis & academijs prorsus amisi, indocti & illiterati quum tamē sint, quamvis non ita multi, qui paucorum annorū spatio, plurimarum rerum iudicium, ar-
tium,

ARGUMENT. INSIGNIVM.

tiūm, scientiarumq; variarum cognitio-
nem nūnunquam minimis laboribus a-
dipiscuntur, nisi ob id fiat, quod quum hi
quę diligenter legant in animum audis-
sime traiçiant, illi tumultuaria quadam
lectione sese ingurgitent & imprudenter
obruant. quis enim vixit quem ad vnum
Mitridarem regem iure possimus cōfer-
re, qui studio effecit suo, vt viginti duas
linguas callerer exacteq; exprimeret? ne-
que enim Cyrus ille Persarum rex, neque
Cineas Pyrrhi regis legatus, neq; Hādriā-
nus Imperator, quamuis memoria rerum
tenacissima præcelluerint ad hunc vnum
collati aliud videri possent, quā ranę quę-
dam Syriphiz̄ philomenis comparat̄ aut
improbuli anseres candidulis oīribus,
neq; interim adduco magnum illum Pau-
lum qui dixit, gr̄tias ago Deo, quod om-
nium vestrūm lingua loquar, rursus om-
nia omnibus factus sum, Iudeis tāquam
Iudeus etc. Nam h̄zc ipsa diuinaz, cuiusdā
bonitatis dona erāt in Apostolo, sed quid
si eum qui tot artium scientiarumq; gene-
ra apud se recondit, vocemus, Argum, cu-
ius caput dicunt Poet̄ centum fuisse ocu-
lis cinctum? quum is, tot videatur habere
oculos

PERIPETASMA

oculos, quorū habet disciplinas in animo? quid enim aliud est scientia quam oculus quidam quo nos recte circūducimus ac sapiēter regimns? clamat hebreus ille rex, oculi sapientis in dextra eius, sic Hieronymus, sic Augustinus, sic Orosius, sic Budęs sic Stanislaus Hosius variarum disciplinarum cognitione orbi sunt celebres, & inter hos locum nō infimum tenes vir optime, qui vere πολυματίρ id est multiplicis eruditionis es, siue enim ius dicis, cuius professor es, siue medicinæ arcana tractas, siue quidpiam è theologicis scri nijs sacrisq; paginis promis, siue philosophica discutis, siue aliud quiquam profers tanta id totum memoria, tanta dexteritate iudicioq; declaras, vt in admirationem trahi possint qui adsunt auditores quamlibet docti ac nasuti, ad hæc tanquam Palladem in ore habens, sic latino sic germanico, sic hispanico, sic gallico idiomate causas negotiaq; omnia pertractas, vt & legatum apud exteris gentes & apud tuos vi rum maximum excellentissimumq; præstare ac referre queas, vt rurumque enim in te aula Cœsariana non raro experta est neque hæc ob aliud a me dicuntur nisi quod sicut

ARGUMENT. INSIGNIVM.

Sint verissima, Christum precor ut te simulum dulci coniuge tua ac honestissima famillia prolibusque omnibus longe suauissimis in multos annos velit seruare Louanij anno ab orbe redempto 1563. per stridie Martini.

Præstantissimo ac verè pio viro, Domino Saluazzio Cantello Parmensis ecclesiæ Decano ac illustrissimæ Ducis Parmensiæ Belgarum gubernatrici ab electis mosinib[us] F. Hadrianus Hec quæsius Atrebatinus
Theologiz Do-
ctor. S.P.

Tot ornamentis ac peculiaribus quibusdā dotibus celebris est Italia vestrā, vir integerrime, ut non absque merito, Pierides appollinesq; omnes, eius nobilissimæ regionis laudare decora possint, hanc siquidem orbis totius olim dominicrem vocant historici, hanc tot inuitati ornarunt Cæsares, tot sanctæ sacræque leges iuraque optima decorarunt, hæc vna haec tenus tot philosophos, tot vates, tot poetas tot oratores, tot rhetores genuit, y[et] diuinæ illi Atheniæ sium prouinciaz hæc parte

PERIPETASMA

parte nequaquam debeat, cedere debeat,
quid enim aliud est Roma quam philoso-
phorum Christi sedes? summi Pontificis
cathedra? Cardinalium aula? deniq; præ-
sulum sacrificorum ac omniū insigniū
virorum fœlix tranquillumque astrium?
Petrus quippe apostolici illius senatus or-
bisque totius apex & Princeps, non absq;
diuino instinctu, sibi sedem Romę selegit
teste Marcello illo glorioſissimo martyre
& Tertullianus ipſe lib.4. aduersus Mar-
tionem ſic ſcribit, Romanis Euangelium
Petrus & Paulus ſanguine ſuo signatum
reliquerunt, quid? quod Eusebius Cæſar.
lib.2. historiarum ait, clemētia diuinæ pro-
uidentiæ primorem principem Petru Ro-
mam deducit, idem Hieronymus ad fert
de viris illuſtribus, idem Gaudentius Bri-
xianus ſcriptor vetuſtissimus, idem Am-
broſius ſerm.67. porro Italiam ob rerum
omnium feracitatem vocarent nonnulli
Oenotriam, œnō græcis vinum ſonat, aut
fortassis ab Oenotrio illo Sabinorum re-
ge, nec defunt qui dicant à bonū pulchri-
tudine ac multitudine ſic dictū, inter hos
ſunt Timæus & Varro, quanquam nomē
hoc Italiam ab Italo Siculorum rege ac-
cepiffe.

ARGVM E NT. INSINIVM.

cepisse videatur, huius rei Vergilius testis est, fuit tamen olim ut Macrobius inquit, à stella Hespero, Hesperia dicta, vel ab ipso Hespero Athlantis fratre, porro gēs ipsa felicissimus dotibus à natura formata cultaque est, humanissimis incorruptissimisque moribus, religiosa, pia, honesta, ciuilis, splendida, quid multis non aliud clima sub sole visitur, ubi rerum omniū tanta sit prēstantia excellentiaq; non hic iam interim narro, quanta sit ibi ciuitatum celebritas, quanta fluminum nobilitas, quāta aeris aurēque ac coeli salubritas, quanta per Pelagum adriaticum utilitas', quanta fructuum copia, quam amēnas habeat silvas secessusque mussis & camēnis aptos, quantam ferarium diuersitatem, nam vix dies decem sat futuri sunt narraturo singula eius regionis orname nta opesq; mihiq; ipsi est quod congratuler & merito qui te virum apud gentem illam nobilissimam natum & singulari candore probitateq; ornatissimum, mihi vere amicum habeam. Non alia re huius tanti fauoris amicitiazq; officia compensaturus quā per precum mearum munuscula si quaz sint, Deumq; optimum maximum orabo ut celsi-

P E R I P E T A S M A

celsitudinem tuam sua pietate dignetur
seruare. Bene vale. Louanij anno à virgi-
nis matris partu 1563, postridie Martini.
Specissimo ac multo amplissimo patri Do-
mino Arnaldo Boquebantio diuii Lamberii
apud Leodios Preposito F. Hadrianus
Hec quetius Atrebatinus Carme-
lita, Sacrae Theologiae pro-
fessor S.D.

HAUD scio an vili mortales vir mihi
perchare annis illis superiorib' tur-
bulēti° viderint aut vñquā experri-
sint seculū, vt nō abs re fœlicissimos dixe-
rimus eos Deo diuisq; omnibus vere gra-
tos ac vñice charos, qui prorsus contem-
ptis huius deploratissimi æui Syrenibus,
vni ecclesiæ catholicæ nulla arte nullisq;
lenocinijs & irritamentis alio dimouendi
toti adhærent, ad hoc enim id permittit
dominus hisceq; machinis nos tentat, vt
videat si diligamus eum, teste diuino illo
Mose, quum oporteat hæreses esse, vt qui
probati sunt manifesti fiant, atque pro his
ipsis constantissimis militibus suis visus
est olim Christus qui seruator est omni-
um maxime fidelium, sic patrem orasse.
pater serua eos in nomine tuo, quos dedi-
sti mi-

ARGUMENT INSINIVM.

Si mihi, vt sint vnum sicut & nos , porro
si iusti deprecatio assidua multum valeat,
quantum ponderis momentique habitu-
ra est hæc Cbristi oratio qui vncus læti-
titiaz oleo pre participibus suis mortaliū
orbi, teste Paulo, factus est propitiatioñre
conciliatioñ redemptioñ sapientia & iusti-
ficatioñ tanquam nimirum primogenitus
mortuorum ac Princeps Regum terræ v-
nicus ille filius est in quo sibi pater com-
placet . is quippe vultui Dei apparens ac
pro nobis per semetipsum accedēs ad deū
interpellaturus pro nobis nunquam nōn
exauditur pro sua reverentia & is ipse est
qui Petro dixit rogaui patrem vt nō edi-
ficiat fides tua, is etiam est qui dixit, quod
dedit mihi pater maius omnibus est & ne
mo rapiet e manibus meis, is denique est
qui vincit mundum aduentusque sui illu-
stratione detegit abscondita tenebrarum
& perditionis filium spiritu oris sui nec
abit occidētque, videmus hodie varias in-
sanire sœuiréque hæreses omnésque sectas
quo magis miror eas ad hoc pertinacissi-
menniti , vt sedis Apostolicæ fastigium,
quo sub sole nullum dignius maiusque ag-
noscamus, funditus euertant, id nimirum
sed

PERIPETASMA

sed fruſtra molientes, vt instar gigantum illorum quorum meminere priſcorū poēmata miris modis, ſibi ad aſtra ſtruant iter Iouem ſede deturbaturi ſua, clamat paſmographus, poſuerūt in cœlum os ſuum, & hzc nimirum eſt illa Babylon fornicationū abominationūq; mater quz in Dei tabernaculū blaſphemias euomit ac ſputit quod haſtenus priſcis illis omnibus hereticis, ſcismaticis ac falsarijs peculiare fuit, vt primo caput iſum, ſi qua via id efficeſte paſſent, tererent & delerent, mox facilius vt ſibi perſuaderunt in uasuri membra atque hi tam ſtupidi, improbi, coeci ac de- mentes ita capitales adde quod & tam irreconciliabiles eccleſiaz ſe opponunt hoſtes, vt ne velint quidentvetuſtissimis ijs- demque ſanctiſſimis ac tam longuo zuo probatiſſimis patribus & ſcriptoribus ad hibere fidem, ſi quando proferantur illis ſcripta quę ſolidiſſimis teſtimonijs nos doceant apostolice ſedis authoritatem ac iu- ra, veluti ſi quis Cyprianum adducat de ſimplicitate prælatorum idque in eū euangeliij locum Ioan. 21. Paſce agnos meos & paſce oues meas aut Hieronymum in ſer- mone de Petro ad Eustochium, aut Am- broſium

ARGUMENT. INSIGNIVM,

brosum in sermone de pœnitentia & de
fide Petri, aut Augustinum in quæstionib;
noui & veteris testamenti quæstione
75. aut Chrysostomum in Ioannem atque
etiam Homil. 80. de Pœnitentia, aut Gre-
gorium in homil. Marci. 16. & in epistola
ad Cyriacum, aut Leonem de Ascensione
Domini aut Bernardum sermone 3. de
septem panibus, aut Bedam in homilijs,
quid plura? induratum est cor Pharaonis
hi nolunt intelligere ut bene agant cœci
sunt & duces cœcorum non dissimiles Iu-
dæis quibus ita dixit Stephanus, in circu-
cisis cordibus & auribus, vos semper spi-
ritui sancto resistitis obstinate profecto
& intræctabilis ac proinde insanabiles cer-
uicis populus est, simplices seducit men-
dacijs, corrumpit atque in errorem mittit
ac tâquâ cacer serpens in peius proficit in
quot obsecro turbas sectas? greges & fami-
lias excreuit istud Antichristi regnum?
quot iam capita protulit Hyera? ut nobis,
(neque id absque magno animi mœrore à
me dici potest) nihil aliud videatur super
esse, præter deploratissima omnia atque
calamitosa. restant inquam nobis preces
& lachrimæ, atque hoc unum ijs omnibus

ii. qui

PERIPETASMA

qui Christo initiati sunt, suffugium, præsidium atq; vnicum solatium sit, vt inter hasce procellas Neptuniq; tumultus sentientes tot tanquam furiosas hæresiū vandas in Christi nauiculam immani impetu seuoq; murmure insiliētes, ad meliora cōuersi velut iunctis animis & vocibus clamēt, domine salua nos, perimus, salua nos Deus, quoniam intrarunt aquę, rugiūt vēti, irruunt Babylonis fluminā, Adesdum ecclesiæ tuæ, memor eito congregationis tuæ quam possedisti ab initio, sta p̄. Ieps pacis inter discipulos tuos mediis ac dic, pax vobis, superest vir prudentissime, vt sacrorum librorum lectione, hymnis, meditationibus alijsq; salutaribus exercitijs fallamus horum tristium dierum tædia & quanto plus malorum videmus sub sole, tanto minus nobis sit animi à Christo eiusque sponsa deficiendi siquidem si compatisur & regnabimus, ante ruinam ait sapiens, exaltantur spiritus, creuerat scisma, tum pestes auctéque sunt hodie in immēsum at facile collabitur quod loco arenoso palustrique cōstructum est, veritas autem verbumque domini æternum manet Iesu Christi clementia tibi tuisque concannonicis

ARGUMENT. INSIGNIVM,

nonicis adsit perpetua, ac bene vale. Coloniæ Idibus Nouembris anno à Christo
à Christo nato 1563.

ILLVS TRISSIMO E IDE MQV E
VERE INCL YTO PRINCIP I GVIL
helmo Duci Iuliacensi, Cleuiacensi, Mōtensi etc.

F.Hadriantus Hecquetius Carmelita Theo-
logiæ Professor S. D.

D Ecreueram id quidquid est operis,
Dux clarissime, tuz isti Celsitudini
dedicare si sperassem hos steriles ca-
lami mei fœtus tanto principi nec insua-
ues nec ingratos futuros, verum quod mi-
nime ignorauerim & te in administran-
dis multo amplissimis ijsidemque floren-
tißimis ditionibus tuis, publicis magisq;
serijs negotijs exercitijsque occupatiore
esse quam cui vel tantillum sit ocij vt id
genus argumenta etiam à limine quod di-
ci solet salutare queas, mihi sat visum fuit
si saltem hac epistola, etiam si nec elabora-
ta nec admodū polita, sed & breuiuscula &
inculta apud illustrissimā Dominationē
tuam venirem salutator quālibet ignotus
& amusus, neq; enim vllū dedecoris pi-
lū nec inuidiæ quicquā sibi cōciliat ni fal-
lor, qui magnanimos summosq; principes
salutatione qnanquam humili sobrioque

ii jj Apol-

PERIPETASMA

Apolline concinnata è longinquo veluti
peregrinus & exterus hospes aggreditur
atq; huc me tanquam initium vi quadam
sua adegit stimulauitq; mea Musa vt ni-
mirum principem tanto generis splendo-
re in hisce Belgis clarum si non corpuscu-
li præsentia certe per epistoliolū aliquod
inuiserem ratus ei haud minus humani-
tatis benignitatis ac candoris inesse quam
Octauio illi Augusto qui forte cōspiciens
quendam ipsi libellum trepide porrigen-
tem ac metu nunc manum porrigentem
nunc retrahentem dixit , quid? an putas
te dare assam elephāto? hac voce eum ani-
mans & vt propius audacter ac cederet,
inuitans, quis enim nescit Iuliacensiū du-
cem huic toti inferiori Germaniæ esse or-
namento non vulgari? militiæ armorum-
que potentem? atq; scientiarum artium,
eruditorum ingeniorumq; fautorem ma-
ximum? porrò longum sit si quid huius
argumenti libeat attingere eos Monar-
chas principésq; qui virtute inter priscos
illos quondam præcelluerunt hic enume-
rare, e quorum albo fuit Theodosius ille
junior qui mira dexteritate ijs respondit
a quibus, quam ob causam eos capit is sup-
plicio

ARGUMENT. INSIGNIVM.

plicio nō afficeret à quibus lèdebatur di-
quodam rogatus fuit, vtinam inquiēs mi-
hi datum esset à superis, etiam mortuos
ad vitam reuocare, quanta viri pietas? Cō-
stantius Chlorus dum amici cohortaren-
tur vt diligentius fiscum augeret, respon-
dit opes publicas melius ab ipsis priuatis
haberi quam intra vnum claustrum adser-
uari, quasi inferret ei principi deesse nihil
eorum quæ ciues possident modo malit
diligi quam timeri, quid quod Augustus
hunc in modum aiebat? Romam lateritiā
accepi, marmoream relinquo perinde ac
si his verbis significare voluisset sese splé-
doris non parum senatui populóque Ro-
mano attulisse. Antigonus Rex Macedo-
num non tulit Poëticam Hermodoti adu-
lationem cum audiret sese abeo dici Iouis
filium, huius rei inquiens nequaquam mihi
conscius fuit Lasanophorus ille, quāta ani-
mi modestia? adulatorum quippe fumos
fucosque veri regis exhibilant, idē & hác
sententiam planè auream & dignam quā
suis pectoribus imprimant Christiani oēs
ei protulit qui contendebat omnia regi-
bus ipsis & licere & expedire, atque eis &
iusta & honesta esse omnia, sunt inquiens

iiij per

PERIPETASMA

per Iouem barbarorum regibus, sed nobis ea solum honesta sunt, quæ vere honesta sunt & ea ipsa tantum iusta quæ iusta sunt nam princeps principem honesti iustique decet esse ministrum . Darius Xerxis pater ut animi robur sibi minime deesse ostenderet dicere solebat per res asperas hominem prudentiorem reddi , Cyrus Araspo ipfius Pantheę formam ut insignē & dignam regis oculis miris modis extollenti ac prædicanti respondit eam ob rationem ab eius conspectu potius regem debere se se alio deflectere ne specie captus regiz functionis reddatur immemor quanta in rege castitas . Pompeius mag-nus Lucullo dixit magis præter æstatem esse senem delicijs vacare quam imperium gerere , Agesilaus Lacedeminiorum Rex dic̄bat eum esse miserum qui tolleratiam ac patientiam in res flagitiosas ac turpes collocaret his dipteriolis sententijs ac responsis facete , lepide atque ingeniosè expressis qui sapientes sunt reddūtur sapiētores qui prudentes prudentiores , qui oculati oculatores , nam audiens sapiens sapientior erit , si qua Hebræo illi fides si quid enim ab Etnicis , ut Diuus Augustinus in

ARGUMENT. INSIGNIVM.

nus in opusculo illo suo quod de doctrina Christiana inscripsit, desumi potest quod vel formandis moribus conducat vel ad alios honestos vsus iuuare queat, contemni minime debet quanquam haud opus esse existimen ut quisquam mei similium equo per se satis celeri ac festinanti nitatur stimulum aut ut aiunt calcar addere, siquidem principes ceteris præstantiores hoc est qui sapientia, vigilantia, animiq; integritate toti populo antecellunt & in quos liberalius diuinis suas opes excellētioresq; dotes effudit numinis benignitas haud egent exili mea adhortatiuncula, sed qua de re apud optimum principē possim aptius dicere quam de regijs virtutib; deq; ijs quæ circumspetissimi principes olim in posteritatis comodum instructiōnemque protulerunt, haud dubie si opulentissimos ducatus tuos ne & hac de re nihil dicā si latissimas regiones tuas Musa mea obserret, percurrat, lustret, visiter, & diligentius consideret excutiatq; vbi locorum repertura est rerum omnium saziora clima? vbi florentiores prouincias? quam fœcundum agrum habet Iulia? num ea merito dici posset insigne quoddā

ii iiij Ger-

PERIPETASMA

Germaniz totius horreum quæ tantum
parit frumentis tot opimos gignit fructus
& Clevia ipsa quæ terræ pars fœlicior, si
quis situm spectet & quot & quam necessi-
tarias naturæ opes vicinis, populis profert
ac copiose promit & horum ducatum in
eo cuiusdam argumenti loco memini, ubi
fusius ago de commoda hominum habita-
tione certe dici nequit quæ cōmoda huic
genti è ripa Rheni assidue proueniāt nec
Ducatui illi tuo Montensi reliquisq; di-
tionibus tuis sui natiui desunt thesauri,
sua fœlicitas, sua fœcunditas, sua mira cō-
moditas, neq; interim ut id totum probē,
lubet adducere historicorum aut cosmog-
raphorum insignia testimonia, quum res
ipsa omnibns sic & notissima & euidētis-
fima, parcus quippe atque angustius hac
de re tractat Munsterus quam postulet ra-
tio. tantus enim finium pulcherrimorum
ambitus non debuit scripto tum breui ac
ieiuno describi atq; concludi, si is forte me-
tuebat ne argumentum quod cōscribebat
in volumen nimis magnum excreuisset,
distribuere nobis poterat in Tomos tres
vniuersalem illam cosmographiam nam
id ei plus honoris nominisq; apud poste-
ros pe-

ARGUMENT. INSIGNIVM.

ros peperisset, quam tot rapsodiorum par-
tes, fragmenta micas & minutias veluti
nullo ordine miscere & in codicem vnum
compressius redigere & cōflare, vbi enim
rerum argumenta historiasq; non decur-
tat? secat & amputat, quam multa manca
& mutila reddit? optarim vt & Iacobus
Zieglerus geographus & Ioánes Boemus
Aubanus alijq; qui eam de regnorū pro-
uinciarumq; situ quam de omnibus gen-
tium ritibus, legibus ac moribus euulg-
runt scripta, fusius & elaboratius rē vbi-
que pertractassent, sed hic mūdus qui etiā
totus quantus erat est non erat vni Ale-
xandro satis. quid enim causæ est cur pro-
lixius & latius de pronūciarum regionū-
que situ ac natura discepimus ipsis Chri-
stianis qui nihil aliud sub cœlo, quam via-
tores sunt, quidam sane peregrinationis
locus est, veluti (nam quis neget eam gra-
uem tristissimamq; profectionem nostrā
adumbrasse ac designasse,) Israelitæ olim
per vastam illam, asperam & præduram
deserti regionem tanquam collecto exer-
citū ad fœlicissimam promissionis terram
ibant & congregiebantur, hic inquā mœ-
rus orbis Dux serenissime, præter fluxa,
tristia

PERIPETASMA

tristia & infelicitissima omnia, nihil habet
hinc illud Pauli, nostra conuersatio in cœ-
lis est, itē alio loco, sapite quæ sursum sunt
nō quæ super terram, quid ita tandem? quia
nimirum cito præterit figura huius mun-
di, mundus inquit & Ioannes, transit &
concupiscentia eius restatur idem & domi-
nus ipsamet veritas, cœlum & terra tran-
fibunt, item psalmographus ille rex, cœli
peribunt, tu autem & Deus permanebis
& omnes sicut vestimentum veterascet,
absit itaq; vt Christianorum quispiam re-
bus huius momentanæ peregrinationis
ac molestæ profectionis, quas tam mobi-
les, tam fugaces, tam instabiles ac caducas
experimur, animum suum oblectare velit
quum natura tam generosum tanquam no-
bile sit hominis cor, vt nullius rei fluxæ
delicijs sed solum vnius Dei fruitione ei
possit plene satisfieri, satiabor inquit He-
bræus ille rex cum apparuerit gloria tua
Dñe, & Augustini eā arbitror esse senten-
tiam, fecisti nos domine ad te & irrequie-
tum erit cor nostrum donec requiescat in
te, igitur vera christianæ gentis quies est
in ipso vnico Deo sita, non hic in Mydae
scrinijs, non in Herculisci lepis, nō in Pal-
ladis

ARGUMENT. INSIGNIVM.

Iadis declamationibus, non in Solomonis
cuiusquam aula ac purpura non in volu-
ptatibus, non in venationibus, non in sac-
caro, nō in eo melle quod euomuere apes,
non in nectare & ambrosia, non in hortu
lis agellisque amœnissimis, non in fertilis-
simis regnis rerumq; terrenarū copia sed
in fœlici vnius summi numinis contem-
platione, hinc illa vox, Portio mea domi-
ne, in terra viuentium, & quam dilecta ta-
bernacula tua domine virtutum? concu-
piscit & deficit anima mea in attia domini
rursus, Beati qui habitant in domo tua do-
mine, in secula seculorum laudabunt te, ô
quam verè beatus est, Dux illustrissime,
qui relictis finitisq; huius vitę mortalium
calamitatibus, iam inter angelicas æthæ-
reasq; mentes æterna immortaliq; illa fœ-
licitate tuto fruitur? iuuat emori quoties
huius rei in mentem venit, imo non verè
moritur qui ex hoc labirintho tristiq; er-
gastulo ad meliorem trāsit vitā, id verius
dici posset in Christo obdormire, mihi ait
Apost. viuere Christus est & mori lucrū,
sit procul à nobis terribilis illa philoso-
phorum de morte funeréque imaginatio,
expectamus eam vitam quā dominus da-
carus

PERIPETASMA

turus est, ijs qui in eum credūt inquit Thobias, oculus quippe non vidit, auris nō audiuit, & in cor hominis non ascendere ea quæ preparauit Deus diligentibus se. Deus inquam ille qui suavis est vniversis & cuius miserationes sunt super omnia opera eius, nimirum pater misericordiarum & Deus totius consolationis. infelix igitur paganus est, infelix idololatra, infelix Turca? infelix Iudeus, infelix hæreticus, cui in huius tate beatitudinis delicijs nulla seruatur pars, sed ijs tantum eā suauissimam hæretidatem Iesu Christi media toris vnici merito paratam esse credimus quibus fidem vere catholicam cœlestis ille spiritus largitus est eo veniunt qui digni sunt, atqui digni sunt? prædestinati inquit Augustinus, nam teste Apost. quis accusabit aduersus electos Dei? Deus qui iustificat, quis est qui condemnet? hæc iustitiae corona seruatur his qui diligunt aduentum eius ac satagunt ut per bona opera certam suam vocationem faciant quam diu tamen sumus in hoc corpore, peregrinamur à domino, tot Paulus scribit per fidem enim ambulamus & non per speciem nam aduc videmus per speculum in enigmate

ARGUMENT. INSINIVM.

mate, tunc autem facie ad faciem, cui affi-
ne est & illud Ioannis, scimus quoniam cum
apparuerit, similes ei erimus & videbim⁹
eum sicuti est, videbimus, in qua eum qui
solus habet immortalitatem & lucem ha-
bitat inaccessibilem quam nullus homin⁹
vidit neq; videre potest, tunc eum ipsum
videbimus, in quā desiderant angeli pro-
picere tunc inquam videbimus speculum
illud sine macula, sicut enim ē diuinis euā
gelicisq; literis accepimus, sicut catholicis
sacrisq; e concionibus audiuimus, sic vide-
bimus in ciuitate Dei virtutum, in mon-
te sancto eius, tunc mira incredibiliq; hila-
ritate gaudebit cor nostrum & gaudium
nostrum nemo tollet à nobis, videbit ani-
mæ oculus, videbit & corporis, videbit
totus homo eum qui dixit de tenebris lu-
cem splendescere, gloria hac est omnibus
sanctis eius, inter quos sanè tamen alijs
plus huius gloriarum splendoris dabitur, alijs
minus, vnuſquisq; mercedem accipiet se-
cundum laborem suum, ait Apostolus &
Christi verba sunt, in domo patris mei
mansiones multæ sunt, attamen quautum
ad essentialem illam gloriam beatitudi-
nēq; attinet (sic quippe loquuntur Theo-
logi)

P E R I P E T A S M A

logi) beati omnes Deum videbunt, nam
beati mundo corde quoniam ipsi Deum
videbunt, at quod, teste Paulo, caro &
sanguis regnum Dei posidere non possint
reformabit olim ipse dominus corpus hu-
militatis nostrae configuratum corpori cla-
ritatis suaz, eadem potestate qua etiam sibi
omnia potest subjcere, in nouissimo die e
terra, inquit & Job, resurrecturus sum &
rursum circundabor pelle mea & in car-
ne mea video Deum saluatorem meum,
Quem visurus sum ego ipse & oculi mei
conspeturi sunt, reposita est haec spes mea
in sinu meo, qui habet hanc spem, ait Ioan-
nes, seipsum sanctificat, spes enim non co-
fundit, faxit is qui via, veritas est & vita,
ut ad suauissimam illam immortalitatis
lucem, tu Dux generosissime nosque om-
nes post haec funera, post inquam asperz,
tocioque plenaz ac molestissimaz huius
vitaz miseras, tuto fœlicique sydere per-
ueniamus, præcor Dominum Iesum qui
seruator est omnium maxime fidelium,
(vt Apostolus scribit) ut sua pietate diu
plurimosque in annos te saluum & in-
columem una cum sanctissima eadem-
que serenissima coniuge tua Cæsaris filia
Maxi-

ARGVM E NT. INSINI V M.

Maximiliani Romanorum regis sorore,
atque inuictissimi Philippi Hispaniarum
Regis cognata tueri seruareque digne-
tur. Bene vale Dux , virtutibus
plurimis ornatissime , Hui an-
no à Virginis partu.1564.
Postridie Diuæ
Magdalenaæ.

Eiusdem Authoris ad eundem
Principem, Distichum.

*Te Christus longū Dux optime seruet in ænū
Sit tua Nestoreo tempore salua domus.*

Proba-

PERIPETASMA

*Probatissimo viro Domino ac Magistro Pe-
tro Pentaflorio Cathedralis ecclesiae apud Ner-
uios Decano multo vigilansissimo, F.*

*Hadrianus Hecquetius sacrae
Theosophiae professor.
S. P. D.*

Encomijs haud minimis gentē hanc Neruiam, cui iam diu tāquam sidus suz Reipublicę conuenientissimum vir cāandidissime ac religione christiana insignis cohabitasti, veterum historicorum monumenta extollunt idq; ob rerum gestarum magnitudinem atque ob vires ipsas memorabiles quibus singulari quodā naturaz dono videtur pollere ac præcelle-re, Neruij quippe à Neruis dicti sunt ubi enim testibus ijs qui philosophica tractat plus roboris ac virium quā in Neruis os-sibusque hominum neque enim parū splē doris sibi iam ante annos mille & octingentos populus ille Neruius attulit ac cōquisiuit ut olim Atrebates nostri, Morini, Ambiani, plurimiq; alij populi quorū vel hodie aduc meminere historiarum periti mira fœlicitate Marteq; prorsus fauente gesserunt arma clipeosque vibrarunt exteris enī gétes, Persas, Medos & Assyrios non

non adduco verum si exactius quodnam
sit verum gentis christiana robur que in-
quam vires præcipue atque imprimis ne-
cessariæ excusserimus. Paulus hoc loco au-
diendus est qui ita discipulū adhortatur
ac commonet : labora sicut bonus miles
Christi. Rursus in epist. posteriori ad Co-
rinth. clamat, in quo quis audet, audeo &
ego, is quippe ita rursus, inquit, arma mi-
litiaz nostraz non carnalia sunt, sed potētia
Deo ad destructionē munitionū, cætera
eius loci qs nescit? robustus est Christi mi-
les nō qui corporis virib⁹, sed qui ingenio
animiq; virtute multa preclara ad vnius
Christi gloriā præstare potest habēs nimi-
tū illud spiritus donū quod spiritū forti-
tudinis appellat Esaias, hinc illaz voces:
Estote fortes in bello, & pugnate aduer-
sus antiquū serpētē. Itē, in omnibus sumē
tes scutū fidei, in quo possitis oīa tela ne-
quissimi ignea extinguerē, & aduersario
resistere fortes in fide, itaq; hic popul⁹ hic
neruius nulla arte poterit antiqui sui no-
minis gloriā meli⁹ tueri quā si in Christo
Dauidisq; turre hoc est in catholice ecclē-
siæ castris militas inuitis hæresibus fidē à
progenitorib⁹ acceptā sibi fortiter adser-
uet. Vale amicorū selectissime. Leodij.

Kk

CORDATISSIMO : NEC MINVS
humano Patri ac Domino Domino Canobij
Aquincinctensis Abbatii honesta Lencallenio-
rum apud Atrebates , famillia nato , F.
Adrianus Hecquetius sacra Theo-
logie Doctor , S. D.

ARTEFLAUS ille dicere solitus est , (si
qua historij fides) apud eos popu-
los multos esse morbos , apud quos
multi essent medici , quasi indicare volde-
bit ibi plurimū esse vitiorū , ubi nimisam
multa sunt leges , peccatum enim oca-
sione accepta per mandatum revixit &
instrumentum est id quod erat ad vitam hoc
esse ad mortem , inquit ad Rom. Aposto-
lus , quoniam igitur sentiamus mortalium
genus tot inter his , hoc est , nimium per-
niciens animorum pestibus grauiter la-
borare , quis tam demēs est qui remedium
pro viribus nolit adferre ? atque profecto ,
quā his animorū morbis , quotidianē noue
ignotæque malorum species , velut ex in-
sidijs cū omnibus nostris conatibus , bel-
lum quoddam gerentes accedant , necesse
fuerit tanto pluribus antidotis hinc thi-
sico nūmismati orbi sustinere , quanquam
sunt non pauci usque adeo infanabiles , ut

nulli

nulla arte nullaque via possint ad virtutem reduci, tantam sibi permittunt licentiam, et insani sunt ac pertinaces insolentioris libertatis amatores. Percontabatur itaque quidam qui fieret, quod quem à tot fectis, plurimi ad Epicureos deficerent, audacter respondit Arcesilaus, quoniam inquietus ex viris galli sūt, ex gallis viri nequaquam, fenciebat vir optimus homines procliviores ac proniores ad voluptatem esse, quā ad virtutem. Poerò ne quis fallatur hic, gallos dixit sacerdotes Cybeles emigratos; certè voluptatem amplecti potius feminarum est, quam virorum ut mirantur ijs, quibus adire aliqua iudicij scandailla lucet, sed in his orbis theatro corrupta esse omnia, ut multo plures repertas, scelerum feminis iammersos, quam rerum honestarum studiosos, & tamen Christianum profiteretur Christiani, euangelium nobis sepe in ore est, pietas, religio, fides, charitas, paupertas, simplicitas, sunt nobis voces quotidianæ ac pœnitentes. Ad hæc multa nos servaturos sumus pœniticii. Quis plura? tandem minisse oportet nos adolescentis illius qui quum patri promisisset suo, se in vi-

Kk ij neam

neam (vt operaretur) iurū, non iuerit ta-
men, neq; sterit pollicitis, sic promittit
lingua, sic affirms, sic iurat, sic hominem
legibus ligat, nec interea vlla id perficie-
di volūcas est, quz fide bona nos facturos
antea diximus, quid aliud est mētiri Deo
quam scipsum fallore? quam miserè insa-
nire? quam se in exitum totum prcipi-
rare? Desideramus feliicitatem ac veram
ipsam animi quietem? lubeat igitur legi-
bus & Christo adhaerere, pietatem sequi,
religionē colere, & animi puritatem ser-
uare & in ijs sancte meditari, quz saluta-
ria sunt & vtinam multi essent tibi pietate
similes. Porro hoc totū opus quod iam
recens natum orbi damus, ijs poterit vti-
le videri, apud quos pietas in precio est,
inuidos, & garrulos & graculos nihil mor-
tos, interim humanitas tua, si quidpiam
eius legese dignabitur, id facile quod di-
cimus, repererit. Christū precor vt te sal-
uum, nobis dia seruet.

Coloniæ septimo calendas Decembr.
Anno ab orbe redempto 1564.
viiiij. sign. si. f. 1. v. 1. l. 1. c. 1.
et in v. 1. l. 1. c. 1. et in v. 1. l. 1. c. 1.
m. 1. v. 1. l. 1. c. 1. Vigo

Viro multifariam erudito, probitate ac
modestia nulli secundo, Domino à Pietate
et misericordia Campinæ Archidiacono atque in
conventu Lamberti Canonico, F. S. B. M.
et alio, Adrianus Haecquetius.

Carmelita, S. D., obitum.

Ad haec additur etiam obitum

Credi vix potest vir amplissime, quam
dulce sit hominis Christiani ani-
mo, ijs de rebus secū meditari; quas
post funera possident piz puręq; mētes,
neq; arbitor conducētius esse calcar quo
vel ad religiosas actiones, vel ad toleran-
dos calamitatū omnium insultus fortius
& cōmodius stimulare queat miles Christi,
quam si semper huius spei robore pe-
ctus fulciat, quod leue ac momētaneum
est tribulationis nostrę, inquit Paulus, ope-
ratur in nobis æternaz gloriæ pondus ne-
bis, inquam contemplati bus non carnal-
ia, sed spiritualia, quæ enim videntur tē-
poralia sunt, cui sentētiæ affine est & illud quæ
iustam Theologiæ ecclesiæ doctoris ministrā
mē contempnendi, spes præmij ministræ piz
nam, ne dicam quantum momēti hic ha-
beat ardens illa ergo Deum Opt. Max.

Kk iij chari-

charitas, quæ animos nostris modis inflammat. At eadem si ab sit, frigent omnia genitiva inferiora in homine tam virginis di- sumq; nascitur ut virtutis nullius ferax esse possit etiam post hominie vita, veniet sanè olim dies unus qui palam declarabit, quo animo quovæ faciat aut illud operis fecerimus, si cupiditas ipsa aut charitas animos monerit, si mentis scopus vnicus facit divini numinis honor aut gloriola alicuius fluxq; mundique amor, si amor amicitia aut amor cœcupiscientia (ut in scho- lis Theologia publicis loquimur) volan- tam titillauerit, veniet inquam dies de- mini quo reuelabuntur abscondita rene- brarum ac manifestabuntur consilia cor- dium. Is quippe dominus in medio deos dijudicat ac pedum vestigia considerat, ve apud solum legamus, certe prouersus salu- tare putamus, si quis divino spiritu duco, ad exercitia Deo digna feratur, quid non potuere e veteribus paginis quidam corre- pri aura stulti fluxiq; rumoris ac fœcutori nominis. Antigonus ille Macedonum rex dñni Dometriū ad ipsos Gr̄cos liberan- dos numeroſa stipatum classem mittit, sed hoc agit ut glorię illecebris ad hoc præcla- ri ope-

ri operis subeundum eo iturum allicitur
Themistocles cum accepisset Miltiadem
Imperatorem fudisse barbaros atque hu-
iustanz victoriz parari triumphos, a re-
pente immutauit mores ac solius gloriaz
studio accensus ad honestiora facta sece-
stexit atque per contractibus de huiusmo-
di metamorphosi, ita aiebat, Miltiadis tra-
pheum non patitur me dormire neq; ces-
fare, quid igitur praetuli laudatiq; ope-
ris no debet vir Christianus subire ob eius
amorem a quo & ceditus est & factus mul-
to fortificatus in ethnica tangunt pos-
tuit leuiscula istius gloria stimulus, qua
ea fortius nos animare debet ut in Christi
amorem circa his sanctis flaminis quin pa-
ctus sum ad quaeccas religiosissimas
actiones accessus non addubio viri mai-
oris nominib; clare & in Christo mihi char-
tissime, igitur quid restat? Perge ne pro-
gredere veluq; folentii qui omnibus ac Cr-
isti iustitiam ibunt, ipsaies, sed Psalter-
mographus, filij Dei & virtutem vesti-
rem, donec videtur bene Deum in Sion,
bene vale ecclias organorum non in-
simus; huic operi adiaci sanctioru non-
vihil, idque nullo leui spiritu motus, sed
K k iiii ratione

ratione planè seria, quam lectori aperio,
instigatus, poteris istos titulos, aut etiam
paginulas aliquot percurrēs discere quid
rei sit. Hui, Idibus Iunij, Anno ab orbe
redempto 1564.

V I R O M O R I B V S I N T E-
G E R R I M I S D O M I N O A C P A T R I
Ioanni celeberrimi Cenobij diuī Huber-
ti, Abbatii circunspecto, F. Adrianus
Hecquetius Atrebatinus Theo-
logiz Professor.

s. D.

EA Domini vox quam Ezechiel cap.
20. veteri illi Israeli detegit, hæc di-
cit dominus, nūquid ad interrogan-
dū me venistis? viuo ego , dicit dominus,
quia non respondebo vobis , haud dubie
palam arguit gentem scelestam ac fœda
vitiorum lepra corruptam ei minimè grā-
tam esse cui pietas ynico placet, quum ita
legamus: Oculi domini super iustos & au-
re se ius ad preces eorum. Hinc paulò post
sequitur: Si iudicas eos, abominationes pa-
trum eorum ostende eis . En certè vt illi
populo ita & christianorum orbi quanta
nos scelerum sentina deturpet , hisce ip-
sius Danielis verbis ostendatur, nobis con-
fusio

fusio faciei, regibus nostris, principibus nostris qui peccauerunt, tibi autem enim Deo nostro misericordia & propitiatio, quia recessimus à te & non audiuimus vocem domini Dei nostri ut ambularemus in lege eius quam posuit nobis per seruos suos prophetas, & omnis Israel prevaricati sunt legem tuam, & declinauerunt, ne audiret vocem tuam & stillauit super nos maledictio, & cetera. Quorsum hæc nisi ut in suo quisque instituto ac vita genero supplici pronaque mente fateatur sese offendisse omen, & hac arte eius imploreat subsidium, mirum toto pectore ad meliora conuersus ad quod citra controuer- siam, mirum in modum eorum assidue con- ducunt preces, qui pietati sinceraque reli- gioni sunt addictiores, legatos, oratoresq; facundosmittut principes, ita ad tronum gratie domini, tunc ab Ecclesia diserti ve- niunt oratores cum viri pietate celebres, spirituque feruentes dominum Deum pre- cibus pro rerum tranquillitate publicisq; commodis sollicitant, quod hodie eos fa- cere minime addubito, quibus cordi est Christianæ religionis studium, ubi zelus legisque tuendæ desiderium ybi Mosis ob- vitulum

vitulum &c ch^eros tabul^m pro*hi*cⁱcis iras
vbi Heli^r gladius qui sacerdotes Baal in-
terfecit ? vbi spiritus domini qui Zachariā
induit ? vbi Esdras ? vbi Neemias, vbi
Oseas ? vbi Esaias ? vbi Hicⁱesmias ? vbi alter
Ioannes Baptista ? Vnica quippe vera quia
ac germana religio prīcipes, populos pro-
vinciasque vnde. Neque eōmōntius vlt
la gens concors recineri quae^s quam per
vnicum religionis cultū, imo cœci illi ven-
teres, hoc est. Ethnici numina quedam
deosque fingeabant ut horum metu plebis
insolentia compesceretur, efficiunt legibus
suum deos, neq; est quicquam ipsi diuina
religionis magis repugnat, quem aboma-
natio, vt sic premissum fuit, abominationes
pasuum serum ostende sis, nihil igno-
ratur pater inter amicos mibi selectissimā,
hodie superest, nisi ut omnis foedus abo-
minationis p[ro]p[ter]e suo quisquam p[ro]fector ex-
cutiat, p[ro]cessus lachrymis mixtas non fin-
ne suspiria fundat, ut dominus tecies spre-
cua, toties ad iram flagrante mortalius
impietate provocatus nobis tandem pos-
gratia sua lenitatem plē respondet, ne-
bis inquā sua benedictionis donaria elar-
giatur, iungant omnes monachi verè mū-
do mor-

do mortui animos simulque inclament ac
implorēt eius opem, his nimirum diebus
deploratissimis qui solus est pater miseri-
cordiarum ac Deus totius consolationis,
dicamus, surge, quare obdormis domine
furge ne repellas in finem, sic sicut ut exci-
teretur tanquam dormies dominus & tan-
quam potens erupulatus à vino , ut Psal.
loquitur. Habet epistolam nec accuratè
acc elaboratè concinnata m, bene vale.

Hui, Anno: 1564. tertio calondi Iulij.

P R E C L A R O P A T R I A G
Dominae, Domino Philippo Hosdenio, Ma-
sterū diue Gertrudis apud Longipenes
Abbatii, F. Adrianius Hecquevius
Atrebatianus, Theologiae
Professor S. D.

Präsentium litterarū initium sit hoc;
Neq; enim iucundæ sunt mox musa.
Fontemib; fontes acuti, date flumina nubis,
Heu maledic lacrymis cartula nostra fuisse.
Quaris quid hoc sit auspicij aut potius
ominis? Flere lubes, atque tristes emiser-
re gemitus, nec interim veniat philoso-
phus aut dicax orator, qui animi mei mort-
uorum suis persuasiūculjs, suis fucis ac cos-
loribus

loribus & lenocinijs lenire cūpiat , maior
est molestia quam quæ solatijs vel tantil-
lū admittat , quis è mortalibus olim pium
patrē Iobū , tot animi angustijs liberauit
ac solvit , certè tot rebus ut preciosissimis
ita & charissimis perbreui tēporis spatio-
lo spoliatus , præcipuū solatum è cælo hau-
sit ac recepit , vnde melius potuisse quū
vana sit salus hominis ? testatur quippe
scriptura , idq; apertissime , quot , quamq;
dita infortunia , velut facto impetu in ip-
sius caput eodem penè momento con-
curreunt , celer accurrit nuncius qui ei
nihil huiusmodi expectati , protinus tri-
stissima de pecoribus & animalibus eius
denarrat , rursus adest alius qui de domo
filijq; asserit auditu horrendissima , quis
vnquam sub sole vixit , cui eadē hora tāte
totq; calamitates simul intulere molestias
sed intolerabilia sunt quæ sentimus , ferrū
nō possunt , nō possunt , discrutiāt animos
miris modis , nā quæ in rebus summa sunt
ac primaria , nobis heu miseris pereūt , ri-
detur Dei tabernaculū , Ecclesia , Christū
sponsa exploditur , legū ac cōstitutionum
maiestas cōculcatur , præsulum authoritas
cōtenetur , iura sepeliuntur , multis sordet
virtus ,

virtus, regnat ambitio, scádala corrūpunt
populos, fides extinguit, breuiter omnes,
quæ sua sunt quærūt, nō quæ Iesu Christi,
vorāt lupi, rugiūt leones, insidiātur cro-
codili, inuadunt tigrides, scorpij caudis
feriunt, siquidē hodie tristes magnoq; ani-
mi dolore audiūim⁹, illa ciuitas à Christo
defecit eā maris orā deuastatūt turcę mox
venit veredarius qui nunciat hos & illos
populos recepisse Lutheri dogmata, rur-
sus dū adhuc toti ex huius pendemus ore
audiētes mēstī quę publicę refert, accurrit
alius, qui affirmat eā aut illā gētē corrup-
tā Caluini augamētis, nec hic narrationā
finē imposuit & ecce à teego qui nobis au-
res vellicat, mox quoq; dicturus nescio
quā horrēda auditu de Anabaptistarū ve-
ſania, summe Deus quid nati sumus ut vi-
deamus experiamurq; tot mala? proh deū
atq; hominū fidē vbi pudor, o mortales?
vbi trāquillitas animorū? vbi pax? vbi v-
nio? vbi regnū Christi? vbi charitas? vbi
fratrū amor & cōcordi? vbi oboritur è tot
hominum millibus, qui dicat ex animo
qui inquā sic clam et suspirás ad dominū:
Zelus dom⁹ tu⁹ comedit me, qui roget ea
quę ad pacē sunt Israel & Hierusalem, quę
etiam,

etiam bonorum suorum rerumq; omnium
dispendio, disquirat artem qua tot huius
qui medeantur calamitatibus, qui quoquo
cetero Paulus alter veluti omnium seruus
hunc factus arbitretur omnia ut stercora;
caretq; totis econatibus suę paci tranquili-
tatiq; restituere Ecclesiam, meo quod idem
iudicio fuftra dicimus, fruſtra scribimus,
fruſtra torisudamus, si id nobis cordi noſ
eft, habes Epistolam Iachymis madetem,
ſed quatenus preſens postular eum, ſolum
te obreſtor & obnixe oro, ut huius ope-
rū noſtri paginae aliquot te iuuet percut-
tere, reperies (ni fallor) argumenti genus
tibi faturum, nec iuſuaue, nec inutile, ſi
quidem aliquot locis flemus orbis mala;
femus in acie, ac pugnamus contra here-
ticos, hortamur ad patrum vestigia, inui-
tamus ad fidem, ad pietatem breuiter ad
virtutes omnes, ipsa operis lectio te pluia
facile edocebit, interim cura ut quam re-
diffinire valeas, cum varias ob causastum
maxime quod multis ſit opus ut incolu-
mis viuas incegerq; valeas. Hic illud Soc-
iemonis regis Hebrei obſeruatis, tempus
ſendi, alias, quando verus ille & purissim
aureo ſcoli coniugio ſol Christus, poſt toę
diſcuſſas

discussas orbis huius nebulas ac tenebras
misero conturbatissimoque mari clemes
affulserit, tempus ridendi spero dabitur,
rursus Vale. Coloniz, octauo Calendas
Nouembrias, Anno à virginis matris
partu: 564.

PIO AC LONGE DIGNIS-
simi in Christo Patri, Domino Ioanni &
Quercu, Cenobij diui Martini apud Ner-
uios Abbatii, F. Adrianus Hecque-
tius Carmelita Theologiz
Doctor S. D.

Narrant vulgo nō pauci, vir orna-
tissime, florum quendam impu-
dentius hos versiculos, in Adria-
num Cæsarem scripsisse.

*Ego nolo Cæsar esse
Ambulare per Britaunos
Scyticas pati prainas.*

Sed huic leuiusceno homuncioni opot-
tunè respondit Adrianus princeps incre-
dibili ingenij dexteritate insignis, hōsque
mox regessit versus.

*Ego nolo floris esse
Ambulare per cabernas
Latitare per popinas.*

Calices

Cubices pacis respondos.

Senſit egregius Cesar, nihil eſſe homi-
ne turpius, cui nullus honestus labor eſ-
ſet cordi, quū naſcamur omnes ad quoddā
decus & vtilitatem teipublicaz, propterea
non poſſuim non vehementer veteres il-
los probare, qui ad hoc erariorum theſau-
ros effuderunt, vt tēpla, vt cœnobia quæ-
dam non dicendis ſumptibus cōſtruerēt,
in quibus eſſent ac apostolicè eodem ſub
tecto conuiuerent viri, qui tanquam stu-
pidz huius mundi frenesi mortui ac ſin-
cerz cuidam religioni dediti vniq; Chri-
ſto vacantes, aſſiduis meditationibus, fa-
lutaribus exercitijs, & denique ſanctissi-
mis fidei charitatisque operibus inhære-
rent, certè tot beneficiorum authores lau-
dandi ſunt, qui locum illis certum ac com-
modū, focos, ignes, mensas, vſtes, & quid
tandem non? velut in promptu appara-
runt, vt homines illi excuſſa procul ha-
rum fluxarum rerum ſollicitudine, toti
vacarent pietati, diuino cultui & veluti
aris affixi, continua quædam orationum
ac precum sacrificia, pro reliquorū Chri-
ſtianorum ſalute proſperitateq; Deo Op-
timo Maximo offerre non ceſſarent, &
vtinam

veniam laetitia zelus sic horum qui ha-
bas generis ac conditionis sunt, animos pro-
cipue ad ea quae Christo scimus esse gra-
tissima stimularet, ut hic annis minori in
precio non habeatur vires, quam eo supe-
riori seculo, quo ubiq; fides pietasq; mire
florebant, quod futurum spero, si ex ani-
mo ac verè contemnentes huius infelicitatis
vitæ delicias ac Sirenes (ut sic loquar) vixi
Christo aperiamus pectora nimisq; præ-
sus ad ea omnia conuersi, qua absoluam,
perficiam ac consummam sacerdotum Christi
militæ, quid istud est, pecis? mundo huic
carte primum mariandum est, deinde pa-
tienter ferenda crux, studendum charitati
succurrendum proximo. iaherendū pra-
ribus, &c deniq; perseverandum in ihs quæ
sunt optima salutariaque ut sic assidue
crescætes in scientia Dei, augeri in Christo
quaerac hic noster homo interior, cuius rei
etiam mentionem faciunt Paulina epistola
Ie proinde quam felices li quibus docum
est procul somnis ab huius sui tumultu-
bus, celestia illa & immortalium spiritus
delicia animis libere contemplari, utq; et
anim vivunt quia Christo vivunt, iuxta
Hildegard, quæ futurum fuit sapere, ubi Christus

est ad dextram Dei sedens, & nostra con-
versatio est in cœlis, vnde exspectamus Christum, qui reformabit corpus humilitatis nostræ configuratum corpori claritatis suæ
& hæc est una quædam pars illius hierarchiæ quæ in ecclesia conspicitur, veluti
quippe humanum corpusculum, varijs membris diuersisq; constat, estq; sua quædam na-
tiua vnicuiq; membro ac parti actio, quū
aliud sit oculi officium, quam pedum, &
aliud oris quam manus, sic in ecclesia or-
dines sunt, status sunt, functiones diuersas
& officia sunt, neq; omnia vnu sunt qua-
si confusæ permixta ut quodammodo ca-
hos dici queat, sed distinctos habent usus,
potro inter eos qui hic officijs ministe-
rijsq; funguntur, mea sententia iij valde uti-
les dici possunt, qui nec stiuis, nec aratriis,
nec ligonibus nec aulis, nec bellis nati, tâ-
quam spiritu assidue feruentes, diuos in-
cessanter orant, pro integra orbis, reipub-
licæ omniumq; hominū prosperitate, ora-
tores quippe sunt ac precatores principū
& plebis, nū gen' est hoc sancti? tales erat
Therapeutæ quorum Dionysius ille Areo-
pagita multis locis meminit, tales & ho-
dic esse decet eos qui volunt alijs videri
recli-

religiosiores, quos monachos vocamus;
tales heremicolæ sunt & ij qui se breui
obscuraque claudut casa, vbi quieti libe-
rius possint precationibus vacare, precor
Dei optimi maximi pietatem, vt omnes
cœlesti illo afflati spiritu in ordine sta-
tuque suo viuant sanctissimè ijsq; actio-
nibus sint christianorum reipublicæ ec-
clesiæque utiles ob quas eos nasci voluit
is, cui vni nos omnes esse curę nequaquam
addubitamus. Bene vale vigilatissime pa-
ter, ouileq; tuū summa (quod facis) illa &
prudentia administrare pergit, inclita
lögè florētissima Coloniensis academia me-
ad aliquot menses in studiis detinuit, &
interim magnā huius mei operis partem,
ne quando domi ociosus essem, eo in lo-
co absolui, quod non grauaberis locis sal-
tem aliquot perlegere. Christus te pro-
pere pieq; viuentem in multos ser-
uet annos, rursum vale. Coloniæ
quarto calend. Iunij Anno
à virginis matris
partu 1563.

FINIS.

Lij

FJ MADRIANVS NECQVE.
Hinc abebatim Maximiliano Cesari Fer-
dinandi filio. S. D.

Maximiliane, debi fausto quoniam sicutem natus
Nominas, illustri dñorum stegmato regum
Splendidus ut gereres Romanaz insignia genitio
Mortalesq; inter sublimia sceptra teneres
Invictaq; manu teu Cesar maximus, omni
Turbis suppresso, placidam tranquillaq; reddas
Tempora vexatis mortalibus, venus &c; inter
Tot Reges magnosq; Duces decus omne reportes
Et tuus aeternum duret sub sole triumphus
Euge age priscorati legemq; fidemq; parentum
Virtibus, armis ac fetto & pietate rattle
Postulat id clavis Regio austria vocibus acque
Italia id de te Germania, Iberia sperant
Et genicrix patrum Burgundia clara tuorum
Quis non expectet sancto de Princepe sancta
Omnia cum tua sit probitus tot agnita mundus
An poteris meliore modo tam nomena Cesar
Insignire nouis vel honoribus aut monumentis
Quam si diuini crescant sub te Duce cultus
Floreat & legum splendor virtusq; seputra
Exaltat templa tutis transfusa theatris!
Sic tibi diuina Europa sacrabit honores
Et lauroq; feras ob publica commoda lectum
Et Græcos Afrosq; Truces Arabesq; rebelles
Ægypti Nylum, Niniuitica rura, Corinthum
Et solimos ciues & aquosa volvmina Ponti
Indos & Persas libicæ regna optima terræ
Numen ad imperium fortissime harte reducit
Diraq; prætudes Hircanæ tigridis ora,
Ceu Carthaginæ deuicit Scipio terras

Iure

Iure tibi cedent Hector, Pagasus Taso
Eneas, Cyrus, Xerxes Priamusq; Parisq;
Cræsus, Alexander, Patroclus, Iulius & Mart
Et præclara tuæ recincent miracula virtutæ
Virtutesq; amplias factunda poemata vatum
Sydera mutantur Phœbus nouus innouet auras
Atq; iterum ad Troam magnas mittatur Achilles
Herculeiq; necent furias & monstra labores
Midtacadaat silentq; triceps custos stigis atræ
Ne miseras rauco latratu personet umbras
Et si quando etas Turca irruat hostis in oras
Hunc Louis irati crepitantia fustina perdant
Numen ut agnoscat fuso iam milite Christum
Exemplo quintus sit Carolus ante Decembres
Haud malitos orbì per fata immixta raptus
Sit genitor tuus antiquæ pietatis imago
Delicæ humani generis iam mortuus, o Rex
Optime, spes mundi, magnum Louis incrementū
Romuleum diadema tuæ dant numina fronti
Intrabis summo capitolia celfa triumpho
Te fidei nutrix ecclësia tota salutæ
Te populus recipit veneratus poplite caro
Applauduntq; novo rerum genera omnia regi.

Cum Gratia & Privilegio ad quadriennium,
Subsignavit Faatv vñvez
Anno 1564. 2. Septembris

Vifitatem & approbatum per D. Philip-
pum Boetii B. Mariz Anruesp. Pastorē,

ERRATA.

Fol. 3 fa. 1 riget. Ibid. colluatq; ibidē populus. Fol. 17 fac. 1.
leni. Fol. 19. fa. 1 vnuſ. Fol. 20 fa. 2 Ozitę. Fol. 30 fa. 2 leus. Fol.
.65 fa. 2 Inxus. Fol. 66 fa. 2 nos calam. Fol. 67 fa. 2 nimium.
Fol. 70 fa. 2 abreptos. Fol. 77 fa. 2 quum chatitas. Fol. 81 fa.
2 tuxica. Fol. 85 fa. 1 diuinitas. Fol. 86 fa. 1. aspiras? Ibidem
teq; Fol. 87 fa. 1 deos. Fol. 88 fa. 1 affecere Fol. 90 fa. 2 occa-
ſio. Fol. 91 fe. 2 genuit. Fol. 92 fa. 2 quē fudit, Fol. 98 fa. 1 cog-
nitionē, Fol. 100 fa. 2 quis interi, fol. 101 fa. 1 sidereas. Ibidē
fatis, Fol. 103 fa. 2 optima, Fol. 105 fa. 1 fatis, fol. 107 fa. 1 bu-
ſto, Ibid. plusquā encrīgā, Fol. 117 fa. 2 quātam, Fol. 121 fa. 1
mergunturq; fol. 124. fa. 1. virtute, fol. 127. fa. 2 neniolis, fol.
144 animis toleremus, fol. 145 fa. 1 si munitū, Ibidem eia-
culari, Ibidē professorē, fol. 151 fa. 2 insere, fol. 152 fa. 1 duos,
fol. 153 fa. 2 deditior, fol. 160 fa. 1 diuinū, fol. 165 fa. 1 illigan-
tur, Ibidē fa. 2 granis, fol. 166 fa. 1 ab, fol. 170 fa. 1 turpe, fol.
177 fa. 1 amnis, fol. 185 fa. 1 collaria, fol. 189 fa. 2 mēto, fol.
198 fa. 1 cum qui, fol. 199 fa. 2 ijs, fol. 205 fa. 1 clara, Ibidē fa. 2
ſuis, fol. 206 fa. 1 admirādos, fol. 209. fa. 2. brumā, fol. 211 fa.
2 totius, fol. 212 fa. 1 muris, fol. 244. fa. 1 inquietis, fol. 244 fa. 2
dicor ego, fol. 215 fa. 1 illustris. Ibidem monumenta; fol. 216.
fa. 2 tibi, fol. 217 fa. 2 non modo, fol. 218 fa. 1 vidisse, fol. 220
fa. 2 fecere, fol. 221 fa. 2 deprauatiōres, fol. 223 fac. 1 christia-
ne. Ibidē fa. 2 erat, fol. 226 fa. 2 narraturam, fol. 228 fa. 1 tur-
ba, fol. 228 fa. 2 ſuorum, fol. 230 fa. 1 fudere, fol. 240 fa. 2 per-
ſeuerantē, fol. 242. fa. 3 luctus. fol. 247. fa. 1 ſito confecta,
fol. 254 fa. 1 neptuni, fol. 255 fa. 1 agitur dē ſtatua lapide con-
fecta quæ ſtās Brugis in naui tēpli diui Dōniatiani cacadæ-
monis ſcriptitatis habet ſpeciem, fol. 263 fa. 2 vſus, fol. 266
fa. 1 huc, fo. 284 fa. 1 terſiſſet, fo. 286 fa. 1 perdiſes. Ibidē ſine-
ſbidem fa. 2 porcō. Ibidem grauiterq; Ibidem & uix. fol. 277
hoc epiftoliolum à quodam fictum & gallicè ſcriptum
latino ſermone donauī & inter fac̄tias colloquādum putā-
ui, vt

ui, ut ostendam mendacissimos esse hæreticos quoru dog-
mata minus habent veritatis quam habeant vana fruolaq;
illa somnia, nam hæresi nihil mædicius absurdiusq; in pre-
dicta enim epistola quedam dictu absurdissima referuntur,
ut doceam adhuc absurdiora esse quæ hæretici spargunt, ita
restitue in disticis & epigrammatibus. Fol. 288 fa. 2 quem.
ibidem partes, fol. 288 fa. 1 versu tertio luserunt. ibidē ver-
su 17. ipse, ibidem versu 19. aquilæq;. ibidem fa. 2 versu 1.
non. fol. 290 fa. 1 ver. 7 limina. fol. 290 fa. 2 baratum. ibidē
ver. 18 pater, fol. 292 fa. 1 ver. 17. rerū. ibidem vers. 29 aura.
ibidem fa. 2 vers. 3 mergit. ibidē vers. 5 exerit, ibidem vers.
14 hilari, ibidem ver. 16 flagris te, fol. 293 fa. 1 vers. 13 finis.
ibidem ver. 14 & Iouis, ibidem ver. 20 hæbetant, fol. 294 fa.
1 ver. 2 piæ ibidem ver. 5 pluto, fol. 294 fa. 2 vers. 16 sic. fol.
295 fa. 1 confidendum. fol. 297 fa. 1 ver. 7 vnda. ibidem ver.
9 qui. fol. 298 fa. 1 vers. 18 temnit. ibidē fa. 2 ver. 6 sine. ibidē
ver. 21 tirannis. fol. 299 vers. 5 purgat. fol. 300 fa. 2 vers. 14
periere. fol. 301 fa. 1 reualescim⁹. ibidē fa. 2 ver. 11 libeat. fol.
302 fa. 1 vers. 13 citharā. fol. 302 fa. 2 vers. toxicā, ibidē vers.
20. christiadū, fol. 303 fa. 1 ver. 8 ago, fol. 303 fa. 2 vers. 12. pio,
ibidē ver. 25 quiescit, fol. 304 fa. 1 ver. 8 salu⁹, ibidē fa. 2 ver.
24 ferus, fol. 305 fa. 2 inambulat, ibidē vers. 7 fugis, ibidem
ver. 14 perit. fol. 306 fa. 2 ver. 17 longū, fol. 307 fa. 1 ver. 6 ef-
floreat, fol. 308 ver. 27 pater. ibidē amate; ibidē ver. 29 fac-
ne. ibidē fa. 2 ver. 10 inopsq; Fol. 309 fa. 2 vers. 2 maius. ibid.
vers. 12 his. fol. 310 fa. 1 ver. 8 vmbra. ibidē fa. 2 vers. 7 labrū.
fol. 314 fa. 1 asilū. ibidē bouum. fol. 315 fa. 1 foelicissimis. ibidē
fa. 2 vlli. fol. 316. fa. 1 deficiat. fol. 317. fa. 1 insanabilis. ibidē
hidra. fol. 318 fa. 2 inuitum, ibidem assem. fol. 319. fa. 1 re-
ges, ibidem fa. 2 nam principem. fol. 321 fa. 1 prouinciarum.

F I N I S.

